ANNALES
ACADEMIAE GRONINGANAE.

ANNALES
ACADEMIAE GRONINGANAE
CIƆIƆCCCXX—CIƆIƆCCCXXI.

EELCONE TINGA

RECTORE MAGNIFICO,

CORNELIO ADRIANO VAN ENSCHUT

ACTUARIO.

GRONINGAE, APUD
I. OOMKENS,
Academiae Typographum
MDCCCXXII.

I N D E X

EORUM, QUAE HOC ANNALIUM VOLUMINE CONTINENTUR.

SERIES LECTIONUM,

IN

ANNUM DUCENTESIMUM SEPTIMUM,

1820—1821,

IN ILLUSTRI ACADEMIA, QUAE GRONINGAE EST, PROPOSITA.

IN FACULTATE PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITERARUM HUMANIORUM.

CORNELIUS DE WAAL, diebus Lunae, Martis et Mercurii, hora IX, *Metaphyficam;* hora X, *Philofophiae Moralis* partem alteram, id est *Ethicam;* hora XI, *Logicam* exponet; hora XII, *Historiam Philofophiae* enarrabit. Ceterum, fi fint, qui *Theologiam naturalem* tradi fibi cupiant, de his cum discipulis confilium inibit.

IOANNES RUDOLPHUS VAN EERDE, diebus Lunae, Martis et Mercurii, hora ante meridiem IX, et die Lunae, post meridiem, hora II; *Historiam Univerfalem;* iisdem diebus, hora ante meridiem VIII, *Historiam Belgii;* et, hora X, *Antiquitates Romanas*, exponet. Denique hora auditoribus commoda *Historiam populorum Europae recentiorem*, *foederibus illustratam*, duce MARTENSIO, enarrabit. Disputationum etiam exercitiis lubens vacabit.

GERARDUS WOLTERS, diebus Iovis, Veneris et Saturni, hora matutina VIII, *Antiquitates Hebraeas* exponet; hora ante meridiem IX, *librum Deuteronomii* analytice explicabit; hora X, *Literaturam Orientalem* tradet; hora XII, *Grammaticam Hebraeam* interpretabitur.

IANUS TEN BRINK, diebus Iovis, Veneris et Saturni lectiones fuas habebit; nempe *Graecas*, quibus ISOCRATIS *Panegyricum* et *Areopagiticum*,

deindé *Iliados* L. XXII, tractabit, hora VII matutina (praeter menses Novembrem, Decembrem, Ianuarium et Februarium, per quos hora III pomeridiana his lectionibus dabitur); *Latinas*, quibus cum Poëtarum, tum Historicorum Latinorum loca selecta explicabit, hora X. *Antiquitates Graecas*, duce Cl. BOSIO, exponet eorundem dierum hora XII. Horis denique postea indicandis, bis per hebdomadem, peritioribus THEOCRITI carmina, itidemque bis per hebdomadem TACITI *Annales* interpretari perget. Nec Studiosorum desideriis deërit, si qui sint, qui vel disputando, vel scriptionibus Latinis, sive ligata, sive prosa Oratione componendis, virium suarum periculum facere velint.

BARTHOLDUS HENRICUS LULOFS, diebus Lunae Martis et Mercurii, hora XII, *universae linguae Belgicae originem, indolem et praestantiam* exponet, eiusque *Grammaticam*, et *Rudimenta Stili bene Belgici* docebit, additis imprimis *recte Belgice scribendi exercitationibus.* — Iisdem diebus, hora commoda, fusius *Rhetoricam Belgicam*; sive *generaliora Eloquentiae* ac simul *Poëseos Belgicae praecepta* tradet, *exemplis semper illustrata*, et adiunctis Exercitiis, quae Oratoriae actioni, sive vocis et gestuum moderationi inserviant. Reliquis Studiosorum desideriis lubens obtemperabit.

IN FACULTATE THEOLOGICA.

HERMANNUS MUNTINGHE, diebus Lunae, Martis, Mercurii et Iovis, hora XI, *Historiam Religionis et Ecclesiae Christianae* enarrabit, iisdemque diebus, hora XII, *Criticen librorum Veteris Foederis* succincta institutione tradet, lectioneque et interpretatione selectarum Codicis sacri Hebraei pericoparum illustrabit. Si qui praeterea sint, qui disputando vires suas exercere cupiant, iis officium suum non defuturum pollicetur.

EELCO TINGA, diebus Lunae, Martis et Mercurii, hora IX, *Theologiae Christianae partem practicam; theoreticam* vero, iisdem diebus, hora X, tradet. Diebus et horis, posthac significandis, *Sacrorum curandorum, Orationumque sacrarum componendarum et pronunciandarum rationem exponet.* — De ceteris cum Commilitonibus consilium inibit. — Si qui

praeterea in *Disputationibus* habendis eius uti velint opera; illorum desideriis non deërit.

ANNAEUS YPEIJ, diebus Lunae et Saturni, hora VIII, *Theologiam naturalem*, diebus vero Martis, Mercurii, Iovis et Veneris, eâdem hora, *Theologiam revelatam*, duce I. VAN VOORST, viro clarissimo, exponet; denique diebus Iovis et Veneris, hora IX; *loca selecta*, quae, ex quatuor Euangeliis deprompta, optimi *Servatoris doctrinam docendique rationem* contineant, interpretabitur. Ceterum commilitonum in sanctiori disciplina provectiorum commodis adiuvandis faciet satis die horaque posthac significanda.

IN FACULTATE IURIDICA.

SEERPIUS GRATAMA, ter hebdomade, die Lunae hora IX, die Martis hora X et die Mercurii hora XI, *historiam iuris* tradet. — Quater hebdomade, diebus Martis, Mercurii, Iovis et Veneris hora IX, *Pandectas* exponet. — Quater hebdomade, diebus Lunae, Mercurii, Iovis et Veneris hora X, *Institutiones Iustinianeas* explicabit. — Quater in hebdomade, diebus Lunae, Martis, Iovis et Veneris, hora XI, *ius naturae* docebit. Disputationum exercitiis examinibusque scriptionum, a discipulis ad aliquam legem aliumve de iure locum compositarum, horis deinde indicandis vacabit.

ALBERTUS IACOBUS DUYMAER VAN TWIST, diebus Lunae, Martis Iovis et Veneris, hora XII, Codicem civilem interpretabitur. Die Mercurii, hora XII, lectionibus *de ratione procedendi in caussis civilibus* vacabit. *Leges, ad mercaturam pertinentes*, diebus Lunae et Mercurii, hora XI, exponet. Disputationibus publicis *de iure hodierno* vacabit die Mercurii, hora post meridiem secunda.

CORNELIUS ADRIANUS VAN ENSCHUT, diebus Martis, Mercurii et Iovis, hora IX, *encyclopaediam iuris*; iisdem diebus, hora XII, *ius publicum* exponet. Diebus Martis, Mercurii, Iovis et Veneris, hora XI, *ius criminale cum universum, tum Belgicum*, tractabit. Diebus Martis, Mercurii et Iovis, hora VIII, *iuris gentium tam naturalis, quam Europea-*

rum gentium praesidi lectionibus vacabit. Ceterum publica disputantium exercitia de iuris Publ. et Crim. quaestionibus diebus Saturni, hora XI, cum provectioribus instituere perget.

IN FACULTATE MEDICA.

PETRUS DRIESSEN, diebus Iovis, hora IX, Veneris, hora IX et III, *Materiem Medicam* cum *Pharmacia Medica* coniunctam tradet.

EVERARDUS IOANNES THOMASSEN A THUESSINK, diebus Lunae, Martis, Iovis et Veneris, hora IX, *Medicinam Practicam* proprio sibi ordine explicabit. Diebus Mercurii et Saturni, hora XI, de *Medicina Forensi et politica* aget. Denique in Nosocomio Academico, hora XII, singulis diebus ad aegrotantium lectulos ad ipsam *praxin clinicam* exercendam aptos reddere tirones medicos conabitur.

GERBRANDUS BAKKER, diebus Lunae hora VIII et IX, Martis et Mercurii hora VIII, *Physiologiam* docebit; *Artem* vero *obstetriciam* diebus Iovis et Veneris hora VIII, Saturni hora VIII et IX; iisque, qui hunc cursum sequuntur, ad eiusdem artis *Praxin* in Nosocomio Academico exercendam aditum aperiet; *Sceleti* praeterea et *ossium structura* explicabitur die Mercurii hora IX, et Saturni hora X, addita, tempore hiberno, demonstratione *anatomica Corporis Humani universi*, quinquies vel sexies hebdomade, hora post meridiem V.

SIBRANDUS ELZO STRATINGH, diebus Mercurii hora IX, Lunae et Veneris hora X, *Pathologiam*, et diebus Mercurii et Saturni hora X, *Diaeteticam* tradere constituit. Singulis etiam diebus in Nosocomio Academico aegrotis curandis vacabit, morbosque tractatos Medicinae studiosis subinde de industria paulo uberius exponet. Qui disputando vires suas periclitari velint, illorum desideriis lubens obtemperabit.

PETRUS HENDRIKSZ, die Lunae, hora X, Martis, IX, diebus Mercurii et Saturni, hora XI, Chirurgiam tractabit, singulisque diebus, hora XII, in Nosocomio Chirurgico Praxin Chirurgicam ad lectos aegrotantium docebit.

IN FACULTATE DISCIPLINARUM MATHEMATICARUM, ET PHYSICARUM.

IACOBUS BAART DE LA FAILLE, die *Lunae*; ab hora XII ad I, ſingulisque diebus *Iovis*, *Veneris* et *Saturni*, ab hora XI ad XII, *Mathematum* lectionibus tradendis vacabit. Praeterea, diebus *Lunae*, *Martis* et *Mercurii*, ab hora X ad XI, ad calamum, iis, qui velint, *Phyſicam* est explicaturus, *Hydraulicis Hydroſtaticisque* legibus demonſtratam. Diebus *Martis* et *Mercurii*, ab hora XII ad I, *Astronomiam*, non tantum Mathematicam, ſed etiam Phyſicam et practicam demonſtrabit. Praeterea *artem Nauticam* est docturus. Denique diebus *Iovis*, *Veneris* et *Saturni*, exponet *Phyſicam*, *experimentis corroboratam*, ab hora XII ad I. Iuvenes horis commodis docebit *Matheſin Sublimiorem*.

PETRUS DRIESSEN, diebus Mercurii et Saturni, hora II, *Botanices Elementa* exponet, a menſe Aprili ad Novembrem. Diebus Lunae et Martis, hora XI, *Plantarum Hiſtoriam* explicabit. Iisdem diebus, hora II, et Iovis, hora III, *Chemiam generalem et applicatam* tradet; diebus vero Mercurii, hora III, Iovis et Veneris, hora II, illam Chemiae applicatae partem, quae ad *Artem pharmaceuticam* ſpectat, latius exponet, ſecundum *Pharmacopoeam Batavam*. Examinum et Disputationum exercitiis vacabit, horis commodis.

THEODORUS VAN SWINDEREN, diebus Lunae et Martis, hora VIII, *Historiam Naturalem animalium* et *foſſilium*, et, quoad animalia, cum *Anatome comparata* coniunctam docebit; iisdem diebus hora III, hoc anno, *Mammalium historiam* fuſius explicabit; hiberno tempore die Saturni, hora V, *Historiam Naturalem Mundi veteris* (Urwelt) exponet; die Mercurii, hora III, *Encyclopaediam Philoſophiae naturalis* tradet, cui praemittet praecepta *Hodegetica* ſive *de huius ſtudii ratione recte inſtituenda*, denique altera quavis hebdomade die Mercurii, hora VIII, *disputationum exercitiis* vacare perget.

IACOBUS ALBERTUS UILKENS, die Iovis, hora X, die Veneris, hora XI et die Saturni, hora IX, *Oeconomiam Ruralem*, diebus Mercurii et Saturni, hora II, a menſe Novembri ad Aprilem, *Phyſiologiam plantarum*

exponet; ac bis quavis hebdomade hora Auditoribus commoda *Technologiam* docebit.

Disputationes publicae per omnes Facultates instituentur diebus Mercurii et Saturni, *ab hora matutina undecima ad primam, aut a secunda ad quartam.*

Bibliotheca Academiae, diebus Lunae, Mercurii et Saturni, *ab hora* II *ad* IV, *studiosis aliisque literarum amantibus patebit, iis legibus, quae in aditu ipsius Bibliothecae publice affixae sunt.*

Peregrinarum linguarum, nominatim Italicae, Anglicae, Germanicae et Gallicae, cupidi suos hic reperient Praeceptores, publica auctoritate ad id constitutos, ut civibus nostris inserviant; quemadmodum et ii, qui artibus gymnasticis cuiuscunque generis corpora sua formare ac se erudire gestiunt, et qui Equitandi, Pingendi ac Musices arte instrui desiderant, suis non destituuntur Magistris.

LECTIONES,

HABITAE

IN

ATHENAEO FRISIACO

ANNO SEXTO,

(1820—1821)

RECTORE MAGNIFICO

IAC. CORN. SWYGHUISEN GROENEWOUD.

EV. WASSENBERGH, e N. F. exposuit Epistolas Paullinas ad Titum et Thessalonicenses, Examinibus inserviente historia Captivitatis Paulli, a Luca enarrata Act. XXI. 17— E Graeciae veteris monumentis cum Discipulis tractavit Euripidis Hecubam. Grammaticas Linguae Belgicae Leges monstravit duce Bolhusio.

IAC. CORN. SWYGHUISEN GROENEWOUD, L. L. O. O. Prof. singulis hebdomadibus docuit: *Literas Hebraïcas*, cum *quater* interpretandâ *Grammaticâ*, eiusque ut et *Syntaxeos* deinceps usu, in legendis quibusdam V. T. capitibus historicis, monstrando; tum *bis*, nonnullis exponendis *Psalmis*; *Literas Arabicas* pariter *bis*; *Antiquitatem Hebraïcam quater.* Caeterum *disputandi* de eâdem hac disciplinâ exercitiis tertiâ quaque hebdomade praefuit.

IO. GUIL. DE CRANE, I. U. D. Lit. Hum. et Hist. Prof. ord. explicuit hoc anno *Historiam universalem*, *Antiquitatis Romanae disciplinam*, tum et *Horatii Carmina aliquot.* Instituit etiam *Exterioris Eloquentiae* exercitium.

I. PIERSON THOLEN Elementa *Geometriae* et Phyficam generalem docuit.

IAC. AMERSFOORDT, Theol. Doct. et Prof. bis per hebdomadem aliquot ex *Matthaei Euangelio* capita interpretatus est. *Logicam* fecundum Wyttenbachii Praecepta tradidit, bis per hebdomadem. *Metaphyficam*, partim fecundum Ernesti Initia expofuit, item bis per hebdomadem.

G. DE WAL, Iur. Utr. Doct. et Prof. ord. *Historiam Iuris Romani* enarravit, *Inftitutiones Iustinianeas* expofuit et *Doctrinam de Criminibus et Poenis* discipulis tradidit. Disputationibus de Iure Naturali, Romano et Criminali praefuit.

S. ENS, Anat. et Phyfiol. Prof. quinquies quavis hebdomade *C. H. Phyfiologiam* expofuit, quater *Chirurgiam* tractavit; bis *fceleti humani et offium ftructuram* explicavit; bis itidem *Artem obftetriciam* docuit; atque hiberno tempore lectiones fuas *demonftrationibus Anatomicis* illustravit.

I. G. S. VAN BREDA, docuit *Chemiam*, *Pharmaceuticam*, *Philofophiam Botanicam*, *fyftemata Plantarum et Historiam Naturalem*.

ORDO LECTIONUM,

ALIARUMQUE EXERCITATIONUM ACADEMICARUM,

QUAS IN ILLUSTRI

DAVENTRIAE

ATHENAEO,

A. D. XIX SEPTEMBRIS, A. MDCCCXX. USQUE AD FERIAS AESTIVAS, A. MDCCCXXI.

FAVENTE SUMMO NUMINE, HABEBUNT

CLARISSIMI PROFESSORES.

PETRUS BOSSCHA, Philoſ. Theor. Mag. Liter. Hum. et Iuris Doct. Hist. Antiq. Eloq. et Ling. Graec. Profeſſor, *h. t. Rector Magnificus*, quinquies per hebdomadem horâ XI. *Historiae veteris elementa* tradet, ducem ſecutus HEERENIUM, V. Cl. In Graecis tractabit diebus quidem Martis et Iovis horâ X. HESIODI *Operas ac Dies* et aliquot *Bucolicorum Idyllia*, die vero Veneris horâ meridianâ XENOPHONTIS *Cyropaediam*: In Latinis exponet CICERONIS *Oratorem* diebus Lunae, Iovis et Veneris horâ IX. Publice exercitia aliquot ſive oratoria ſive disputatoria inſtituet.

CORNELIUS FRANSEN VAN ECK, Theol. Doctor, eiusdemque et literarum Belgicarum Profeſſor, diebus Lunae et Martis, horâ post meridiem tertiâ, Historiam Religionis et Eccleſiae Christianae, duce MUNTINGHIO, enarrabit. Eâdem horâ, diebus Iovis et Veneris, Theologiam Christianam exponet. Diebus autem Lunae, Martis et Iovis, horâ meridianâ, praecep-

ta et exempla eloquentiae et poëfeos Belgicae tradet. Praeterea eloquentiae exterioris exercitiis vacabit, tempore auditoribus commodo.

IACOBUS VERBURG, Theol. Doctor, Lingg. Orient. et Antiq. Hebr. Profesfor, diebus Martis, Mercurii et Iovis, horâ XI, initia linguae Hebraeae tradet. Iisdem diebus, horâ X, provectioribus discipulis, ad penitiorem monumentorum Hebraeorum cognitionem, viam patefaciet, tractandis varii ftyli fpeciminibus. Praeterea, fi quis, Arabicae vel Arameae dialecti inftitutionem vel Antiquitatis Hebraeae expofitionem audire cupiet, diebus horisque commodis ei lubenter fatisfaciet.

IACOBUS NIEUWENHUIS, A. L. M. Philof. Doctor, Philofophiae et Mathefeos Profesfor, quinquies per dierum hebdomadem, horâ VIII, elementa Mathefeos exponet. Die Mercurii, horâ IX; diebus autem Iovis et Veneris, horâ post meridiem III. Philofophiam rationalem docebit. Phyficam vero experimentalem die Lunae horâ X, die Martis hora IX et die Mercurii horâ meridianâ. Praeterea, provectioribus discipulis, alteram Geometriae partem, nec non utriusque Trigonometriae elementa tradet, duce GARNIERO, V. Cl., tempore auditoribus commodo.

ADRIANUS CATHARINUS HOLTIUS, D. I. et Profesfor, Ius Naturae exponet diebus Mercurii et Veneris horâ meridianâ; Iustiniani Inftitutiones diebus Lunae, Mercurii, Iovis et Veneris, horâ tertiâ, die Iovis horâ undecimâ; Iuris Romani Historiam iisdem diebus horâ decimâ.

I. ANRAAD, Lector Anatom. Chirurg. et Art. Obft. Lectiones fuas Obftetrit. habebit die Lunae et Veneris post Meridiem ab horâ II. ad III.

IUDICIA

ORDINUM UNIVERSITATIS GRONINGANAE DE COMMENTATIONIBUS AD QUAESTIONES, ANNO CIƆIƆCCCXX PROPOSITAS.

IUDICIUM FACULTATIS THEOLOGICAE.

Ab ordine Theologico acceptae ſunt tres diſſertationes, continentes reſponſa ad quaestionem, antea propoſitam: *Quaenam et qualis ſit* φιλεχθρία, *quam commendant* IESUS et APOSTOLI, *et an ex hac commendatione etiam eluceat Christianae doctrinae moralis praeſtantia?* ita inſcriptae:

1. Ὁ δὲ καρπὸς τοῦ πνεύματός ἐστιν ἀγάπη, χαρά, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθωσύνη, πίστις, πρᾳότης, ἐγκράτεια: *Paulus ad Gal.* V, 22.
2. Ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει. *Paulus.*
3. Ἡ ἀγάπη πάντα στέγει, πάντα πιστεύει, πάντα ἐλπίζει, πάντα ὑπομένει. *Paul. ad Cor.* ex quibus unanimi conſenſu praemio digna est iudicata *ſecunda*, hoc lemmate inſignita: Ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει. *Paulus.*

Aperta ſchedula nomen exiit auctoris HERMANNI GERARDI IACOBI VAN DOESBURGH, Theol. Cand. in Academia Rheno-Traiectina, qui, diſſertatione ſua contra obiectiones defenſa, certaminis victor est renunciatus. Sua tamen laude etiam non fraudandum cenſuit Facultas auctorem diſſertationis *tertiae*, inſcriptae: Ἡ ἀγάπη πάντα στέγει etc. quare huic honoris cauſa fecit copiam, ſi velit, nomen ſuum profitendi. Quo facto, auctor apparuit PAULUS RUTGERS, Theol. Cand. in hac nostra Academia.

E. TINGA,
ab actis.

IUDICIUM FACULTATIS IURIDICAE.

Ad quaestionem, a Facultate Iuridica propositam:

„*Ut fiat collatio Institutionum Iustiniani cum Institutionibus Caii Veronae inventis, inde ab initio usque ad locum de tutelis. — In adiectis observationibus, morum, opinionum ipsiusque Iuris notentur migrationes! — Breve, nervosum et non inelegans adhibeatur dicendi genus, Romano iure non indignum! Inutiles evitentur ambages!*"

duae commentationes scriptae fuere et oblatae. Harum altera subnotata habet NOODTII verba: „*Neque magis abstineri a vetustis, quam a novis, quibus illa mutata aut temperata sint, oportet.*". Alteri symbolum e PROPERTIO additum:

„*Magnum iter adscendo, sed dat mihi gloria vires.*"

Praemium decrevit Facultas commentationi primo loco memoratae; utpote quae et concinna rerum expositione et orationis nitore alteri praestat. Aperta schedula auctoris nomen lectum est: W. VAN SWINDEREN, Iuris Romani et Literarum Cand. in academia Groningana, qui, instituto examine, dubia proposita ita praeclare explicuit, ut ipsi praemium a facultate, omnium consensu, assignatum fuerit.

Alterius commentationis auctor, cum diligentiam assiduam et non vulgarem doctrinae copiam ostenderit, dignus Facultati visus est, cuius nomen honorifico laudis praeconio promulgaretur. Facta expostulatione, auctorem se professus est IOHANNES POTTER VAN LOON, Iuris studiosus, nuper in Athenaeo Frisiaco, nunc vero in hac nostra Academia.

G. DE WAL,
ab actis.

IUDICIUM FACULTATIS MEDICAE.

Ad quaestionem propositam *de debilitate vera, et apparente*, unam tantummodo commentationem accepit Ordo noster, hoc lemmate inscriptam:

Res parvae crescunt concordia,
Maximae dilabuntur discordia.

Quam autem commentationem talem esse mox comperit Ordo, ut non sine molestiâ examen susceperit.

Indicavit quidem scriptor, in praefatione huius commentationis, auctores quosdam, quos in hac materie pertractanda consulere, quorumque sententias adferre sibi proposuerat, sed quaevis fere pagina nobis obtulit evidentissima documenta, quod verbotenus omnia fere ex hisce aliisque non indicatis auctoribus essent deprompta, eaque tam perverse coniuncta, ut, quae apud illos auctores revera faciunt ad hanc quaestionem illustrandam, in hac scriptione potius, ob mutilatum sensum, inserviant ad eam magis obscuram reddendam.

Si plagiarii fuisset consilium, et Ordinem nostrum et certamen hoc literarium ludibrio habere, vix aliis armis in arenam procedere potuisset. Nomen prudens reticuit, nulla adiecta schedula. Hanc igitur commentationem, non sine indignationis sensu, fuisse reiectam, vix opus est, ut moneatur.

Facultatis Medicae nomine,
S. E. STRATINGH,
Facult. Med. ab actis.

IUDICIUM FACULTATIS DISCIPLINARUM MATHEMATICARUM ET PHYSICARUM.

Ad quaestionem: „*Detur accurata descriptio botanica viginti aut plurium plantarum, in solo Groningano sponte et simul copiose provenientium, adiecta brevi earum historia, in qua elaboranda loci, in quo nascuntur, temporis anni, quo florent, et usus inprimis oeconomici ratio habeatur:*" tres dissertationes accepit Facultas, quae singulae auctorum industriam et eximios in re botanica progressus arguunt.

Prima est lemmate insignita: *Que de propriétés, que de vertus dans la moindre des herbes, que je foule sous mes pas! Il n'en est pas une seule, qui ne fut en droit de me demander raison de mon ignorance ou de mon mepris. Que l'homme s'il le veut, peut être heureux! Tout dans l'univers se rapporte à lui, tout a été créé pour lui; c'est lui, qui partout après Dieu occupe le premier rang.*

Jolyclerc.: Phytologie Univerf. Tom. I. in Avant-prop. pag. IX.
Omnes quaestionis partes pari diligentia pertractavit auctor, 24 plantarum nostratium exhibens accuratam descriptionem, et obfervationum utilium ubertate, ea, quae ad historiam cuiusque plantae spectant, fingulari indagandi ftudio illustrans.

Secundae dissertationis auctor, cuius lemma:

O quanta in teneris regnant miracula plantis!
Corporibus fanis dant alimenta fua.
Pharmaca funt aegris, funt mentis gaudia nostrae,
Et tacite monftrant, cuilibet esse Deum:

accuratisfimam itidem 24 plantarum descriptionem exhibuit, fed in aliis quaestionis capitibus elaborandis, nimis, quod dolendum, festinanter egit.

Tertii refponfi auctor, cuius lemma:

Nihil est, quod homini non fit indagabile,
Si quaeritandi non recufetur labos,

50 plantarum patriae examen inftituit et praemissa brevi, fed prioribus minus elaborata, defcriptione botanica, magnum tamen et praeclarum doctrinae apparatum, in ufu earum defcribendo, in medium produxit.

Primae dissertationis auctori, quum illius refponfum cum quaestione propofita ex omni parte congruat, palmam esse adiudicandam cenfuit Facultas, reliquarum vero dissertationum auctores, etiam peritisfimos et publico laudis testimonio dignos, hoc laboris et industriae praemio condecorandos iudicavit, quo eorum nomina promulgentur. Primae dissertationis auctorem, cui palma adiudicata, post debitum examen, fefe probavit iuvenis ornatisfimus, REMBERTUS WESTERHOFF, Medicinae in hac Univerfitate ftudiofus, idem, qui anno praeterito proximus ad victorem accedens, honorifico laudis testimonio fuit ornatus.

Reliquarum dissertationum auctores, qui, invitante facultate, fchedulas infpiciendi potestatem dederunt, funt iuvenes praestantisfimi, ADOLPH DE KONING et SICCO IANUS GALAMA, Medicinae in hac Academia Candidati.

Ad quaestionem fecundam: *Quaenam est ad antheras pollinis formatio eiusque evolutio? E quibusnam conftat principiis? Quibus modis et viis pollen transfertur ad pistillorum ftigmata? Quamnam exferit actionem in germen foecundandum, an vitalem feu dynamicam, aut materialem, et per quae, tunc organa?*

Facultas etiam tres accepit commentationes; quarum auctores, in difficili hac materia elaboranda, praeclara diligentiae et peritiae documenta Facultati exhibuerunt:

I. Cuius lemma: *En de aarde schoot uit gras en kruiden, elk zaad gevende naar zijnen aard,* ensv. Gen. I. v. 12.

II. *Il y a ici bien de petits mysteres, que la Nature ne revelera; qu'a ses plus chers favorits, ou à ceux qui sauront l'interroger, comme elle veut l'être.*

III. *O quanta in teneris regnant miracula plantis!*
Ostenditque suum quaelibet herba Deum.

In prima et secunda dissertatione omnes quaestionis partes enucleatius sunt expositae et solutae, quam in tertia, in qua prolixe nimis de variis floris partibus agitur et obiter tantum afferuntur, quae ad pollinis antherarum principia spectant, tum et illa, et quidem primaria quaestionis pars, quae physiologica est, nimis concise est tractata.

Attento examine instituto, diu dubia haesit Facultas, cui ex binis prioribus palmam adiudicaret. Utriusque auctor praemio quidem dignissimus, sed hoc titulo antecellere aemulo visus fuit auctor dissertationis primae, quod novissima botanicorum et chemicorum scripta attentius consuluerit, HENSCHELII praesertim argumenta, quibus systema sexuale impugnatur, accurato examini subiecerit, et ad illam quaestionis partem, in qua eius cardo inprimis versatur, applicaverit.

Aperta schedula, nomen Victoris prodiit ADAM GODTFRIEDT SCHULTZ, Medicinae in hac Universitate Studiosi, qui, examine instituto, ita respondit, ut nullus dubitaverit, quin ornatissimus Iuvenis scriptionis huius esset auctor.

Aliarum dissertationum auctores per diaria publica Facultas invitavit, ut schedulas inspiciendi ipsi potestatem darent, et ita, nomina eorum publice indicando, honorifico hoc laboris et peritiae praemio ornari possent. Huic invitationi lubens satisfecit iuvenis ornatissimus, secundae dissertationis auctor, G. C. B. SURINGAR, Medicinae in Academia Lugduno-Batava studiosus, quem victorem alterum, si posset, pronunciare vellet Facultas.

I. A. UILKENS,
ab actis.

FACULTATI PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITERARUM HUMANIORUM

Nulla Commentatio oblata est, quae inserviret expliandae quaestioni propositae: *quaenam est coniunctio inter Philosophiam boni et pulcri?*

B. H. LULOFS,
Facultati ab actis.

PROGRAMMA

NOVI CERTAMINIS LITERARII
A RECTORE ET SENATU EIUSDEM UNIVERSITATIS
INDICTI
D. XI OCTOBRIS
CIƆIƆCCCXXI.

Ex decreto Regis Augustissimi, Academicarum civibus atque Athenaeorum alumnis in nostra patria a singulis Ordinibus Academicis quaestiones proponuntur sequentes:

A FACULTATE MEDICA HAEC QUAESTIO PROPONITUR.

1.

Quaenam sunt methodi, quibus, nostris temporibus, calculus vesicae secari solet in viris?

Respondens has methodos curate describat, breviterque adiiciat, cur obsoletis merito praeponantur?

2.

Quaenam ex hodiernis prae reliquis tutior haberi meretur; et a quibusnam periculis praeservat?

Ex hac epicrisi non excludatur etiam simplicitas apparatus, facilitas in operando, similesque, si quae sint, conditiones, commodis aegrorum servientes.

A FACULTATE DISCIPLINARUM MATHEMATICARUM ET PHYSICARUM PROPONITUR HAEC QUAESTIO.

I.

Quandoquidem inter Physicos et hydrographos diu est agitata quaestio, qui situs sit maxime accommodatus in rota, ad aquas evehendas idonea, ut omni tempore loco atque conditione suos effectus edat? requiritur, ut descriptione mathematica atque physica haec quaestio e medio tollatur, atque exponatur, num adiuvante vi centrifuga sola, in machina simplici, aqua evehi possit?

II.

Quaeritur catalogus avium, in provincia Groningana indigenarum, addita accurata illarum descriptione, differentia generica et specifica, vivendi ratione et moribus, allatis unius alteriusque scriptoris imaginibus et adiuncta iconum Nozemanniorum critica.

A FACULTATE PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITERARUM HUMANIORUM.

Quaeritur: *quaenam fuerit patronatus et clientelae, in civitate Romana, inde ab antiquissimis temporibus, ratio?*

A FACULTATE THEOLOGICA QUAERITUR:

Quomodo versari debet doctor Euangelicus, nostro tempore, ad PAULI *Apostoli exemplum, ut omne munus suum rite sustineat?*

A FACULTATE IURIDICA QUAERITUR:

Quid est Ius Talionis? Quare receptum fuit apud populos et quare repudiatum? Ad quaenam delicta apud varias gentes pertinuit? Quibus argumentis solet cum defendi, tum impugnari?

Responsa oratione Latina; manu aliena, satis nitide scripta; et ante diem 1 Augusti 1822, Auctorum sumtibus, mittuntor ad Virum Clariss. SIBRANDUM ELSONEM STRATINGH, qui Senatui Academico est ab actis, observatis iis, quae leguntur Art. 210. Decreti Regi, 2 Aug. 1815, N°. 14.

Victoribus in honestissimo hoc certamine praemia distribuentur die secundo Iovis mensis Octobris anni 1822, quo novus Rector munus suum est auspicaturus.

SERIES
DISSERTATIONUM INAUGURALIUM,
IN
ACADEMIA GRONINGANA
DEFENSARUM.

1821.

24 Novembris IANI FENEMA, Leovardiensis, Dissertatio Medica Inauguralis *de Herpete*, pro gradu Doctoris Medicinae publice in Choro templi Academici defensa.

12 Decembris PETRI ADRIANI REYNDERS, Arnhemia Gelri, Gymnasii Groningani Praeceptoris, Diatribe Literaria Inauguralis *in Platonis dialogum*, *Symposium*, *sive Placitum de Amore*, pro gradu Philosophiae Theoreticae Magistri, et Literarum Humaniorum Doctoris publice in Choro templi Academici defensa.

1822.

26 Ianuarii ARITII SIBRANDI TALMA, Engwierumo Frisii, Disputatio Iuridica Inauguralis *de errore, qui videtur admissus in ipso principio architecturae novorum Codicum apud populos*, pro gradu Doctoris Iuris Romani et Hodierni in Curia Academica defensa.

10 Aprilis BERNARDI ANTONII WINTGENS, Oldenzala-Transisalani, Dissertatio Iuridica Inauguralis *de conatu delinquendi*, *eiusque puniendi ratione*, pro gradu Doctoris Iuris Romani et Hodierni in Curia Academica defensa.

27 Aprilis GERHARDI TAMMERI VAN SLOOTEN, Wildervanka-Oldambtini, Dissertatio Medica Inauguralis *de scarlatina*, pro gradu Doctoris Medicinae in Curia Academica defensa.

1822.

8 Maii — **PETRI IOHANNIS MULLER**, Uithuisa-Groningani, Specimen Medicum Inaugurale, exhibens *obſervationes quasdam Therapeuticas de fibra adſtringenda*, pro gradu Doctoris Medicinae in Curia Academica defenſum.

11 Maii — **GERARDI ENGELS**, Colmſchata-Transiſalani, Diſſertatio Medica Inauguralis *de morbis ſimulatis*, pro gradu Doctoris Medicinae in Curia Academica defenſa.

13 Maii — **SICCONIS GALAMA**, Harlinga-Friſii, Diſſertatio Botanico Medica Inauguralis *de plantarum quarundam nostratium uſu oeconomico et medico*, pro gradu Doctoris Medicinae in Curia Academica defenſa.

25 Maii — **WILHELMI IANI HEMSING**, Friſii e pago Hempens, Specimen Philoſophico-Iuridicum Inaugurale *de Iuris Naturalis principio diverſo ab eo, quod est Iuris conſtituti*, pro gradu Doctoris Iuris Romani et Hodierni in Curia Academica defenſum.

29 Maii — **PETRI HOFSTEDE CRULL**, Pieterbura-Omlandi, Diſſertatio Chemico-Philoſophica Inauguralis *de Materiis Fimoſis animalibus*, pro gradu Matheſeos Magistri, et Philoſophiae Naturalis Doctoris publice in Choro templi Academici defenſa.

29 Maii — **PETRI HOFSTEDE CRULL**, Pieterbura Omlandi, Diſſertatio Medico-Practica Inauguralis *de Hydrophobia*, pro gradu Doctoris Medicinae publice in Choro templi Academici defenſa.

31 Maii — **FOLKERTI IOHANNIS WITTEVEEN**, Metslawiera-Friſii, Diſſertatio Medica Inauguralis *de delirio tremente* pro gradu Doctoris Medicinae in Curia Academica defenſa.

8 Iunii — **IANI IACOBI BAKKER**, Alcmarienſis, Diſſertatio Phyſiologico-Medica Inauguralis, fistens *conſiderationem virium vitalium, quatenus revocari poſſint ad Leges Mechanicas, Chemicas, atque Dynamicas*, pro gradu Doctoris Medicinae publice in Choro templi Academici defenſa.

10 Iunii — **ADOLPHI DE KONING**, Purmerenda-Hollandi, Diſſertatio Medico-Practica Inauguralis *de Dyſpepſia, et ſpeciatim de ip-*

1822.

	sius primario symptomate, de acido primarum viarum, pro gradu Doctoris Medicinae in Curia Academica defensa.
15 Iunii	TJEPCONIS OOSTERLO, Ysbrechtumo-Frisii, Specimen Medico-Obstetricium Inaugurale *de Mania Puerperali*, pro gradu Doctoris Medicinae publice in Choro templi Academici defensum.
17 Iunii	GUILLAUME LANDREBEN MICHGORIUS, Oldenzala-Transisalani, Specimen Obstetricium Inaugurale *de funiculo umbilicali, foetus collum stringente*, pro gradu Doctoris Medicinae in Curia Academica defensum.
19 Iunii	MARTINI ERNESTI HOFFMANN, Middelstumo-Groningani, Dissertatio Physiologica Medica Inauguralis *de pinguedine animali*, pro gradu Doctoris Medicinae in Curia Academica defensa.
21 Iunii	GERHARDI HEMSING, Minnertsga-Frisii, Dissertatio Physiologico-Medica Inauguralis *de Privilegio lateris dextri in corpore humano*, pro gradu Doctoris Medicinae in Curia Academica defensa.
22 Iunii	ULBONIS AREND EVERTSZ, Ioura-Frisii, Disputatio Iuridica Inauguralis *de morte civili*, pro gradu Doctoris Iuris Romani et Hodierni publice in Choro templi Academici defensa.
18 Septembris	IANI AREND GODERT DE VOS VAN STEENWYK, Drenthini, Dissertatio Iuridica Inauguralis *de thori et mensae separatione, inprimis ex Iure Gallico novissimo*, pro gradu Doctoris Iuris Romani et Hodierni in Curia Academica defensa.
21 Septembris	IOAN DIDERIK TRESLING, Groningani, Dissertatio Iuridica Inauguralis, continens *selecta quaedam de sepulturae ratione et Iure*; pro gradu Doctoris Iuris Romani et Hodierni publice in Choro templi Academici defensa.

ADR. CATH. HOLTIUS

ORATIO

DE

IURE PRAETORIO, CUM APUD ROMANOS, TUM APUD ANGLOS, AD IUS CIVILE SUPPLENDUM ET EMENDANDUM APTISSIMO,

QUAM HABUIT

A. D. xx Septemb. Anni cIↃIↃcccxxI.

QUUM IN

ACADEMIA GRONINGANA,

IURIS PROFESSIONEM AUSPICARETUR.

„Habeant ſimiliter curiaé praetoriae potestatem tam ſubveniendi contra ri-
„gorem legis, quam ſupplendi defectum legis. Si enim porrigi debet reme-
„dium, ei, quem lex praeterit, multo magis ei, quem vulneravit."

„Iurisdictiones istae in ſupremis tantum curiis reſidento, nec ad inferiores
„communicantor. Parum enim abest a potestate leges condendi, potestas
„eas ſupplendi, aut extendendi, aut moderandi."

BACO VERULAMIUS.
De fontibus iuris. Aph. 35 et 37.

ACADEMIAE CURATORES, VIRI AMPLISSIMI, GRAVISSIMI!

QUI AB ACTIS ES CURATORIBUS, VIR CONSULTISSIME!

RECTOR MAGNIFICE, CETERIQUE ARTIUM AC DISCIPLINARUM PROFESSORES, VIRI CLARISSIMI!

QUI IN BELGIO, IN REGIONE AC CIVITATE GRONINGANA, AUT REMP. PROCURATIS, AUT IUS DICITIS AC VINDICATIS, VIRI SPLENDIDISSIMI, SEVERISSIMI!

DIVINARUM LITTERARUM INTERPRETES DISERTISSIMI!

ARTIUM DOCTRINARUMQUE DOCTORES ET MAGISTRI CONSULTISSIMI, PERITISSIMI!

ORNATISSIMI CIVES ACADEMICI, LECTISSIMI IUVENES!

CIVES DENIQUE AC HOSPITES, OMNIS ORDINIS, LOCI, DIGNITATIS, QUOTQUOT ADESTIS HANC CONCIONEM CELEBRANTES,

AUDITORES HUMANISSIMI!

Uti nihil est in rebus humanis quod omnibus ſit numeris abſolutum; ita in iure ac legibus populorum, quantumvis ad boni et aequi normam compoſitis, multa tamen occurrunt, quae vel emendanda videantur vel ſupplenda. Quod partim quidem iis tribuendum est qui iura illa condiderunt, ſed multo magis etiam temporum rationi et viciſſitudini. Nam licet pleraeque gentes mature ius civile habeant ſuis neceſſitatibus idoneum, alia deinceps tempora alios con-

tinent hominum mores, atque alia icciroo requirunt in rebus civilibus inſtituta. Hoc autem iuris emendandi perficiendique negotio, nihil fere est quod plus habeat difficultatis. Conſtat quidem inter omnes, aequitatem legis interpretem esſe debere et emendatricem; verumtamen ſilente lege, ſola aequitate cauſas iudicare, id ſane esſe videtur

„periculoſae plenum opus aleae."

Nec pauci fuerunt apud veteres et recentiores Icti, qui in eo genere „plerumque ſub auctoritate iuris ſcientiae perniciose errari" comperirent. Dignum autem videri debet peritorum ſtudiis, quaerere qua via ac ratione huic rei ita proſpici posſit, ut bonum et aequum ad leges quidem ſupplendas adhibeatur; nec tamen incertum fiat ius civile et fluxum et arbitrarium. Dignum videri debet meditatione et industria, non dicam iureconſulti, ſed hominis, efficere ut tali norma res humanae regantur ac iudicentur, qualis Rectae Rationis aeternis legibus conveniat, ſaltem quam proxime ad eas accedere videatur. Quae disquiſitio ut nullo non tempore inſtituenda est, ita huic nostrae aetati, de iure civili emendando tam ſollicitae, omnium maxime convenit.

Mihi quidem iuris nostri conditionem reputanti, duo velut fontes occurrunt, quibus ſuppleatur, quorum alter in legum ferendarum ſubſidio, alter in iurisprudentia naturali ſitus est. Sed legislatorem adeuntes, metuendum ſit, ne plus accipiamus quam velimus, et legum aliquando copia et redundantia laboremus; quae item deinceps novis legibus ſupplendae ſint. Naturalis autem iuris habemus quidem libros permultos, et vero *Bibliothecas* quae appellantur, quibus omnes iusti et aequi leges tam copioſe enarratae ſunt, ut earum amplitudo posſit cum iuris civilis ubertate comparari. Verumtamen haec ipſa illius artis copia, cum res et cauſae civium iudicandae ſunt, vereor ne inops videatur. Nam praeterquam quod ſcriptorum auctoritas, utut magna in ceteris rebus, nihil valere potest in philoſophicis: ius naturale tanquam pars philoſophiae univerſae, eâdem qua illa doctorum disſenſione, et ſententiarum varietate, fluctuat. Certe nostrâ memoriâ, quo magis coleretur, eo magis novas opiniones tulisſe, et antiquas adhuc probatas commovisſe, cognitum est. Est enim haec intelligentiae humanae infelicitas, ut quo altius veritatem cogitando repetere, et ſeverius eam conſtituere nitimur, eo longius ab uſu vitae et a ci-

vilibus negotiis, de quibus tamen agitur regendis, abducamur. Quod tantum iurisprudentia experta est, quantum ceterarum disciplinarum nulla.

Quae cum ita sint, non in hac disciplina, quamvis utilissima, praesidium futurum existimavi; sed, dum alii medicinam afferant, Historiam et varia gentium instituta respexi. Sane cum ad Romanos me converto, populum illum iureconsultum, ubi

„. . . . . dulce diu fuit et solenne, reclusa
„Mane domo vigilare, clienti promere iura:"

ecce! praeter ius civile et leges non unius generis, in iure Praetorio quo usi sunt, aequitatem quandam deprehendo concinnam et copiosam, regulis adeo decentissime descriptam; eiusque tantam fuisse inter homines auctoritatem video, ut ius civile prae ea negligi ac paene iacere videretur. Nec vero in antiqua illa tempora nobis recedendum est, ut probabilem reperiamus iuris civilis corrigendi supplendique rationem. Exstat populus et aetate nobis aequalis nec loco magnopere distans, qui instituto utitur, a Romanorum iure Praetorio non longe diverso. Vicina Anglia *aequitatis* quam quaerimus exemplum praebet.

Equidem iuris locum circumspiciens, quem hac opportunitate tractarem; haud inepte nec intempestive me acturum existimavi, si verba facerem: *de iure Praetorio, cum apud Romanos, tum apud Anglos, ad ius civile supplendum et emendandum aptissimo.* Quod argumentum arte quam profiteor et provincia auspicanda non indignum videtur. Utinam dignitatem eius et voluntatem vestram infantia mea non destituat.

Homini ingeneratus est a Natura sensus iustitiae. Eo iam cernitur prima nationum aetas quâ barbarae appellantur. Legamus poëtarum carmina, praesertim Graecorum, in quibus, ut pulcherrima in tabula, Naturae veritatem adspicimus. Celebratur in antiquissimis eorum iustitiae vindex, Nemesis, cuius religione feroces animi rudium illorum hominum terrentur. Apud inferos iudices sedent severâ lege mortalium peccata iudicantes. Nec temere, credo, aut fortuito haec poëtae finxerunt, sed ingenii virtute populares opiniones exornantes, quas natura communis in omnibus gentibus, licet minus spectabili formâ, peperit. Quodsi ab istis poëtarum fictionibus, (quas ego commentitias

fabulas nolim appellare) ad Historiae initia processeris, idem fere antiquissimi annales populorum loquuntur.

Bella barbarae nationes suscipiunt, ac gerunt atroci crudelitate; verum ita, ut Deis et hominibus persuadere studeant, aequum et iustum illud bellum esse quod suscipitur; a se quisque religiose averruncare cupiunt belli causam et initium. Quid ita? Nimirum intelligunt armorum vim et atrocitatem per se esse nefariam, coeco quodam ducti iustitiae sensu, quo homo sua sponte movetur. Depingunt talem veteres scriptores populorum infantiam, qualem nos in puerili aetate hominis intuemur conditionem, in qua eadem iustitiae aequitatisque semina a teneris inde observantur. Dubitemus autem, A. A. haec a Natura ortum habere, quae apud omnes gentes, et omni tempore et in singulis hominibus cernuntur?

Apud populos autem moratiores, in quibus, artes et literae haberentur, et ius civile in disciplinae formam esset redactum, multo certiora sui documenta dedit illud aequitatis ac iustitiae studium. Celebrata est inter Graecos philosophos mature sententia: esse aliud Naturâ iustum, aliud institutione hominum. Proposuit Socrates quaedam iura tam certa sanctaque, ut a Diis immortalibus, non lege populi sancita viderentur. Romani autem, quibus civile magis erat, ut ita dicam, quam philosophicum ingenium, id continuo iure suo et vitae negotiis expresserunt; liberâque republica iam utebantur iure gentium illo, quod naturali ratione constitutum dicebatur: cui deinde Naturae iura, Graecorum philosophia docti, adiunxerunt. Scilicet mature persentiscere coeperant, praeter mores suos et leges, alia iura esse quae ad omnes omnino gentes pertinerent. In primis vero eo spectavit ius Praetorium, quo naturalis aequitas non tantum agnoscebatur, sed etiam frequentata fuit experiundo, cum rebus causisque civium, certa via ac ratione adhiberetur.

Verum redeatis mecum in memoriam, A. A. iuris Romani universi, ut ortum est, ac progressum ad eam maturitatem quam in eo admirari solemus. Testatur Cicero, iam Romuli aetatem *excultam et eruditam* fuisse, cui quidem faciles essemus ad credendum, nisi tota paene antiquitas obloqueretur. Vitae pastoritiae vestigia, inopia linguae et literarum, tabulae ligneae, aerea pecunia, aliaque indicia, priscae gentis simplicitatem coarguunt. Quales autem in ea ceteri mores, talis erat etiam iuris conditio. Opes parvae, negotia pauca, exile commercium, iura cum sacris connexa et in potestate sacerdo-

tum, amplior testium numerus actusque ſymbolici in ſcripturae raritate memoriam rerum conſervantes: haec ſunt iuris in plerisque gentibus initia, iisdemque populi Romani infantia cernitur.

Eam vero univerſi iuris conditionem ſingula referebant iuris inſtituta. Occurrit vobis ſine dubio, A. A. ille paterfamilias Romanus, austerus et tristis; familiae ſuae princeps ac dominus; ſevera eius potestas in ſervos, liberos, uxorem; mulierum conditio, quae in parentum, fratrum, virorum manu habebantur; dominium ex iure Quiritium, angustum ius heriditatis, debitores in vincula coniecti, postremo crudelia delictorum ſupplicia. Iam vero confideremus ius Praetorium, ut non modo pateat quousque, ſed in primis qua via ac ratione, illae asperitates eo mitigatae et ad maiorem humanitatem compoſitae ſint.

Servitus, quoad cognitum est, iuris fuit per univerſum orbem antiquum; ſed tamen antiquis etiam dura ſervorum ſors et miſeranda, ut erat, ita videbatur. Haec vero iure Praetorio primum temperata est. Cum ſervus domini voluntate liber eſſet, nec tamen iure ſollenni manumiſſus, noluit Praetor, eum domini levitate ac libidine ad ſervitutem, deſuetudine duriorem factam, retrahi. Qua in re cernitur Praetoris cum prudentia tum humanitas. Humanitatis erat ſubvenire; prudentiae autem iuris civilis et dominii cauſam tueri. Ergo Praetor quid fecit? Manumiſſiones tollere, ius civile labefactare noluit. Sed ad factum ſe applicans facto ſervum liberum eſſe iuſſit, iura domini intacta relinquens. Pergebat ſervus frui libertate, ſed idem pergebat adquirere domino, et res eius ad dominum iure peculii pertinere. Habemus documentum, credo, iuris civilis, aequitate ſuppleti, aequitatis, iuris rationi accommodatae, ſalvis omnibus iuris regulis, nihil vitii eius conſenſioni importato.

Sed in primis in hereditario iure cernitur nobile Praetoris officium. Testamentum civis Romani multa requirebat ſolennia, tam argumenti ratione quam formae. Sed displicebat ſaepe, neglectâ iuris ſubtilitate iudicium patrisfamilias everti. Displicebat, mancipatione prisci ritus per aes et libram, aut ſollenni nuncupatione, omiſſâ, nihil poſſe rite ſignatas tabulas; displicebat rumpi testamentum postumo agnato, merito quidem ſi hic vivo testatore interciperetur. Itaque omnium voluntate fiebat, ut tali in cauſa Praetor ius civile emendaret. Emendavit igitur. At qua ratione? Nimirum ut ius civile quam minime laederet. Hereditatem non abſtulit: bonorum poſſeſſionem dedit, cuius haec

erat caufa, ut quidem faepe conferret hereditatis emolumentum, verum tamen ut iuri civili plerumque cederet. Si contra testamenti tabulas daretur, Praetor legatorum caufam tuebatur; fi fecundum tabulas, falvum erat fuum ius legitimis heredibus. Atque ita fere in toto hoc iure videmus Praetorem verfari, nihil novi molientem nifi et mores hominum et aequitatis ratio cunctis civibus probata id pofcant; nunquam ita innovantem ut iuris regulis nondum emortuis vis fiat; aequantem usque, conciliantem, aptantem, fic ut ubivis iurisperitum, nusquam legislatorem et imperantem deprehendas.

Hic locus me admonet, A. A. ut quae cognovi de magistratibus Romanis interponam. Legislatorem et imperantem nominavi: quod quidem a nostris moribus longiuscule recedat. Sed quis velit ad nostri temporis menfuram non maximam, populi Romani inftituta exigere? Imo vero Praetor Romanus imperium habuit, eoque potestatem a legibus ferendis non multo diverfam. Imperium habuit fuum; non alieni fuit imperii administer. Regia potestas, ipfa republica antiquior, manaverat ad confules; Praetor vero Collega erat et dicebatur confulum. Postea quidem imperium illud alio atque alio tempore legibus fuit circumfcriptum; at hoc ipfum probat legibus opus fuisfe ut circumfcriberetur, cum fua natura ac vi fines non haberet. Hinc vero illud quod volo facile colligitis, de potestate legum ferendarum. Nihil, fateor, hodie faepius dicitur, quam magistratum legibus fervire oportere, five, ut proprio fermone loqui amant, leges *adplicare*. Hoc autem licet nostris temporibus cum aliqua amplitudine dictum defendi posfit, non tamen ad magistratus Romanos traduci debet; nec vero hodie ita fieri potest, ut quidam velint, magistratum fibi non ut legem loquentem, fed ut mutam legis machinam confingentes. Quafi fcilicet illud ipfum adplicandi negotium fine libertate et iudicio hominis ullum esfe posfit. Ita vero non existimabat de Praetoribus populus Romanus. Praetor in ipfo muneris ingresfu edicebat, et edictum proponebat palam populo, UBI DE PLANO RECTE LEGI POTERAT. Neque hoc legis interpretatione continebatur; fed legibus ac iuri civili honore fuo confervato, praefcribebant Praetores *recta et utilia et cum legibus coniuncta:* nihil quidem aperte contra leges ftatuebant, fed res innumerabiles legibus omisfas, civibus autem et civitatibus utilisfimas, inducebant. Exftant veterum fcriptorum, praefertim Ciceronis, de edictis testimonia; fuperfunt etiamnunc edictorum fragmenta, quae omnia rerum copiam, fententiarum quandam concinnam

brevitatem, denique orationis nervum, ut ita dicam, talem referunt, qualis non raro in recentiorum gentium legibus desideratur. Romae porro magistratus id ante omnia agebant, ut quae decessores sui constituissent, religiose servarent: ut non modo ex litera scripta, sed etiam ex rebus causisque civium et vitae memoria, quid cuique faciendum esset, cognosceretur. Quo saluberrimo consilio effectum est, ut quod primum *legem annuam* vocaverant, deinceps *edictum perpetuum* esset et appellaretur. Sed in viam ut Praetorium ius porro cognoscamus.

Non id a me nunc exspectatis, Auditores, ut cuius rei modo exempla proposui, eam per omnes iuris partes explicem. Hora deficiat, si in integrum restitutiones recensere velim, ob dolum, metum, absentiam, aut si qua alia iusta causa videretur, concessas, aut exceptiones prope innumerabiles recitare, quae omnes auctore Praetore aequitatis causa inductae dicuntur. Verum tamen committere nolo, ut pulcherrima pars, iurisdictio, omissa videatur. Hac inprimis cum prudentia Praetoris, tum amplitudo potestatis elucet. Capitalis erat ex lege XII tabularum poena furti manifesti. Eam excepit poena quadrupli Praetoris edicto constituta. Haud parum igitur Praetor in hac parte a lege recedebat. Quis enim id ad interpretationem retulerit? Quis neget, legislatoris magis esse quam interpretis, poenae legis tam acerbae mitiorem et longe diversam substituere? Verum enimuero a Praetore id factum traditur, postquam illa asperitas poenae improbata esset: quae nimirum brevi debuit improbari, cum rerum copia et pretio mutato, ferendum non esset, ut ob minimam rem surreptam liber homo verberatus addiceretur. Lex talionis, qua Romani antiquitus graviores iniurias vindicabant, nostra aetate in Iure Naturali suos defensores invenit: sed ea apud veteres, discussa prima barbarie, improbari coepit; levioribus autem iniuriis poenae assium statutae fuerant; ad magnam temporum paupertatem accommodatae: sed hae brevi ridiculae videbantur. Utrique vero incommoditati sic prospectum est iure Praetorio, ut et talione et assium poenis dimissis, iniuriae aestimarentur a iudice, in atrocioribus tantum ipso Praetore summam non excedendam praefiniente. Hoc item ab interpretis officio alienum est. Quid enim arbitratus iudicis ad poenam legibus certam? At vero quam evidens utilitas! Aut ego fallor, A. A. aut cernitis omnes in Praetore Romano iuris conditorem prudentem, legislatorem moderatum, aequitatis vindicem et conservatorem.

Haec igitur Praetoria aequitas non quidem erat philosophica quaedam, ex naturae humanae contemplatione ducta, sed forensis, repetita a populi Romani opinionibus; et accommodata magis ad boni et aequi regulas ut vulgo Romae colebantur, quam ad perfectas agendi leges ratione et intelligentia constitutas. Idem de ea dicere potuisset Cicero, quod de iure Romanorum universo pronunciavit. „Nos, inquit, veri iuris germanaeque iustitiae solidam et „expressam effigiem nullam tenemus; umbra et imaginibus utimur. Eas ipsas „utinam sequeremur. Feruntur enim ex optimis naturae et veritatis exem„plis." Scilicet ius civile positum erat in moribus antiquis, aut lege aut usu comprobatis. Sed mores mutantur cum tempore et hominum ingenio, mutantur autem fluminis instar, ut communem observationem fugiant, nec discerni possit, ubi antiqua finiantur, unde incipiant nova. Verendum est igitur in ea rerum mobilitate, ne ius fiat incertum. Tum vero opus est potestate quadam rectrice, qualis erat Romae Praetoria. Praetor perpetuae iurisdictionis ope scire poterat, quid humanae necessitates desiderarent, quae iuris antiqui partes adhuc religioni essent civibus, quae iam senescerent; idem potestatem habebat locupletem meliora inducendi, nec tamen nimiam eam, aut a iuris usu tam alienam, ut eum facile totius iuris, evertendi dicam an emendandi? libido caperet. Legem annuam ferebat de iure; in ea ferenda rationem habebat totius vitae civilis suorum hominum, rationem in primis habebat aequitatis. Pulchrum est et dulce legenti observare, ut in supremis iudiciis voluntatem defuncti, in negotiis datam fidem tueatur, quod ferri eo saeculum videbat; nec tamen omni defunctorum voluntati, cuilibet acceptatae promissioni parere iubeat. Praeterea quod legislator non potest, cuius est generalia praescribere, nec iudex potest vulgaris legum cancellis inclusus, nec potest item iureconsultus, cuius est raro tanta auctoritas: hoc potuit apud Romanos Praetor. Ea erat auctoritate ut subveniret hominibus contra iuris rigorem, et quoties id singularis causa posceret, (ut utar hoc simili) legum laqueis eos expediret. Haec enim est vis eius aequitatis quae iuri civili opponitur. Quidquid in eo est iniquum id aequat et corrigit. Durum est ius civile, asperum, simplex: aequitas vero mitis et moderata; iura et leges generaliter secundum ea quae plerumque fiunt constituuntur: aequitas ad personas et causas et tempora attendit. Pro iure dici solet: „hoc „quidem perquam durum est, sed ita lex scripta est;" pro aequitate: summum ius summa est iniuria. Talis aequitas in iure Honorario Romanorum utramque

paginam facit: „ aequitas hoc fuggerit, dicebant illi veteres, etfi iure deficiamur."
Quando vero femel iterumque Praetor ita magna ex caufa fubvenerat, tale exemplum fuccesfores eius folebant imitari, et quod alii atque alii imitati erant, alius tandem fufcipiebat edicto. Hoc pacto magistratus illi temporis decurfu novum ius condiderunt, ad procedentem humanitatem, et ad aequitatis rationes conformatum. Quod ita fecerunt, ut populus nullas mutati iuris difficultates fentiret; tam facili via, ut postremo cum admiratione quadam intelligeretur, iam non ex XII tabulis, fed ex Praetoris edicto iuris disciplinam hauriendam esfe.

Significare ftudui, A. A. quae apud Romanos fuerit iuris Praetorii vis et ratio: nec dubito quin mecum fateamini, illud fuisfe ad ius civile fupplendum et emendandum aptisfimum. Procedamus iam ad fimile inftitutum, quod hodieque in Anglia viget, nec a magistratu, ut apud Romanos, fed a re ipfa nomen habet, vulgari fermone *Aequitas* appellatum.

Eadem fere huius Anglici inftituti origo fuit et conditio, quae antiquitus apud Romanos iuris Praetorii. Nam cum tribunalia Saxonicis ac Normannicis folennibus adftricta, faepenumero, etiamfi id evidens aequitas fuaderet, nulli locum darent remedio, fenfim paulatimque ufu invaluit; ut Praetores (Cancellarii dicebantur proprio nomine) iuri civili fuccurrerent. Nec tamen ab initio inde regulis destituta erat haec Praetorum auctoritas. Nam cum primum facerdotes esfent qui hoc munere fungebantur, ex iure Canonico et civili Romano nonnullas habebant depromtas. Itaque primum in caufis *fiduciae*, et *pro laefione fidei*, deficiente iure civili, fubvenire folebant: non aliter quam fiduciarius Praetor Romae olim inftitutus. Quae quidem res lente processit; ut ineunte decimo-feptimo faeculo adhuc magna contentione quaereretur, an contra ius civile in integrum reftituere Praetor omnino posfet. — Verum tamen posfe placuit. Et cum exfisterent deinceps Praetores quidam peritisfimi viri, in quibus praeclarus philofophiae cultor Verulamius, non modo *Aequitas* plene recepta est populo Anglico, verum etiam eorum ftudio in artem redacta. Interim ea erat vis Praetoris et auctoritas, ut ius civile corrigere, in eo mentem magis quam verba refpicere, in caufis doli, fati, fiduciae tanquam in proprio regno habitare; denique neque regulis omnino neque re

iudicata teneri diceretur, ſed iura reddere unice ex animi ſententia; non tantum cauſam, ſed perſonas et tempora reſpiciens. Quod adeo verum erat ut iis Praetor ſua ipſe decreta facile postponeret. Sane magnum arbitrium! haud ſcio an nimium; quin et optimis iureconſultis illorum temporum, et ipſis Praetoribus displicebat; ſed idem illo tempore, propter fori civilis angustias, necesſarium videbatur. Nam cum olim v. c. eo iure Angli uterentur, ut foenerari non liceret; et ideo moris esſet, non pecuniam ſtipulari vere mutuo datam, ſed duplam, eâ lege, ut inutilis esſet ſtipulatio, ſi illa cum uſura certo tempore penderetur: postea quam foeneris prohibiti ius legibus et moribus exoleverat, iudices fori civilis non minus perſeverabant duplo condemnare, nec poterat ſe liberare debitor, ſi quod vere deberet ſolveret. Tanta ſcilicet erat in illis antiquis viris iuris veteris religio, et angustia quaedam mentis, ut quod ſcriptum erat magis quam quod actum inter partes, attenderent. Attamen non ſimiliter iudicabatur in Praetorio tribunali, ubi illud recipiebatur facilius, quod aequitas et praeſentis temporis conditio ſuadere videretur. Ad hoc igitur litigantes ſponte ſe conferebant, donec procedente tempore, et more et legibus fora etiam civilia meliora docerentur. Nec vero antiquitus tantum invaluit haec *Aequitatis* auctoritas, quando ius civile ſuperſtitioſum, Aequitas vaga et fluxa habebatur, ſed etiam novisſimis temporibus frequens est illa in iure civili adiuvando. Magna ſemper habita fuit in exquirenda veritate iurisiurandi religio, ſi quidem aliunde res probari nullo modo posſet. Unde qui novisſime eius uſum in primis circumſcripſerunt, non tamen carendum esſe eius utilitate putarunt. At iure Anglorum non facile admittitur, niſi a foro civili ad Praetorem eatur. Nam cum iure civili nemo deferente adverſario ad iurandum cogi posſet, id Praetores ex iure Canonico et Romano receperunt. Sed etiam in literarum probatione idem cernitur. Nulla est in iure civili potestas qua cogatur debitor ad rationes ſuas accepti et expenſi exhibendas, ex quibus tamen tota cauſa ſaepe ad evidentiam perduci potest. Praetores igitur cum id bonum et utile esſe viderent, apud ſe fieri permiſerunt. Similiter quando testimoniis ſcriptis opus est, quod testes propter aetatem aut abſentiam ſistere ſe in iure non posſunt, comparare ac recitare eiusmodi testimonia iure Praetorio licet, contra rationem iuris civilis. Longum ſit enumerare omnia beneficia quae in iure Anglorum Praetorum iurisdictione inducta ſunt: ſed pauca ex magno numero ſelegi, quo eius utilitas cognoſcatur, et intelligatur ſimul magistratus in illa gente ad ius civile ſupplendum et

emendandum perinde se applicuisse, atque apud antiquos Romanos Praetores.

Mirari soleo, A. A. cum a iure Romano ad iura me converto recentiorum gentium, quod saepius instituo, nec sine summa animi oblectatione: mirari, inquam, soleo, in nationibus cum coelo, tum ingenio adeo disparibus, paria me deprehendere iusti et aequi principia, similia item iuris emendandi instituta. Mirum sane videri debet, Anglos, qui prope soli Europaeorum ius Romanum non receperint, solos illam Aequitatem habere, Praetorio edicto Romanorum multis partibus similem. Nam, ut vidimus, haec est apud utrumque populum iuris Praetorii natura et ratio, ut aequitatis causa subveniatur; nec tamen ita ut iuri civili continuo derogetur, aut legislatoris iussu id fiat, sed imperio et iurisdictione magistratus; eiusmodi vero magistratus, qui more maiorum et opinionibus hominum sit auctoritate idonea praeditus, et quasi in loco satis edito collocatus. Cuius rei causam ego nullam video, nisi quam et rei indoles et historia iuris utriusque suppeditare videtur. Commodius est et promtius, iura suppleri et emendari iurisdictione magistratus qui in ea re versatur, quam legibus, quarum causa vel rex adiri debeat vel populus convocari. Praeterea eo faciunt et libertatis studium et vero superbia quaedam popularis, quae quidem infitiari nolo fuisse in aliis populis, verum neque ita coniunctim nec tam vehementer in ulla gente se prodiderunt, quam in priscis Quiritibus et in vicinae illius insulae hominibus cognoscuntur. Hisce effectum credo ut in utraque gente tenacius adhaerescerent homines institutis antiquis, et opinionibus, quas patribus ac maioribus sanctas fuisse scirent. Unde magis quam in aliis populis sentiri debuit auxilii necessitas, quo illa ita possent dilatari et corrigi, ut quam minime vim et concussionem pati viderentur. Nam quo ceterae gentes recentiores hodie non magnopere cernuntur, amor singularis et religio quaedam iuris patrii, eiusque tanquam publici patrimonii retinendi studium, in Romanis et Anglis hominibus peraeque fuerunt, et in hisce etiamnunc sunt. Hinc magis quam alii populi conservarunt etiam et obtinuerunt suum ius civile integrum et sanctum domi, ne legibus temere commutaretur, et vero a peregrinarum legum et morum contagione purum. Verumtamen in hac observanda utriusque gentis similitudine nulla communicatione enata, quo aptius instituatur comparatio, attendenda est etiam insignis quae cernitur dissimilitudo. Romae Praetor unus erat magistratus qui ius diceret, quod ipse aequitate temperabat, neque alius civile ius ob-

tinebat, alius Praetorium. In Anglia vero utraque res loco, nomine, foro, ac forma litigandi discernitur. Romae Praetor iudicia quidem dilatabat, maxime tamen in ipsis iuris locis atque argumentis versabatur; in Anglia officium eius ad argumenta iuris parum, maxime vero ad formam iudiciorum, ad probationes ac restitutiones spectat. Hinc, cum ex iure Feudorum receptum sit in Anglia et constitutum, *ut adscendentes non succedant*, quod quidem naturae eius iuris convenit, effectum est, ut morientis filii praedia ad regem potius aliumve terrae dominum, (sic illi loquuntur) quam ad parentem deferantur, cui filius vitam debet et innumerabilia beneficia ipsâ vitâ antiquiora. Huic vero inhumanitatis et violatae Naturae vitio, nunquam inventus est Praetor qui occurrere auderet: quanquam in illa ipsa gente antiquitatis et moris maiorum tam tenaci, quid id arguerent, omni tempore inventi sunt permulti. Romae autem, ubi similia multa habebantur, mature a Praetoribus emendata sunt. Emancipatum a parente filium, eoque a familia alienatum, cum iure civili et legitimo ab hereditate paterna excluderetur, ad bonorum possessionem admiserunt, quasi heredis loco constitutum, quippe naturâ filium, etiamsi ultimo parentis iudicio neglectus et omissus videretur. Cognatis adeo per femininam stirpem coniunctis, lege praeteritis, locum quo et ipsi succederent, assignarunt. E quibus intelligitur, ius illud multo latius patuisse apud Romanos quam in Anglia nunc patet. Neque id adhuc secutum est quod de edicto Praetoris Romani observavimus, quo ius civile paene oblitteratum est; sed utraque tribunalia, cum *Aequitatis* tum civilia, pataeque frequentantur. Utrumque genus etiam Prudentium interpretatione excolitur, sive, ut verbis utar veteris Iureconsulti, quotidie producitur in melius. Plura facile afferri possint quae in iure Anglico et Romano vel similia sunt vel etiam diversa; sed sufficit proposito nostro, si ex dictis praecipua modo pateat iuris Praetorii Anglici utilitas. Habuit ius civile Anglorum, perinde ut Romanum olim, quasi a latere comitem et ducem *Aequitatem*, forensem quidem eam, sed tamen istiusmodi qua potuit ad veram et germanam aequitatem progredi, progredi autem consilio et ratione, ut et conservari posset illud inaestimabile iuris patrii patrimonium, et pariter temporibus consuli, quae novas continuo res et opiniones pariunt. Nam hoc modo nihil praeciditur quod non sit paene intermortuum, nec quidquam constituitur quod non usu et civium voluntate fuerit comprobatum. Quare nemini admirandum videatur, si in aliis gentibus de illo instituto ad se

traducendo, cogitatum sit. (*) Sed anceps esse solet istiusmodi novi instituti periculum. Neque ad rem propositam pertinet, ut doceam qua ratione apud nos ius Praetorium haberi possit. Hoc solum aliquis iuri nostro optaverit: cum ex lege quae de Republica lata est, Consilium Supremum in Belgio speretur, cui legum committatur custodia, potestate ne careat *supplendi defectum legis.* Certe interest populi, ut non modo iussa imperantium plana ac certa sint, sed etiam illa iura quae sibi ipse solet rebus et factis constituere; neque hac parte magis fluctuet iurisprudentia. Etenim ut optabile hodie videtur, gentes quae ad unum populum coniunctae sunt iisdem legibus regi: ita apud gentes quae eodem iure uti dicuntur, de eadem re diversas celebrari iudicum sententias, perversum sit ut nihil supra.

Vereor ne mihi sit venia a vobis roganda, A. A. aut invidia deprecanda, qui neque aetatis auctoritate neque doctrinae fama satis munitus, in hac gravissima concione de re tam gravi ac prope novâ verba fecerim. Sed levat iam hunc metum mihi cum benevolentia erga me vestra, tum quam mihi probastis audiendi voluntas. Capiebar autem argumenti propria opportunitate, quod neque a praesentis temporis conditione ac iuris civilis vicissitudine, neque ab horae huius et loci solennitate abhorrere videretur. Nec nolui palam significare quae de iuris civilis natura ac studio sentiam. Illius scilicet in infinita varietate communia quaedam esse et naturalia principia existimo, quibus pervestigandis voluptas percipi et utilitas possit. Ita enim est natura nostra comparata, ut *uniformitatem*, rem barbaram barbaro nomine appellandam, aspernemur; appetamus vero quod in multiplicibus rebus unum est et consentiens. In hac spectabili Natura varietate motuum et colorum, et simul consensione partium atque eleganti descriptione delectari solemus, quae omnia si aut uniformia essent, aut sine consensione multiplicia, profecto enecarent nos lassitudine. Par autem est ratio in legibus populorum et civilibus institutis observandis. Est aliquid in eis commune humanam naturam referens, sed non

(*) Vid. SCHRADER. *Die prätorischen Edicte der Römer auf unsere Verhältnisse übertragen. Weimar* 1815.

haec iuris ratio est, ut una tantum forma ac descriptione contineatur: immensam admittit varietatem; multaque inveniuntur aliarum gentium instituta vetera ac nova, quae a moribus et institutis nostris differant, nec tamen ideo illis gentibus minus bona sint et utilia. Quare ita eius studium mihi tractandum videtur, ut maxime quidem ius patrium et nostrum prosequamur, sed tamen quae tempore et loco a nobis disiuncta sunt, ea ne negligamus. Namque ita demum fieri posse, ut error caveatur nocentissimus, quo populi quandoque suum saeculum unice sapere opinati sunt, seque solos veritatem cernere. Quod haud scio an indicium sit saeculi ad barbariem inclinantis. Belgis autem an nunc metuendum sit, alii videant; ne fiat, nostrum est providere.

Ita existimavit ille, amplissimi Curatores, qui in hac celeberrima Academia, ius Romanum, patrium, Francicum, viginti prope annos publice privatimque docuit: sic vero docuit, ut iuris disciplinam non unius temporis aut populi esse, planum faceret. Hoc memorando eximio viro acerbum me dolorem renovare et vobis et omnibus qui me audiunt intelligo; sed quis est qui ex hoc loco verba faciens TWISTII memoriam non sponte vel tacens etiam apud vos suscitarit? Ego vero cum tanti viri successor designatus, eius dotes et virtutes reputabam, vidi quâ ille auctoritate, et bonorum omnium observantiâ in hac illustri civitate floruerit, quanto praesidio et ornamento et egregiae utilitati fuerit huic Academiae; neque id minus deberi ipsius industriae existimavi et studiorum indefessae perseverantiae, quam beneficio Naturae, et singulari quod in eo fuit excellentique ingenio. Quapropter putavi, si eius laudem, non assequi, quod frustra sperem, at aemulari vellem, eâdem mihi viâ eundum esse. Quare vos sic habetote, gravissimi viri! TWISTII exemplum semper mihi ante oculos futurum. Ita certe, spero, hoc assequar, ut in dies magis provinciae mihi datae satisfacere, vestraque voluntate et fiducia dignus fuisse existimer.

Idem vobis quoque polliceor, clarissimi Professores, qui et TWISTII immaturum fatum lugetis, et doletis discessu ENSCHUTII. Duo pacis decora huic Academiae et consessui vestro necopinata iactura exciderunt, quorum doctrina et moribus et consuetudine delectabamini. Haec ego facile compensari posse non praesumo, sed faciam quod ad me attinet, ne cum amissis collegis etiam da-

tis contristemini: idque me consecuturum spero, illius mores recordando, qui et hoc genere officiorum se probavit optimum. Iustam autem sentio esse moestitiam vestram, quod et ipse collegarum consortium amicissimorum, quo in statione Daventriensi fruebar, et quorundam illic optimorum civium familiaritatem reliqui, quorum mihi semper dulce erit meminisse. Hic ex multis rebus nihil mihi gratius accidit, quam vos videre eâdem animorum concordiâ coniunctos, quam illic experiundo cognoveram; ex qua studiis nostris et huius Academiae utilitatibus fructum redundare credo uberrimum. Equidem utrique rei, quantum in me erit, opitulabor. Neque aliam nobis unquam concertationem futuram quam bonarum artium, existimo, si concertatio sit appellanda coniuncta ad idem propositum contentio. Interim enitar, spectatissimi collegae, ut vestram mihi amicitiam conciliem, vobisque vicissim hanc amicam dextram simplex et fidenter porrigo. Te obsecro, clarissime GRATAMA! stadium quod ego nunc ingredior dudum cum plausu et favore omnium currentem, ut mihi consiliis tuis et cognita rebus prudentia adesse velis: multum mihi animorum addetur te ducem et auctorem tantae rei nacto. Neque ego deëro pietatis officiis, quae aetati tuae doctrina et vitae usu exercitatae merito debentur. Tu, quod confido, benevole me et humaniter excipias.

Ad vos item me converto, generosi iuvenes, qui in hac Musarum sede, aut iurisprudentiae operam navatis, aut eius studium profitemini. Vobis etiam ostendere volui, Iuris scientiam latissime patere, nec unice legibus noscendis, quae quotidie scribuntur, esse conclusam: praesertim, ut intelligeretis, Historiae ope, quae magistra vitae est, illam comparandam esse. Sunt gentium mores et opiniones Iureconsulto pernoscendae, et vero tota vita civilis et publica gentium. Historiae enim ea vis est, ut quod verum est in iure civili et certum, id sua confirmet auctoritate; redarguat autem quod falsum et opinione praesumtum. Nec tamen unice „quae composita sunt et descripta iura et „iussa populorum" tractanda sunt, „sed etiam considerandae sunt leges", ut Tullius praecipit, „quibus civitates regi debeant; iuris adeo natura explicanda „est nobis, eaque ab hominis repetenda natura." Cuius rei magistrum habetis, qui in eo genere eximie versatus est. Eo praeeunte philosophiam quoque iurisprudentiae adhibete. Utrumque autem iuris studium, historicum et philosophicum, cum literarum humaniorum studio quam arctissime est coniunctum. Nam profecto, si ius civile ad rem quaerendam solummodo, non etiam ad hu-

manitatem pertinere existimabimus; leguleji et rabulae et formularum scribae; denique quidvis potius quam Iureconsulti, esse videbimur. Quare huius rationis me ut nunc commendatorem, ita posthac etiam adiutorem vobis et comitem esse, finite. Facultatem si quandoque in me requiritis, certe voluntatem et adeundi facilitatem nunquam requiretis. Hoc autem vobis polliceor: facere studebo, ut iuris disciplinam ieiunam esse ne accusetis. Equidem ita eam ab optimis praeceptoribus enarrari memini, ut nulla plus delectationis habere videretur. Ergo agite Commilitones, illas artes prosequamur, „ex quibus „etiam dignitatem maxime expetendam videmus, cum verus, iustus atque ho„nestus labor, honoribus, praemiis, splendore decoretur." Namque ea iam est huiusce reipublicae felicitas, ut, quod ille, quem nominavi, praestantissimum iudicabat, „maximeque optabile omnibus sanis et bonis et beatis," cuncti sperare possint, CUM DIGNITATE OTIUM.

GABINI DE WAL

ORATIO

DE

HISTORIA IURIS CRIMINALIS, ERRORUM HUMANI INGENII TESTE, PRUDENTIAE CIVILIS MAGISTRA,

PUBLICE DICTA

die X Octobris Anni MDCCCXXII.

CUM ORDINARIAM IURISPRUDENTIAE PROFESSIONEM, IN ACADEMIA GRONINGANA, SOLENNI RITU AUSPICARETUR.

ACADEMIAE GRONINGANAE CURATORES, VIRI AMPLISSIMI, ILLUSTRISSIMI! — QUI CURATORIBUS AB ACTIS ES, VIR GRAVISSIME!

ACADEMIAE RECTOR MAGNIFICE!

QUARUMLIBET DISCIPLINARUM PROFESSORES, VIRI CLARISSIMI!

OMNIUM ORDINUM AUDITORES, QUOTQUOT ADESTIS, SPECTATISSIMI, OPTATISSIMI!

ACADEMIAE CIVES, IUVENES PRAESTANTISSIMI!

Si fata generis humani attenta mente intuemur; ea illius apparet per omnia faecula conditio, ut periculis non intermissis agitatum, erroribus continuo repetitis abreptum, lento admodum gradu ad meliora evehatur. Ita non levi profecto felicitatis iactura, non exiguo tranquillitatis detrimento, feveris experientiae praeceptis fapientiam difcit. Utinam vero parentum vitiis commonefacti posteri, non iisdem faxis denuo impegisfent, quae prudenter evitare iusferant tristia maiorum exempla, atque ex iteratis periculis, quibus commisfi fuere, falutis remedia intelligere atque adhibere didicisfent! Multum vero abfuit, ut lucro appofuerint, quae plurimus praeteriti temporis ufus fuppeditaverat, fed antiquis erroribus, quamvis nova fpecie ac vestitu indutis, aetate recentiori capti faepius fuere, donec, longa pericilitatione edocti, viam ad meliora tandem invenerunt. Nulla fere annalium generis nostri pagina legitur, quae illud non arguat; nulla est ars, nulla disciplina, nullum inftitutum unde comprobari non posfit. Qua ratione ex opinionibus de Deo rebusque divinis,

inter homines agitatis; ex artis salutaris initiis atque incrementis; e literarum ortu ac progressu, illud effici possit, alii iudicent, exponant alii. Me, cui negotium est iuris legumque studium, praestat inquirere, an idem illud etiam e iure, an e legibus pateat. Praestat investigare, an iuris etiam doctrina et legislatorum constitutiones pericula nobis monstrent et errores, quibuscum saepius conflictati sint homines, antequam ipsis datum fuerit agnoscere atque amplecti, quae vera essent et optima.

Hoc igitur die, ubi munus iurisprudentiam in hac academia docendi, augustissimi Regis benevolentia mihi mandatum, oratione solenni erit auspicandum, hoc argumentum persequi, neque a mea persona, neque ab hoc loco alienum existimarem, si non obstaret nimia eius amplitudo. Ideo partem inde delibare constitui, et, missis iis, quae sunt iuris privati, quaeque ad ius civitatis pertinent, ea tantum exponere, quae de Criminibus et Poenis scripta fuere atque sancita, et coram hac celeberrima concione dicere de *Historia Iuris Criminalis*, *errorum humani ingenii teste*, *prudentiae civilis magistra*. Argumentum, A. A. vestra contemplatione, ut opinor, non indignum; argumentum e disciplina mea quidem repetitum, simul vero ita comparatum, ut ab aliarum doctrinarum cultoribus, quorum etiam ratio dicenti habenda mihi videtur, sine difficultate intelligi possit; argumentum denique per se latissime patens, adeo ut summa tantum rerum capita tangere mihi liceat. Benevolis, precor, auribus dicentem persequamini!

Orationis initio praemonendum est, *Ius Criminale* a me latissima significatione accipi, adeo ut non tantum complectatur doctrinam de criminibus et poenis, quae a iureconsultis solet exponi, verum etiam ipsas leges poenas constituentes, imo legum illarum usum in iudiciis, adeo ut hic omnia in censum veniant, quae ad crimina eorumque punitionem pertinent.

Humani igitur ingenii errores in Historia Iuris Criminalis investigaturis, si ad ipsam errorum indolem attendamus, duplex praecipue illorum species occurrit, altera certo cuidam aevo, certo tantum ingeniorum cultui, certis tantum gentibus propria; altera vero pluribus populis pluribusve aetatibus, cultioribus etiam, imo tantum non omnibus, communis. Si vero ad errorum originem animadvertamus, quatuor nobis fontes deprehenduntur, e quibus variis temporibus prosilierunt. Primus est et longe uberrimus ingenii imbecillitas et veri ignorantia. Alter animi perversitas et malevolentia. Tertius incuria et

corrigendi atque emendandi negligentia. Ultimus est incautus adhibiti ipsius luminis usus. — Ut errorum tum species, tum vero fontes contemplationem nostram non effugiant, varias generis nostri aetates oratione percurrere oportebit, ut inde pateat, quinam errores singulis proprii fuerint et ubi lateat illorum origo. Agite A. A. humani ingenii errores in Historia Iuris criminalis conspicuos examinemus, uti nobis apparent vel apud antiquos populos iam obvii, vel medii, quod vocant, aevi tempore exorti, vel aetate recentiori post restituta doctrinarum lumina enati, vel denique nostris diebus, ubi provectior ingenii cultus, originem habentes.

Uti cuiuscunque gentis historia intellectu nobis eo est difficilior, quo maiori intervallo a nostro tempore separatur, mores quoque, opiniones, inprimis religio, aliaque differunt ab iis, quae apud nos coluntur atque observantur, ita etiam maiori circumspectione opus est, ubi de eorum institutis iudicium exercetur, ne errores dicantur usus illi ac mores, qui e proprio privoque populorum statu et conditione originem ducunt illique arcte cohaerent, a recentioribus vero in vitium tracti sunt. Ita plura, quae apud Moysen in Israelitarum gratiam constituta, quamvis aliarum gentium atque aetatum legislatoribus omnino non recipienda, civitati tamen Hebraeorum apta erant et opportuna. Idem dicendum de multis, quae apud Aegyptios, Persas, Spartanos, Athenienses, Romanos, invaluisse leguntur, quaeque fraudem serioris aevi legislatoribus fecere. Vim scilicet religionis intelligentes plures eorum, qui antiquitus civitatibus praeerant, ita rudiorum populorum opiniones inflectere enitebantur, ut leges constitutas religiosa sanctitate colendas existimarent. Imperantes, velut Deorum ministros, populis praepositos, non adeo suas leges ferre, sua placita tueri credebantur, sed, quae Numini placebant, hominibus patefacere, ut intacta servaretur religio atque arceretur morum corruptela. Quoties igitur adversus leges quid committebatur, toties Dii erant placandi et laeso Numini supplicium parandum. Hinc sacrificia, purgationes, piacula, aliaque facta solennia. Duplex autem error ex hac veteris aevi opinione, diu inter homines propagata, in ius criminale irrepsit, quem post plura demum saecula corrigere vix licuit. Alter est, quod graviora peccata criminum numero habita fuerunt et imperantium iussu punita, quodque peractum crimen et poena infligenda e morali turpitudine facti aestimationem acceperunt, non vero e detrimento civitati vel aliis hominibus illato. Alter vero, quod in crimina illa, quibus cum religione

aliqua intercedebat necessitudo, quaeque in ipsum Deum committi dicebantur; severitate omnem modum evagata fuit animadversum. Prius illud in eo praesertim conspicuum, quod severissimae poenae sequutae fuerunt adulterium, incestum, vim corpori parentum illatam, turpia certe facinora, virtuti maximé contraria, poenarum etiam minis cohibenda, at, quod damnum attinet inde civitati vel civibus illatum, non aequiparanda cum perduellione, caede, incendio aliisque delictis, poena severiori non vindicatis. Hanc veterum aliquot populorum rationem, recentiori aetate, uti aliis, ita praesertim pontificii iuris auctoribus placuisse, nemo mirabitur. His scilicet, quibus propositum erat, mentibus hominum regnare; opportuna ad virtutem incitamenta videbantur leges poenales, ad illud praesertim factae, ut laedendi summi Numinis formidinem animis iniicerent. Poenas huic laesioni adaequatas sancire oportebat et moralem facti gravitatem poena infligenda compensare. E iure pontificio in nobilissimam CAROLI V constitutionem transiit haec delictorum aestimatio atque inde in leges alias nonnullas, etiam Belgarum, migravit, quod exemplis confirmare horae brevitas non finit. Pauci fuere, per omnia tempora sapientiores illi, qui, perspecta civitatis indole ac natura, aliam in criminibus puniendis mensuram adhibendam esse docuerint, et philosophiae, saeculo proxime elapso diligentius excultae, debentur de vera criminum aestimatione in melius reformatae sententiae. De hoc vero errore profligato prae aliis multis bene meruit egregius ille, IOANNES DAVID MICHAELIS. — Alterum illud, quod modo memorabam, nempe apud antiquos populos crimina illa, quae aliquatenus tantum ad religionem pertinerent, quaeque, prae caeteris, Dei laesionem continerè censerentur, insolita severitate fuisse punita, non est, A. A., quod in dubium vocetis. Ibin aliudve animal, Diis sacrum, dolo occidisse apud Aegyptios erat capitale. Ramum e luco sacrato defrinxisse vel peregrinorum Deorum cultum in civitatem intulisse, Athenis morte plectebatur. Impia verba in Deorum contumeliam prolata, facta periuria, furta in aede sacra rebusve sanctis commissa, in criminum serie, apud plures populos, et antiquos et recentiores, primum locum obtinuerunt, poenis immanitate barbaris vindicata. Receptam in orbe Romano CHRISTI religionem eadem legum severitate, qua antiquam, tueri e re sua existimaverunt Imperatores nonnulli. Haruspices enim et sacerdotes, veteribus sacris addictos, ad alterius limina accedentes, etiam si illud veteris amicitiae colore fieret, concremari voluit CONSTANTI-

NUS, omne damnum a novae religionis caufa depellere enifus. Neque alia poena affici voluit Iudaeos, qui e fecta fua transfugas faxis aliove furoris genere attentaverant. Temporis fui luxuriam compefcere, Dei timorem augere, temeraria iuramenta et verba in Deum contumeliofa profcribere per ultima fupplicia ftuduit IUSTINIANUS, ut iram divinam placaret. Imperatorum exempla fequuti pontifices, fequuti legislatores et iureconfulti recentioris aetatis. Imo eo ventum est, ut poenae exasperandae caufa cenferetur, delictum quodcunque festo religiofoque die perpetravisfe. Iis, quibus fagacius ingenium, perfpectum omnino fuit eiusmodi poenarum auxilio neque veritatis perfuafionem confirmari, neque religionis amorem augeri, fed imperantes in civitatibus, ubi Dei caufam tueri credebant, ipfi illi caufae plurimum nocuisfe et civibus fuis iniuriam fecisfe. Vera vidit fummus noster GROTIUS, ubi monuit, peccata non esfe punienda, quae nec directe, nec indirecte fpectent ad focietatem humanam aut hominem alterum; quia nulla est caufa, cur non talia peccata relinquantur Deo punienda, qui et ad ea nofcenda est fapientisfimus, et ad expendenda aequisfimus, et ad vindicanda potentisfimus. Quotiescunque vero facta religioni adverfa alios homines laedunt, quotiescunque conturbant tranquillitatem vel fecuritatem ipfius civitatis, cuius interest, religionem fancte coli, eius amorem in civium animis augeri et naturali divini cultus libertati nil detrahi, toties poena omnino est conftituenda, infligenda omnino, fed eius menfura fit illatum vel privatis vel reipublicae detrimentum, non offenfa Dei maiestas! Cultum fummi Numinis factis minisve turbavisfe; libertatem aliorum in rebus ad facri celebrationem pertinentibus impedivisfe; res cultui destinatas in loco fancto contumelia quacunque affecisfe; religionis ministros facra facientes laesisfe; periurium in dicendo testimonio fecisfe; res facras quascunque furto abftulisfe; haec omnia nunc etiam lege poenali funt prohibita, fed aequis poenis compefcuntur, tunc tantum feveris, ubi detrimenti illati natura maiorem feveritatem exigit.

Praeter crimina, quae adverfus Deum, vel religionem committi dicebantur, alia etiam facta, adverfus virtutis legem patrata, vel etiam omisfa, animi five abiecti, five levis, five etiam inhumani indicia, apud antiquos populos puniebantur. Veteres Perfae ingrati animi vitium et veritatis occultationem poenis funt profequuti. Aliae gentes in defidiam, in mendacium, in oblivionem reverentiae parentibus debitae poenam conftituerunt. Pecuniam aleae commifisfe

facinus supplicio dignum aliquando fuit aestimatum. Hominem a caede violenta non liberavisse, ubi occasio fuerat, negligentia Aegyptiis visa est morte luenda. Imo infelix artis medicae exercitium, quod in aegrotis servandis defecerat, a Persis et sequioris aevi Romanis inter crimina referebatur. At neque infortunio, neque animi vitiis poena fuit statuenda. Actus enim oppositi virtutibus, uti recte monuit GROTIUS, non sunt puniendi, quarum natura omnem coactionem repudiat.

Non vero sola facta religioni vel virtuti contraria nimiam legislatorum severitatem experta fuere, sed et falsa crimina excogitavit humani ingenii debilitas, ita superstitione coecata, ut ne quidem inquisiverit, an factis iis, quae tanquam crimina puniebantur, locus fuerit unquam, vel potuerit esse. Magicas artes volo, quas omnium criminum publicorum antiquissimum suspicatus est, perspicax ille historiarum investigator, MEINERSIUS. Athenienses foeminas morti dedere artes magicas exercentes. Apud Romanos qui fruges excantasset e lege decemvirorum Cereri necabatur. Rudi antiquitati, quae crediderat, imbres et attrahi cantibus et repelli, ignoscendum esse SENECA voluit. Ignoscamus etiam IUSTINIANO, qui susurris magicis, aeque ac venenis, homines occidi posse non dubitavit, illudque crimen capitis poena cohibendum ratus est.

Iam missa criminum apud antiquos recensione, oculos ad poenas advertamus; apud incultos populos summa plerumque severitate, imo immanitate, insignes.

Privata delicta, quibus singulis hominibus laesio infertur, quaeque toti civitati detrimentum directe non afferunt, neque religionis aut morum sanctitatem imminuunt, apud veteres populos minus excultos ipsis laesis plerumque vindicanda relinquebantur, vel etiam iis, quibus cum laesis arctior necessitudo intercedebat. Vindictam degenerasse in ultionem, laedentis tantum interitu placandam, neminem fugiet, nisi qui nesciat naturam humanam, cultu non emollitam, ad iram, odium, ferocitatem, pronam esse atque inclinatam, quique veteris aevi exempla ignoret. An heroas excitabo apud HOMERUM expletam ulciscendi libidinem iactantes, eumque felicem praedicantes, cui filius ultor esset superstes, caeso patri inferias laturus? An Spartanos, quorum privatae vindictae studium extingui noluit LYCURGUS? An ab aliis populis exempla repetam, quae multa supersunt? Illi, ad quos laesio pertinet, e sanguine laedentis poenam sibi sumunt, si poenam dicere liceat, quae lege non est constituta, quaeque a privati hominis arbitrio pendet, nullo prorsus limite circum-

scripto! Implacabili igitur laesorum iracundiae dediti, qui iniuriam fecerant vel etiam fecisse censebantur, fuitque penes ipsos iudicium, tum de facti auctore, tum etiam de poenae mensura; quod quam sit contrarium et innocentium securitati et vitae civilis rationibus neminem fugit.

Si poenas respiciamus, quae publica auctoritate apud veteres infligebantur; in iis idem apparet, quod in privatis, ulciscendi desiderium; apparet immanis saevitia. Ergastula nulla sunt, nisi ubi iam provectior sit ingeniorum cultus, veluti apud Aegyptios atque Athenienses, sed cuncta fere crimina vel dolore corporibus illato, spectabili praesertim et terrorem incutiente, vel morte plectuntur. Longa est et horrenda series criminum, quae poena capitali vindicabantur apud veteres Aegyptios, Athenienses, Romanos aliosque populos rudiores. Tristitiae est et doloris plena contemplatio, varias poenarum figuras et exquisitissimam cruciatuum atrocitatem intueri, quibus inventis exsultavit aliquando hominum ingenium. Piget, A. A. exempla proponere, quae iustam non tantum indignationem moverent, verum et audiendi crearent fastidium. Sunt autem numero multa, non quidem in legibus, quas MOSES tulit et LYCURGUS; non in iis, quae Athenis viguere; sed sunt apud alios pleros que populos, praesertim apud antiquos Romanos. In iis tantum paulisper morari libet, quibus ostenditur, qua ratione poenam criminibus aequare et utriusque indolem coniungere enisi sint legislatores. Plurimam poenarum cum criminibus convenientiam fini maxime respondere arbitrabantur, atque ideo omni sollicitudine illud egerunt, ut poenae natura ad naturam criminis, quantum posset, accederet, ut poena sumeretur, quasi per naturam suam, crimini propria. Apud Aegyptios, qui secreta hostibus enuntiavissent, linguam exsecari lex mandabat. Iis qui monetam adulteravissent; qui pondera et mensuras falsavissent, qui sigilla transculpsissent, scribis etiam, qui tabulas falsas concinnavissent, vel de relatis in tabulas quid demisissent, aut syngraphas ementitas obtrusissent, lex utramque manum praecidi iussit. Unum illud sequuti legislatores, ut qua quisque corporis parte in legem peccasset, ea etiam, per omne vitae tempus, poenam lueret. Foeminae igitur adulterae, ut lenocinia venustatis adimerentur, nares detruncari voluit legislator, saevior adhuc in viros, stupri violenti auctores. Harum legum sapientiam qui extulit, DIODORUM SICULUM de ZALEUCO Locrensi tacuisse, mirum est, qui adulteris oculos erui voluit, aditus libidini praecludens. Idem illud in poenis consilium nonnullis Impera-

ſoribus Romanis fuit. GALBA enim nummulario pecuniam non ex fide verſanti manus amputavit. Servos fugitivos uno pede amiſſo debilitavit CONSTANTINUS. Exactori publico res ſuſceptas contra veritatem manifestas facienti; cuicunque etiam, abominandos NESTORII, PORPHYRII, vel SEVERI libros deſcribenti, unius manus abscisſionem minatus est IUSTINIANUS, in eo humani generis infirmitatem ſe protegere ratus, quod alteram delinquentibus ſalvam relinquebat. Non alio modo in raptorem animadverti; periuro vero linguam evelli, qua fidem violaverat, LEONI philoſopho utile fuit viſum. At humanum ingenium non ſubſtitit in excogitandis poenis, quae ipſi criminis naturae convenire videbantur, verum etiam ſpectanda quadam ſimilitudine, inter criminis et poenae nomen, aliquando fuit delectatum. Fumi poenam cogitetis, quae iusſu ALEXANDRI SEVERI fumi venditionem ſequebatur. Indignatus enim Imperator aliquem e familiaribus, aere accepto, vanam ſpem gratiae principis impetrandae ſollicitantibus feciſſe atque ita fumum vendidiſſe, astutum credulorum fraudatorem ad ſtipitem ligari praecepit, incenſoque rogo e humidis lignis exſtructo, fumo necari iusſit, qui fumum vendiderat. Mirari licet, A. A. hanc poenam, crudelitate prae aliis inſignem, laudatores habuiſſe primarios iureconſultos, CUIACIUM et DUARENUM, nostrumque etiam, humanisſimum caeteroquin, DESIDERIUM ERASMUM.

Quod vero omni aetate inter homines evenit, ut nimia poenarum ſeveritas impunitatem afferret, idem quoque apud veteres obtinuit. Immoderatam privatorum vindictam et acerbam poenarum publicarum ſeveritatem variis modis ſubterfugere conati ſunt homines, auxiliante manu ab ipſis legislatoribus adiuti. Criminum enim auctores, ut ultrix ferrum evitarent, potentiorum tutelam flagitarunt et ad aedium regiarum limina principumque ſepulcra confugerunt. Hinc illos abripi non patiebatur dominantium ſuperbia, quos delectabat humanitatis ſpecie potentiae indicium ostendere. Idem, quod ſibi principes inter homines viri arrogabant, ut tutum petentibus refugium esſet excelſa domus; idem, inquam, divinae etiam maiestati convenire mens hominum religioſa ſibi perſuaſit et nefas arbitrata est, quenquam, in Deorum templa receptum et ad altaria procumbentem, humanae iracundiae victimam immolari. Templa igitur aperta fuerunt et aditus ad aras omnibus patuit, quos ultoris manus perſequebatur. Vellem omnibus legislatoribus eadem fuisſet, quae MOYSI, prudentia, qui iis tantum ad aſyla, eaque pauca admodum, confugere permiſit,

qui culpa sua, non autem proposito, deliquissent, quique ita egregie cavit, ne homines impunitatis spe ad patranda crimina allicerentur et scelestissimi poenis promeritis sese subtraherent. Sed multis ea sapientia defuit, qui apertis asylis gravissimum civitati detrimentum intulerunt, omni securitate vel sublata vel maxime imminuta. Miratu certe dignum est, in orbe Romano, ubi tot urbes asyla statuerant, praesertim in Graecia atque Asia minore, quae velut receptacula nemini violanda populus colebat, non ante TIBERII Imperatoris aetatem, malum eo crevisse, ut efficaci medicina fuerit opus. Tunc vero templa pessimis servitiorum et capitalium criminum suspectis complebantur, neque ullum satis validum imperium erat, coercendis seditionibus populi, flagitia hominum, uti caerimonias Deum protegentis. Modus igitur asylis praescriptus, quorum iure tunc plures civitates exemtae fuerunt. Seriori aetate, ubi CHRISTI religio fuit recepta, caritatis et humanitatis praeceptis, quae iubet, eo sanctius sese conformaturos crediderunt HONORIUS et THEODOSIUS, quo pluribus, vindictam metuentibus, perfugium in templis quaerere concederent. Laudandus omnino IUSTINIANUS, quod homicidis, adulteris, raptoribus, hospitium in aedibus sacris renuntiaverit, ne templorum praesidium nocentibus daretur. Certe nulla fuit inventa delictorum illecebra asylis maior, ipsas poenarum minas efficacitate exsuperans.

Modum privatae vindictae non tantum imposuit aedium divinarum sanctitas; sed maxime etiam, quae apud plures populos invaluit, poenarum redemtio. Haec primum in delictis levioribus, ad damnum resarciendum admissa, mox etiam pertinuit ad crimina, quae nullam aestimationem recipiebant. Caedes sive casu, sive etiam proposito, commissa, quaecunque violentiae et iniuriarum species, omne criminum genus, aere fuit redemtum. Morem illum ab humanitate laudaverunt e recentioribus nonnulli, utpote quo ultionis studium retunderetur et a laedente, quasi oblato piaculo, iniuriae deprecatio fieret. Deorum ira sacrificiis placari credebatur, quorum clementiam homines imitari oportebat. At praesto erat turpis habendi cupido et poenarum redemtio avaritiam fovit. Esto, uti praedicant; hominum indoles, recepto poenarum redimendarum more, mitior facta sit et ab ultione alienior, an tamen eo meliorem fuisse et minus depravatam quis existimet? Non equidem credo, A. A. cuipiam vestrum abiectum adeo et despiciendum haberi filium, qui, ad inferias manibus paternis ferendas, non abstinuit a poena e scelerato homicidae sangui-

ne ſumenda, quam maritum, qui violati coniugii mercedem ab adultero ſibi expendî patiatur, quod apud Graecos, iam ante HOMERI aetatem, in uſu fuiſſe legimus. Quis fuerit effectus redemtionum in mores populorum et in publicam ſecuritatem neminem fugiet! Aere aeſtimata fuerunt et vita et fama hominum. Peccandi venia ditioribus conceditur, continua iniuriarum pericula tenuioribus metuuntur, et ad peiora omnia vertitur hominum indoles.

Ne autem vel privata vindicta, vel etiam poenarum redemtio omni limite careret, ipſi legislatores utrique modum ſcribere conati ſunt. Pluribus inter illos viſum fuit, poenam iustiori menſura exigi non poſſe, niſi quae ab illatae iniuriae modulo repeteretur. Idem igitur damnum, quod alteri quis fecerat; idem, quod attulerat, detrimentum, ipſi etiam inferri iuſſerunt. Hinc natum celebre illud ius talionis, apud Hebraeos, Graecos et Romanos receptum; cuius falſam iustitiae ſpeciem antiquos decepiſſe, non est, quod nos commoveat, cum et GROTIUM nostrum, ingenio maximum, et KANTIUM, inter aevi ſui philoſophos acutiſſimum, argumentis e ratione arceſſitis, talionis cauſam defendere audiamus. Barbaram atque immanem conſuetudinem non ſublatam eſſe a MOYSE, SOLONE, Decemviris, alii queruntur, indignantur alii. At cogitent, an quidem ſapientius feciſſent, frenum illud, quod ultionem cohibebat, remittendo, niſi alia ad manum fuiſſent eius coercendae remedia. Licet vero excuſari poſſint antiqui legislatores, talionem admittentes, non tamen audiendi ſunt recentiores, qui eius iustitiam laudant. In plerisque enim criminibus illi locus eſſe prorſus nequit; in aliis difficilis est aeſtimatio; periculum est etiam in vulnerationibus, ne modum excedat; denique atrocitate ſua et humanitati et iuri refragatur, adeo ut fini poenis propoſito reſpondere nequeat.

Vereor, A. A. ne nimius fuerim in antiquitate perlustranda, et iam ad medii aevi, quod dicitur, ſaecula est properandum, in quibus breviori eſſe licebit, cum plerique veterum populorum errores hic ſollicite custoditi nobis appareant, novis tamen ſubinde adiunctis.

Inter falſa crimina Magiae princeps locus. In legibus Viſigothorum et virgis castigari et ſervitium ſubire iubentur omnes harioli, vaticinatores, malefici, qui tempestatem in vineas, grandinem in meſſes immittant; qui daemones

invocando mentes hominum conturbent; quive per ſcripta magica, hominibus, brutis, agris, arboribus detrimentum inferant. Crebra fuere tunc temporis ultima ſagarum ſupplicia, ad maiorem Dei gloriam, ut putabatur, decreta. Imo eo progreſſa est hominum inſcitia, ut igne concremati fuerint viri et foeminae propter illicitum cum daemonibus amoris commercium! — Magiae crimini aliud est iungendum, antiquis incognitum, ſuperſtitione quoque inventum; ſed callida illa, in hominum mentes imperium exercere gestiente, crimen ſcilicet, quod Haereſin appellavit hominum temeritas, ſuas opiniones per vim aliis obtrudere auſa. Hoc crimen, quo Deum maxime offendi ſibi perſuadebant homines, graviſſima poenarum ſpecie proſequuti ſunt imperantes, quas per Galliam, Angliam et Germaniam experti fuere, tum CHRISTI ſectatores, qui a doctrina communiter recepta recedebant, tum imprimis Iudaei, per totam Europam erronei et vagabundi. Quantum iuri, quod cuique est, de Deo rebusque divinis ſententiam libere profitendi, contrarium fuerit fictum haereſeos crimen; quantum ipſi quoque religionis cauſae adverſum, in oculos incurrit. Errores ingenii, adhibita melioris doctrinae medicina, ſanandos eſſe, religionem animorum perſuaſione, non vi et armis eſſe propagandam, quod veteres recte perſpexerant, non viderunt aut videre noluerunt e recentioribus illi, quibus arridebat in mentem aliorum dominatio.

Privata delicta, uti antiquitus, ita his etiam temporibus, ipſis laeſis vindicanda committebantur. Populi originis Germanicae hostiles aliarum gentium impetus communibus viribus repellebant et in bello ducibus obtemperabant, ob ignaviam, fugam, proditionem, publico nomine puniti; at domi quisque iuris ſui custos erat et laeſionum acceptarum ultor. Apud Friſios etiam, veteres harum regionum incolas, ipſe laeſus, vel qui ad eum pertinebant, iniuriam vindicabant et e ſanguine laedentis poenam ſumere vel de crimine redimendo tractare ſolebant. Aucta in plerisque civitatibus ſummi imperii potestate, mulctae non amplius privatorum arbitrio conſtituendae relinquuntur, ſed lege determinantur, et quidem tanta accuratione, quanta in nulla alia legum parte deprehenditur. Vulnera diverſis corporis partibus illata, iniuriae diverſis verbis factae, diverſa pecuniae ſumma redimebantur, e lege cognoſcenda. Vita hominum et foeminarum pudicitia mercis inſtar pretio aeſtimatae fuerunt, quo accepto vel oblato, nil adverſus homicidam aut ſtupratorem audebant cari capitis interitum violatumve pudorem lugentes. Aderat enim ſummus imperans, qui non

quidem ipſam laeſionem puniebat, ſed vindictam, lege improbante, petitam. Vim tamen receptarum opinionum vincere non potuit legum male poſitarum auctoritas, quam tueri vix poterant principes, potentia parum valentes. Fuerunt enim inter Germanos, qui, quodcunque iniuriae pretium ſpernentes, legum atque principum ludibrio, enſe ferroque vindictam peterent.

Postquam privatae vindictae modum poſuerant Imperantes, non etiam penes laeſum remanſit de facto iudicium, ſed iam coram iudicibus, publica auctoritate conſtitutis, accuſatorem oportuit reum criminis arguere. At hic etiam hominum ingenium in errores induxit turpis ſuperſtitio. Testes adhibebantur, quoties reus in ipſo facto esſet deprehenſus, non qui de facto illo testimonium dicerent, ſed qui fidem accuſanti habendam esſe confirmarent. Frequens erat iurisiurandi uſus, quod, ubi crimen non erat manifestum, ipſe reus dare ſolebat, quodque dabant alii e propinquis, vel amicis, ſive plures numero, ſive etiam pauciores, de fide reo iuranti habenda. Intelligitis, A. A. quam lubrica fuerit et incerta haec probandi via; quam facilis ad periuria. Compertum illud habuerunt huius aevi iudices, qui dubii erant et incerti, quando aderant ab utraque parte iurare parati, quorum alii fidem accuſatori, alii reo maiorem asſerebant. At remedium, quo huic malo ſubvenire conati ſunt, omnium fuit inſelicisſimum. Ipſum Deum veritatis testem et arbitrum advocare auſum est adultorum puerile ingenium, cui iudicium committeretur. Hinc varia pericula excogitarunt, reis facienda, ut de innocentia conſtaret. Nota ſunt, quae etiam apud maiores nostros invaluere, iudicia per aquam, ſive ferventem, ſive frigidam; per ignem; per ferrum candens; per vomeres ardentes; per crucem; per ſortem; per panem conſecratum, aliaque ſimilia, pleraque reis infestisſima, donec artes inventae fuerunt, quibus ignium flammarumque dolores lenirentur quibusque noxii tollerentur effectus. Si mirari licet huius aevi inſipientiam, quae credebat, ſummum Deum ſeſe hominum inventis accommodare et vi ſua mirifica inſontibus ſuccurrere, magis certe est, quod nos commoveat, fuisſe inter recentiores, etiam ſagacisſimos viros, qui in hanc ſententiam iverint, a nonnullis e Pontificibus Romanis improbatam, et perſuaſum ſibi habuerint, Deum in gravisſimis et difficillimae probationis criminibus innocentiam adiuvasſe, quos inter vellem unus non esſet, cuius nomen reticeo, ne de illius gloria vel minimum detraxisſe videar. Quandoquidem autem iudicia Dei miſeris reis periculi plena fuerunt, e quibus vix milleſimus ſoſpes evadebat, et praeterea tota res fato erat

commissa, fortibus et ignavis aeque faventi nullasque virtuti partes relinquenti, evenisse videtur, ut rei nullius criminis sibi conscii et divino auxilio fidentes, manum cum accusatoribus conserere maluerint eosque ad certamen in iudicio provocaverint, cuius exitum non metuebant ii, quibus animus erat integer et sceleris purus. Pugna igitur singularis inter iudicia Dei, etiam apud Frisios, fuit recepta, bellicosae hominum tunc temporis indoli adeo conveniens, ut usu frequentissima fuerit. At, licet innocuis victoribus ita salutis via patuerit, incertus tamen remansit et periculosae aleae plenus cuiuscunque certaminis eventus, et, uti in caeteris Dei iudiciis, ita etiam in his, probandi remedia cum crimine, vel innocentia nullo modo connectebantur. Quid in facti specie verum esset, quid falsum, rationis acumine dignoscere atque accurato examine ponderare, ab eo, qui fuit hisce saeculis ingenii cultu, maxime fuit alienum, melioribus reservatum.

In poenis etiam criminum acuendis atque exasperandis, in inveniendis corporis mutilationibus, laboriosi fuerunt huius aevi legislatores, quibus enumerandis taedium vobis non afferam, A. A. In eo etiam antiquos sunt imitati, quod immani saevitia persequuti fuerint, qui adversus Deum vel religionem deliquissent, quodque poenae speciem ad criminis naturam, quantum possent, conformaverint. Iis, qui impia verba profuderant, linguam perfodi vel labium abscindi, pietatis esse sanctus LUDOVICUS existimavit. Nonnullae Germanorum leges scortatoribus oculos, voluptatis ministros, erui praecipiunt, periurisque modo manum amputari; modo digitos, quibus Numen invocaverant. Qui incendium fecerant, igne concremari, uti Visigothis, ita et aliis gentibus placuit.

Ut privatae vindictae atrocitatem nimiumque poenarum rigorem evitare atque effugere liceret, pro more, qui iam antiquitus invaluerat, asyla nunc etiam patuerunt. Aedes, Dei cultui dicatae, tuta maleficis refugia dederunt et supplices ab altaribus fugare ne quidem ausi sunt potentiores, clericorum minis perterriti, qui laesi Numinis iram in temerarios provocabant. Imo non tantum in templorum et altarium limine, sed in lucis etiam et agris confinibus, eodem sanctitatis honore habitis, arma deposuit ferox iracundia et ulciscendi ardorem cohibuit vindictae divinae metus. CAROLI MAGNI sapientia, qui asylis modum ponere studuit, brevi effectu fuit destituta et plures e Pontificibus Romanis, maxime INNOCENTIUS tertius, refugia illa latissime patere vo-

luerunt, ita ut, praeter Dei templa, ètiam episcoporum domus profugis receptacula fuerint. Si quidem latronibus, facrilegis, aliisque graviorum criminum auctoribus, denegatum aliquando fuit locorum facrorum tutamen, non perpetua fuit illa interdictio, fed mox oblivione deleta, et una cum pontificio iure afylorum ufus, nullis limitibus circumfcriptus, per multas Europae regiones fuit propagatus, in magnam iustitiae et fecuritatis imminutionem.

Denique, ut a medii aevi tempore discedamus, illud unum adhuc velim obfervetis, A. A. fuperftitionem, quae clericis, dominationem late diffufam appetentibus, plurima regere atque ordinare permittebat, magno cum imperantium contemtu ac detrimento; tristes etiam effectus in publicam fecuritatem exercuisfe. Operam enim dedere, qui facris praeerant, ut crimina cuiuscunque generis, tanquam facta adverfus Deum commisfa, extraordinaria haberentur, utque in illa, non a communi iudice, fed a clericis, legitimis divinae maiestatis vindicibus, animadverteretur. Haec clericorum iurisdictio, fevera primum et implacabilis, mox lenior facta est et poenas vel foluta pecunia, vel donis oblatis, vel etiam expiationibus redimere fuit permisfum. Imo tanta avaritiae ac rapacitatis fama innotuere clericorum iudicia, ut a Pontificibus Romanis et a fummis conciliis, irrito tamen fuccesfu, admonita faepius fuerint et reprehenfa. Omnia igitur in civitatibus iam incerta fuerunt et venalis proftitit criminum impunitas!

Pergimus ad recentiorem aetatem. Antequam vero illam intueamur, oculi paululum redeant ad eam, quae fuit anteacto tempore iuris criminalis conditio. Rem ad fummam desperationem pervenisfe, nemo inficiabitur. Nullae tunc fuere veri nominis leges criminales; quibus propofitum est, ut cogitatione poenarum, quae fummi imperantis nomine conftituuntur, ab iniuriis alieni fiant, qui delicta meditentur, eoque fervetur tum fingulorum, tum univerfae civitatis fecuritas. Leges vero poenales illius aevi magis normam ftatuebant, ad quam damni illati reparatio vel laefionis vindicta exigeretur ab iis, quorum intererat. Quae recta criminum esfet probatio prorfus non intelligebatur, et regulae ignorabantur, quibus de delicto auctori imputando conftaret. Poenae modo cruentae erant et immanes, modo remediis callide excogitatis facile fubterfugiendae.

Verbo, ius erat penitus incertum et omnia confusa erant et conturbata. Prima meliorum constitutionum specimina in urbibus spectantur, iam inde ab HENRICI Primi, Imperatoris, aetate exstructis, at, saeculo decimotertio et deinceps, ita potestate auctis et firmatis, ut privam sibi iurisdictionem vindicaverint. Hae, proscripta impunitate venali, poenas, quamvis admodum severas, certas tamen, neque arte subterfugiendas, delictis scripserunt et iudiciorum ordinem emendaverunt. Quaeritis, unde e densissimis tenebris lux facta sit? E Romano iure, iamiam per multos Europae tractus propagato, sapientiam repetiverunt, qui tunc civitatibus, laete efflorescentibus, leges scribebant. Fuere quidem, qui iuris Romani, vel recepti, vel in usum adhibiti, vim et effectum in conditionem populorum Germanicae originis doluerint, peregrinis legibus fortiter, at frustra, reluctantium. Hi vero videant velim, an ab ingeniorum cultu, philosophiae lumine et civili prudentia, quae quidem illius aetatis fuerunt, constitutio criminalis sperari potuerit, quae aliquatenus tantum comparari possit cum celeberrima illa, prima saeculi decimi et sexti parte scripta, a CAROLO QUINTO appellata, adhibito Iuris Romani auxilio composita. Ius Romanum, postquam bene illustratum fuit et recte intellectum, effecit, ut iudicia in melius reformata fuerint; ut criminum vindicta ad universam civitatem existimata fuerit pertinere; ut certa fuerint et lege descripta probandi remedia; utque legum corrigendarum necessitas aperte patuerit. In ordine vero iudiciorum et criminum inquisitione magis ea recepta fuerunt, quae Ius Pontificium praecipiebat, quaeque, apud clericos iam usitata, a moribus eius aetatis minus abhorrere videbantur, quam ea, quae antiquitus apud Romanos valuerant. Inter omnes autem constitutiones criminales nulla fuit, cuius fama Carolinam superaverit: quae in iudiciis prudenter instituendis et regendis sapientia sua et sagacitate saeculi cultum antecellit suaque perspicuitate iudicibus, non omni ingenii acumine destitutis, sine difficultate potuit intelligi. In ea vero parte, qua de criminibus et poenis statuitur, plura habentur a sordibus sequioris aevi non satis purgata. Haec autem, cum vim suam in alios legum codices exercuerint, a nobis silentio non sunt praetermittenda, verboque ideo dicendum erit de humani ingenii erroribus, qui leges criminales, inde a promulgata CAROLI QUINTI constitutione, vitiis infecerunt.

Princeps et quidem maximus error, de quo iam antea dixi, est in communi horum temporum opinione, a clericis universe propagata, delicta ad mora-

lem perversitatem aestimanda esse et iudicanda; unde vehemens est orta severitas in omnes illos, qui crimine suo Divinam maiestatem laesisse censebantur, per plura saecula vix paululum mitigata. Ita sedit haec opinio apud populos, ut nullam poenam crudelitate insignem, utpote miti gentis indoli non convenientem, Frisii servaverint, nisi unam illam in impia verba adversus Deum prolata, cuius facinoris auctori linguam candenti mucrone transfodi voluerunt. Imo haec constitutio, priscam barbariem sapiens, saeculo nondum elapso, ubi statuta Frisica denuo recensebantur, servata fuit et repetita. — Porro incerta notio quorundam delictorum, quae adversus Deum committi credita, effecit, ut nulla non facta eo nomine fuerint punita. Exempla e blasphemiae, quod vocatur, crimine, principem locum obtinente, e sacrilegio, atque aliunde repetere liceret, quae insignem prae se ferunt clericorum in leges potestatem. Apud Romanos, quando omnia principum nutu gubernabantur, aliorum criminum notio admodum fuerat lubrica, eorum scilicet, quibus summi imperantes in civitate laederentur, adeo ut nulla non facta ad illa retulerint, qui turpi adulatione dominum prosequebantur, et maiestatis crimen etiam adversus statuas et insignia principis, imo adversus nummos eius imagine signatos, committi, puerili imperantium ingenio persuaserint.

Inter crimina magiae non infimus locus est, ex imperantium voluntate ignis poena vindicandae. Neque in fictum illud crimen poenis animadvertere iudicum dubitavit imbecillitas, CARPZOVII auctoritate suffulta, e nugis probandi remedia arcessens, donec THOMASIUS ipsam magiam exsilio mulctavit. — Haeresin in CAROLI constitutione non memorari forte gratum vobis accidet, A. A. Ne vero credatis, illud opinionum tolerantiae esse tribuendum. Certe si res a CAROLO stetisset, qui, pontificiae religionis imminuendae metu, Belgas, sine literis privilegii, libros in publicum edentes, poena palam in catasta inferenda, stigmate etiam inusto, aut effosso oculo, amputatave manu puniri iussit; si, inquam, res a CAROLO stetisset, uti in aliis legum codicibus, ita, etiam in sua constitutione, haeresis literis sanguinolentis notata legeretur; sed causa in eo fuit posita, quod constitutio Carolina per totam Germaniam, diversas de religione sententias sequutam, recipienda fuit et promulganda.

In aliorum etiam criminum poena acerbitatem dicam, an crudelitatem offendimus. Post illum, qui fuerat, medii aevi tempore, omnis imperii defectum, ante omnia tranquillitati et securitati prospiciendum videbatur. Hanc vero barbaris

et immanibus poenis firmari posse ac stabiliri, falso admodum sibi persuaserunt imperantes, quemque, aucto tantum ingenii lumine et doctrinarum cultu, finem assequi licuisset, fuso ultra modum sanguine humano, attingere voluerunt. Neque dubitet quisquam, num res ita vere se habuerit, cum in patria nostra, ubi mitior erat populi indoles, supplicia rariora fuerint. Testem habeo Germaniam, qua quam frequens fuerit mortis poena, inde velim efficiatis, quod unus CARPZOVIUS decretis, ultimum supplicium iubentibus, plus quam viginti millibus subscripsisse dicitur. Testem habeo Galliam, qua criminum capitalium numerus ultra centum excurrebat, quaque primis saeculi proxime elapsi annis octoginta, solius carnificis Parisini manu, (horresco referens!) sexaginta millia hominum periisse feruntur. O horrendam de vita hominum nil sollicitam legislatorum temeritatem, quos nullam non circumspectionem adhibere oportuisset, ubi hominibus illud adimi iusserunt, quod voluntate sua et arbitrio largiri non potuere!

Insignis porro fuit per omnia tempora legislatorum error, quod crimina, quae maxime metuebant, quaeque funditus tollere atque evellere volebant, acerbissimis poenis cohibenda putaverint. At hanc prudentiam plurimum fefellisse, maxime post elapsum, inde a lata lege, tempus satis longum, iuris criminalis historia confirmavit. Etenim, quem nimium putaverunt legislatorum rigorem, iudices quibusvis artibus mitigare vel effugere conati sunt, et ipsi illi, qui iuris laesiones experti fuerant, humanitate ducti, delicta occultaverunt, adeo ut poenae severitas impunitatem adiuverit. In furta cuiuscunque generis a famulis domesticis aut ancillis patrata, cum in Gallia, e sancti LUDOVICI constitutione, morte animadverteretur, nulla fere ad magistratum delata fuerunt et potentissimum furibus fuit in legis immanitate praesidium. — An a certaminibus iis singularibus, quae duella vocantur, Galli abstinuerunt, postquam illa, poena mortis posita, proscribere enisi sunt legislatores? Imo vero, si illud factum fuisset, neque utiles dicendae neque necessariae constitutiones, ultimum supplicium minatae, inde a CAROLO IX ad LUDOVICUM XV decies et saepius renovatae. Legislatorum voluntate potentior fuit recepta opinio, quam vincere forte potuisset iustior poenae mensura, dedecus, non mortem inferens. An denique poenae capitales, quae adversus milites a castris signisque transfugas, adversus vectigalium fraudatores, adversus venatores ius

venandi non habentes, constitutae fuerunt, efficere potuerunt, ut eorum delictorum numerus imminueretur?

Si varios Europae tractus perlustrantes, poenas respicimus, quibus gentes illa aetate usae sunt, est sane, quod fateamur, rem in melius mutatam fuisse post receptam ergastuli poenam, quae omnibus aliis eo praestat, quod modum maxime diversum recipiat et diuturnitatis et gravitatis ratione habita. Simul vero nos offendat necesse est, carceres nonnunquam esse immundos, subterraneos, horrendos, damnatos autem durissime haberi. — Quod in nonnullis regionibus ergastuli poena frequentius est exsilium, vera maleficorum commutatio, inter gentes facta, in paucissimis tantum caussis habet, quo sese commendet. Qui hoc poenae genere frequenter utuntur, in suspicionem incurrunt, se malle maleficos extorres vicinorum sumtibus, quam quidem suis, ali et sustentari, nil curantes, an alibi crimina repetantur, propter quae patria cives indignos eiectos voluit. Animalia rabie correpta non ultra regionum fines propulsantur, sed vinculis et catenis ligantur, ne aliis noceant; at malefici, civitatis pestes, in finitimos populos, sine ulla sollicitudine, immittuntur, ubi ipsis longe difficilior victus comparandi occasio, ideoque paratior ad laesiones animus. At si exsilii poena quendam avaritiae colorem habeat, magis tamen est, ut illud de mulctis frequenter iniunctis et de publicatione bonorum dicamus, quorum usus ita invaluit, ut inter fines poenis propositos nonnulli referre non erubuerint aerarii emolumentum. Bonorum autem publicatio, quae fini prorsus non respondet, in liberos etiam insontes parentium poenam protrahit, ideoque a maioribus nostris recte fuit improbata. Alia aliis placuerunt, qui non tantum viri damnati, verum etiam uxoris innocuae bona fisco addicenda putaverunt. — Qui infamiam frequenter irrogant, etiam propter facta, a quibus cives non ita abhorrent, illud agere videntur, ut vim suam amittat hoc poenae genus et receptae inter homines sententiae refragetur. — Longe vero perversius illi constituunt, qui militiam inter poenas collocant, et maleficos ad arma damnando, patriae securitatem scelestissimis quibusque committunt, simul vero militiae honorem imminuunt, fortissimum illud audaciae et virtutis incitamentum! — In poenis porro corpori inferendis, capitalibus praesertim, ingeniosa crudelitas nondum exolevit et placet adhuc legislatoribus poenam ad ipsam criminis naturam conformare. — In poenarum etiam usu errores nonnulli ma-

nifesti sunt et conspicui. Modo enim adhibentur, quae prorsus sunt inutiles, modo vero, quas lex non iussit, sed quae, nulla facta comminatione, ex analogia, uti vocatur, vel ex usu forensi, originem repetunt. Modo in caussis difficilioribus a legis praeceptis receditur, imo communi doctorum sententiae tanta vis tribuitur, ut ipsam legem tollere atque evertere intelligatur. Modo, deficientibus probandi remediis, ideoque reo criminis suspecto quidem, at non convicto, poena infertur ordinaria minor, ut scilicet quasi e specimine cognoscat, quid eventurum fuisset, dummodo de auctore delicti vere constitisset. Modo, quando, qui crimen patraverunt, inter plures incerti sunt, vel quintus, vel decimus, vel vicesimus, prout numerus est eorum, qui in suspicionem veniunt, poena afficitur. Modo qui per latam a iudicibus sententiam damnati, nondum tamen exsequutioni datam, poenam etiam ultimam luunt, licet iudices de innocentia certiores facti sint, quam dissimulabant, cum puderet errorem profiteri. Modo ingens est in poenis diversitas, non ab aetate, sexu, statu, vel viribus, sed a dignitate et respectu personarum repetita, ita ut poenae gravitas humiliores urgeat, quam dignioribus effugere conceditur. Imo nonnullae poenarum species, praesertim in Gallia, solis nobilibus reservantur, in quarum communionem non admittuntur de plebe homines.

A remediis ad leniendam atque evitandam poenarum asperitatem excogitatis, haec etiam aetas non prorsus fuit aliena. Asylorum usus apud plerasque gentes quidem interiit, in Gallia, Germania, iisque Europae tractibus, quorum incolae a fide catholica divortium fecerunt, alibi tamen servatus, maxime in Italia. IOSEPHO demum, Imperatori, et LEOPOLDO, Etruriae duci, has criminum latebras purgare, haec maleficorum receptacula claudere, mens fuit et animus, quo caedium numerus imminutus dicitur. — Spuriae quoque fuere poenarum mitigandarum caussae, quibus legum severitati subvenire studuit hominum ingenium. Sunt inter illas vere ridendae, infinita superstitione prognatae, quibus enarratis vereor, ne huius loci dignitas offendatur.

Licet constitutio Carolina meliori iudiciorum ordini prospexerit; licet plura, quae ad crimina probanda faciunt, melius determinata fuerint, non tamen existimetis, omnes medii aevi sordes iam elutas fuisse omnesque sublatos errores. Defensionem reis concessam fuisse, imo datum ipsis a iudicibus caussarum patronum, auctae inter populos humanitati tribuendum. Huic vero salutari legum praecepto restitere nonnulli, sive iurium imperitia, sive iudicii defectu, sive animi

malitia, in atrocioribus vel notoriis criminibus defensorem reis denegantes, quod quam periculosum fuerit, neminem fugiet, qui novit, quam incerta fuerit atrocis et notorii criminis significatio. Sunt inter iuris criminalis scriptores, etiam extranei, qui summis laudibus efferunt patriam nostram, quod nulli unquam cuiuscunque criminis reo non licuerit causam suam defendere vel alteri defendendam committere. — Meliora probandi remedia a Romanis, egregiis iis in prudentia civili magistris, mutuata, in locum eorum successerunt, quibus medii aevi inscitia fidem habuerat. Iusiurandum, quod vel accusatori, vel reo, vel testibus, qui nil viderant, nil audiverant, deferri solitum, per desuetudinem fuit abrogatum. Dei iudicia et armatam disceptationem respuit aetas cultu provectior, quae veritatem non incerto fati eventu, sed rebus ipsis factisque manifestari voluit. Utinam vero non e Romano iure recepissent etiam, quae deterioris sunt notae! Quaestionem volo, quae per tormenta instituitur, quam in servilia tantum corpora exercebant Quirites, donec inter imperatores fuere, quibus primum in humiliores, mox etiam, atrociorum criminum causa, in digniores quaestionem haberi placuit. Ex imperatorum constitutionibus in leges Visigothorum, Francorum aliarumque gentium migravit quaestionum usus, etiam in ius pontificium, quocum longo lateque fuit propagatus. Quaestiones illae per tormenta ad Dei iudicia, in quorum locum successerunt, ab antiquioribus iuris criminalis Doctoribus relatae fuerunt. Si vellem indignationem vestram vehementissime excitare, A. A. exponenda forent diversa tormentorum genera, acerba illa, barbara, nulla non arte excogitata, ab omni humanitatis sensu remotissima, principi loco adhibita in criminibus nullo modo probandis, magia scilicet et quae sunt similia. At supersedeo iis enarrandis, quae turpia sunt et fastidiosa. Praestaret argumenta exponere, quibus tormentorum usum impugnaverunt ii, quorum menti maior inerat aurae divinae particula. Vereor autem, ne satiata iam audiendi cupiditas minime exsuscitetur, oblatis iis, quae in compitis leguntur. Magno autem numero fuerunt, qui adversus tormenta, iam inde ab AUGUSTINO, ad nostram usque aetatem tam praeclare sunt vociferati, ut quod adiiceret ipse MONTESQUIEVIUS nesciverit. Est certe quod obstupescat animus, veritatis inquirendae remedium, ita intolerabile, lugendum, rigandumque; si fieri posset, lacrymarum fontibus, per tot saecula servatum fuisse! Galli, quibus ingenium aliis sagacius, ne de fide reo, tormentis cruciato, habenda ulla superesset dubitatio, neque dolore expressa censeri posset criminis confes-

fio, neminem, nifi iuratum, torqueri voluerunt! — Denique hic non omittendae funt poenae mortuis eorum corporibus illatae, qui ipfi vitam fibi ademerant, otiofae prorfus, inutiles, et fini ne minimum quidem refpondentes. Non illae horrorem fpectantibus incutiunt, fed magis commiferationem creant; atque arguunt potentiae defectum in iudice, mortem fuperare nefciae. Ipfum autem inanime corpus, quod neque urgent nebulae malusque Iupiter, neque torret nimium propinqui folis ardor, non etiam afficit dedecus et ignominia.

Tot fuerunt, inde a fugatis medii aevi tenebris, in iure criminali humani ingenii errores in diverfis Europae regionibus, licet non aequali frequentia, confpicui! Non defuere profecto, qui per totam hanc aetatem plurimos errores ratione atque oratione fortiter depulerint et profligaverint, neque defiit esfe historia iuris criminalis prudentiae civilis magiatra. Tardiores autem fuerunt ad legum emendationem, qui civitatibus praeerant, adeo quidem, ut quis crederet ubivis valuisfe ZALEUCI legem, quae vetabat, quenquam, nifi collo in laqueum inferto, novam legem rogare! Et fane imperantibus laudi habendum, quod a temeraria mutatione abftinuerint. Ignofcendum est etiam difficultati illa corrigendi, quae deteriora quidem erant, at cum aliis utilibus inftitutis arcte coniungebantur, quae feparare ac divellere periculofum posfet videri. Habent praeterea leges, maxime criminales, quendam ab antiquitate fanctitatis colorem, quo augetur illarum veneratio et obfervantia, frequenti mutatione labefactanda. Sunt leges poenales, uti fcriptor e nostratibus dixit, velut fepta, quae tutandi caufa fiunt in loci praecipitis vicinia; firma fint illa atque immobilia oportet, ut oculis manibusque praefidia fint, vertiginem arceant et a lapfu fuftineant. Haec vero licet ita fint, in eo vix excufationi potest esfe locus, quod imperantes, cum fcriptos legum codices habere licuerit, criminum tamen punitionem ufui et iudicantium arbitrio committere maluerint. Illud in pluribus etiam Belgii regionibus obtinuit, ubi DAMHOUDERUS, CARPZOVIUS, BOEHMERUS, legislatorum erant inftar, quorum tamen auctoritas ufu recepto erat circumfcripta, adeo ut incertae fuerint et civibus incognitae criminum poenae. In eo vix excufationi potest esfe locus, quod, velut in Gallia, leges criminales latae quidem fuerint, fed numero multae, contrariae, disperfae, non in unum colle-

ctae, in bibliothecis eruditorum et chartarum publicarum horreis latentes. In eo vix excuſandi ſunt, quod leges, antea quidem neque inutiles, neque iniuſtae, ſed vel obſoletae, vel mox pro mutata temporum ratione, nimia ſeveritate inſignes, non opportune mutatae fuerint atque emendatae. An quidem homicidii reus, qui ante paucos annos in Anglia, legum morumque tenaciſſima, pugnam ſingularem cum accuſatore conſerere voluit, iudicantibus difficultatem moviſſet, ſi armata disceptatio, ut oportuit, abrogata fuiſſet? Nonne nimis erat durum, ante paucos annos, in Friſia, eos, qui caudas equis deſecuerant, poena morti proxima affici, et ultimo ſupplicio plecti aedium effractores; quam ſeveritatem ſuaſerat aliquando criminum illorum frequentia? In eo denique excuſationi vix potest eſſe locus, quod Imperantes eiusmodi inſtituta nimis neglexerint, quibus crimina praevertere ac praecavere licuiſſet.

Quod inter homines plerumque ſolet accidere, ut facto quodam inſolito animi moveantur atque excitentur, idem in legum criminalium emendatione obtinuit. Triste IOANNIS CALASII, civis Toloſani innocentiſſimi, ſupplicium, cuius cauſa per totam Europam a VOLTAIRIO vulgata, hominum ingenia impulit, ut de legum poenalium naevis et iudiciorum defectibus cogitarent. Mox illustriſſimus BECCARIA, libello per cultiores quascunque terras propagato, antiqua elegantia conſcripto, inſuetaque aviditate excepto, quid humanitas in puniendis criminibus expostulare videbatur, manifestavit, cuius vestigia mox alii ſequuti ſunt, ex historia iuris criminalis prudentiae civilis praecepta repetentes. Iam inter imperantes fuerunt, qui ſine mora leges reformare praeceperint, quae tamen res apud pleroſque tarde admodum proceſſit. Interea vero temporis ſparſae per totam Europam novae de iure criminali opiniones, magis ad humanitatis ſenſum, quam ad vera iuris principia, conformatae, vim ſuam in iureconſultos, in iudices, in poenas, et in iudiciorum uſum exſeruerunt. Tunc autem evenit, quod nunquam antea, ut ab illato lumine et incauto illius uſu errores nati ſint. Leges enim vetustatem redolentes, receptis ſententiis contrariae, iam in contemtum adductae fuerunt et in iudiciis quibusdam neglectae. Hinc fracta legum auctoritas et imminuta reverentia. In partes oppoſitas abierunt opiniones iudicantium, aliis conſtitutionibus antiquatis ſtricte adhaerentibus, aliis ſolam philoſophiam ſequutis, aliis mediam viam ingreſſis, quo factum, ut multa iam arbitrio committi, vacillare et in peius ruere coeperint. Humanitatem clamabant plerique, qui de iure criminali verba faciebant, de iusta ſeve-

ritate, tuendae iuris securitati prorsus necessaria, minus solliciti. Fundamenta ac principia, quibus novae leges, tot votis expetitae, inniterentur, non e doctrinae principiis derivata, sed tantum ad humanitatem conformata volebant. Philosophia mox diligentius exculta et in iurisprudentiam, etiam criminalem, illata; accuratius examinata fuerunt ac ponderata, quae suaserat humanitatis ardor, et iam prudentiae civili subministrata fuere certiora legum ferendarum principia ac fundamenta, e quibus tamen antiquiores nonnulli plura iam agnoverant et exposuerant.

Imperantes civitatibus praepositos iam urgebat sparsa inter cultiores civium ordines opinio de legum criminalium naevis; urgebat doctrina de criminibus et poenis a philosophis et iureconsultis exposita; urgebat incertior quam antea iuris conditio et usus, quo veteris memoriae leges ad humanitatem flectebantur; urgebat exemplum vicinarum regionum, ut legum codices conscribi curarent, ad auctum ingenii cultum, ad auctam humanitatem, ad aucta doctrinarum lumina conformatos. A meo proposito alienum est enarrare, quid imperantibus in diversis regionibus placuerit; quinam tardiores fuerint, quinam alacriores, quinam caeteris palmam praeripuerint. Licet non omnes legum criminalium codices recentissimi temporis eiusdem pretii habeantur, in eo tamen omnes conveniunt, illos prudentiam civilem ostendere iuris criminalis historia edoctam, veterum errorum emendatricem. Falsa crimina expulsa sunt et fugata. Quae adversus Deum committi dicebantur crimina, vel omissa sunt, vel transposita in alia codicum loca, aequiori lance ponderata. Poenae, plerisque gentibus non ultra modum severae, iam ad illati detrimenti modulum exiguntur, non ad moralem facti pravitatem. Nulli adhibentur exquisiti dolores et cruciatus; Mortis poena infligitur ab ingeniosa crudelitate ut plurimum immunis. Rarior est exsilii poena, apud plerosque in poenam ergastuli commutata, de qua in damnatorum utilitatem emendanda egregie meruit, immortali nomine dignus, HOWARDUS. Bonorum publicatio ab imperantibus liberalioris ingenii proscripta. Poena nulla infertur, nisi cuius comminatio per legem facta sit; nulla infertur, nisi reo criminis convicto. Poena infertur omnibus eadem, nisi sint in ipso facinore vel in delinquentis persona poenae exasperandae momenta, lege constituta. Poena certa est et inevitabilis, nullo asylorum remedio effugienda, nulla ratione mitiganda, nisi quae lege sit approbata. A quaestione per tor-

menta multis in regionibus iudices iam abstinuerunt, antequam eius usus lege fuisset interdictus.

Tot vero virtutes licet novos legum codices exornent, non tamen deficiunt, quae humani ingenii errores etiamnum testentur et iustas querelas moverint.

Si plerique codices poenales evolvantur in vicina Germania recepti, ubi doctrina iuris criminalis diligentissime fuit exculta, vel etiam codicum usu non receptorum exempla in publicum edita, nimium horum nonnullos offendit studium, omnia regulis generalioribus complectendi, adeo quidem, ut libris sint simillima, qui criminum et poenarum doctrinae in scholis exponendae inserviunt. In regulam autem generalem notiones nonnunquam admissas deprehendimus, quae quidem aliquando possint adesse, non vero semper adsunt, neque ad regulam vere pertinent, quod usui maxime obstitit. Porro tanquam universe vera et in omnibus valitura proponuntur, quae in singulis nonnunquam fallunt. Praeterea difficultates iudicantibus fuere motae; qui de casibus singularibus regulae nimis generali submittendis laboraverunt et decreta tulerunt, legis quidem verbis conformia, at nihilo minus absurda. Nata fuit insuper nimia, eaque non evitanda severitas, quoties de conatu, culpa, vel praestito delinquentibus auxilio, poenis afficiendo, per regulas universales fuit constitutum. Addatur singula delicta, secundum doctrinae normam ad genera fuisse relata, pro laesi iuris diversitate distincta, unde factum, ut crimina quam plurima generi prorsus arbitrario, imo ipsi eorum indoli contrario, comprehensa fuerint; utque idem crimen, pro diversa laesi iuris natura, per varia genera disiectum fuerit, modo inter publica, modo inter privata delicta collocatum; ut nonnullae quoque delictorum species, quae cum aliis, vel nomine, vel alia quadam similitudine coniungebantur, ad idem genus, quo caeterae, licet male admodum, relatae fuerint, ne prorsus omitterentur, atque ita impunitati locus esset; utque verae legum interpretationi vis fuerit facienda, vel factum ab omni poena immune declarandum, quod tamen in criminum serie desiderari non oportuisset.

Ab hisce nonnullorum in Germania codicum defectibus si quidem immunis sit Gallicus, quo Belgae etiam nunc utimur, non ideo tamen iis praestare dicendus est, sed suis etiam naevis in deformitatem est insignis. Pauca hic digito quasi indicare mihi liceat.

Silentio praetereo laesionum distinctionem, quae codicis initio occurrit, ar-

bitrariam illam; non repetitam ab ipsa facinorum natura; sed tantum a poenis lege positis, ideoque multis improbatam atque impugnatam. Silentio praetereo ingentem delictorum lege descriptorum numerum, nimium nonnullis visum; licet alii fuerint, qui iuris laesiones, in longa etiam serie, omissas esse existimaverint. Non vero tacere licet, multas rerum notiones ambiguas esse et incertas, a quarum tamen vero intellectu prorsus pendet puniendi ratio. Etenim quid voluerit legislator, quando constituit, solam agentis dementiam et vim, cui resisti non potuerit, facere, ut crimen vel delictum commissum non intelligatur; quid, inquam, voluerit, admodum est obscurum, maxime quidem, postquam legis suasores publice dicentes audivimus, hoc ita constitutum fuisse, ut omne hominum arbitrium de legis poenalis usu cessaret. Quid igitur? An soli dementes, vere ita dicti, a poenarum severitate erunt eximendi? An omnes alii, licet non omnino dementes, sine voluntate tamen et intelligentia legem violaverint, ebrietate, somno, imbecillitate ingenii aut affectuum vehementia mentis usu destituti, poenis lege positis erunt afficiendi? Hoc non patitur aeterna iuris ratio, quae malum inferre vetat, nisi iis, qui, sive voluntate sua, sive negligentia, legem insuper habuerint; adeoque vel poena erit decernenda iuris rationi contraria, vel lex per interpretationem flectenda, quod incertum, an legislatoris consilio respondeat! — Neque alia desunt exempla. Qui enim societatibus armatis praefuerunt, crimina adversus publicam securitatem molitis, poena capitali affici iubentur, absque eo, ut pateat, quaenam intellexerit legislator ad eiusmodi societatis indolem pertinere. Eadem poena manet omnes, qui infanti recenter nato, etiam sine praemeditato consilio, mortem intulerunt, licet prorsus incertum sit, quinam infantes recenter nati sint habendi, an qui vix de matre delapsi, an qui per mensem vixerunt, an bimestres etiam, semestres, anniculi, imo aetate provectiores! In furti auctores et socios gravius animadvertitur, si factum sit, vel in via publica, vel noctis tempore, absque tamen eo, ut lex constituat, quid viae publicae temporisve nocturni denominatione sit intelligendum. Tota igitur res a iudicum pendet opinione, et poenae, severitate longe dispares, similis facinoris auctoribus, diverso tempore et in diversis iudiciis, fuerunt decretae. — Si porro ad facta respiciamus, quae poenis cohiberi voluit legislator, est sane dolendum, auream regulam, cogitationis poenam neminem pati, interdum fuisse neglectam. Non quidem in privatis delictis ita factum; non quoque in publicis pleraque, sed maxime in iis, quae adversus ipsum im-

perantem eiusve familiam intentarentur. Caedem imperanti vel uni e gente sua facto illatam; insidias uni pluribusve eorum structas, actis externis manifestas, ultimo quidem supplicio puniri recte iussit legislator, qui in reprehensionem multorum non incidisset, nisi sola etiam criminis eius proposita, cum aliis tantum communicata; nisi consilia, mente tantum a pluribus disposita et parata, eadem poena vindicanda statuisset, adeo ut nostra quoquè aetate ad mortem obeundam suffecerit, de nece virorum illustrium cogitavisse! Haec autem constitutio, si qua alia, prodit male occultatum imperantis metum et atram, quae pectore sedebat, de vita tuenda et servanda potentia sollicitudinem! Imo haec tanta fuit, ut nullis non illecebris uti dedignatus sit legislator, quibus eiusmodi consilia possent patefieri eorumque auctores ad supplicium protrahi. Impunitas igitur omnibus promissa, qui de aliorum sive pravitate, sive etiam temeritate vel imprudentia, magistratum iudicemve certionem facerent. Imo ne, qui consiliorum essent conscii, longa deliberatione instituta, a perdendis aliis fierent alieniores, unum tantum diem lex concessit, quo vel dedecus e violata fide, ex hominum opinione, contrahendum, vel poenae subéundae periculum eligere oportuit. Eo enim elapso, legis severitas non effugienda, ne quidem, si precibus ac monitis alios a patrando crimine dehortati fuerint. Quomodo de legis istius meritis iudicet communis hominum intelligentia, arte non conformata, sed aequi tantum rectique sensu ducta, omnes illi compertum habuerunt, qui coniurationum reos in Gallia, non alia de causa damnatos, nisi quod familiares suos et amicos, patresfamilias eos, prolisque numerosae praesidia, crimina quidem cogitantes, at cogitantes tantum, non patrantes, fidem ipsis temere habentes, eiusque violationem ne quidem suspectantes, supplicio non effugiendo committere noluerunt. Horum sortem, implacabili legis rigore tristissimam, plerique doluerunt, èos indignatione prosequuti, qui, facta delatione, e sociorum sanguine poenam sibi redimere maluerint. — Praeter crimina, e quibus imperantis securitati detrimentum imminere videbatur, alia sunt, quae poenis ultra modum severis, neque e iudicis arbitrio temperandis, coercentur. Hic longam cogitetis seriem criminum, quae poena capitali puniri voluit legislator. Crimina cogitetis, publica praesertim, internae civitatis tranquillitati contraria, non semper accurate descripta, ita ut ipsa criminis notio aliquando ab hominum opinione sit definienda, quod quam sit periculosum, maxime turbatae reipublicae et bellorum ci-

vilium tempore, ferventibus partium studiis, nemo est, qui non intelligat. Cogitetis in quodcunque falsae monetae, tum aureae, tum argenteae crimen, sive confecti sint nummi adulterini, sive circumsecti tantum sint veri, mortem minatum esse legislatorem, nulla mitigatione admissa, sive propter exercitii modum, sive propter ipsam facti tenuitatem. Sit, uti ferunt nonnulli, hanc poenae acerbitatem remansisse e legibus, turbarum civilium tempore latis, quo receptus pecuniae chartaceae usus, cuius in fraudem aliorum conficiendae facilior occasio! Hinc vero legis iniquitas minime imminuitur, sed clarius tantum apparet, quantopere medica manu iam indigeat. Cogitetis incendii crimen, quod semper mors insequitur; sive aedes, quibus flamma apposita, habitationi fuerint aptae ac destinatae, sive minus; sive domus incensa fuerit aliis contigua; sive tugurium, ab omni vicinia remotissimum. An denique hic etiam sit memoranda infantum recenter natorum caedes, maxime a matribus illata, dubium alicui posset videri. Certe, si huius facti atrocitatem intueamur, non est, quod eam alio criminis genere superari quis censeat, adeoque mortis poenam, neque nimis gravem, neque iniustam dicere forte licet. At in constituendis poenis non tantum laesi iuris praestantiam, verum alia quoque respicere legislatorem oportet, et praesertim curare, ut poenae certae sint et criminum auctoribus non effugiendae. Si iam animum advertamus ad magnam iudicum sollicitudinem in ponderandis iis, quibus de caede infanti recenter nato a matre illata constet, dubium posset videri, an ultimum supplicium utile sit dicendum. Quo magis enim facinus istud natura abhorret, quo severior est poena lege sancita, eo etiam maiori difficultate condemnationis decretum iudex interponit, et, si momentum aliquod inveniatur, quo a iubenda capitis poena possit abstinere, huic pondus, quantum poterit, solet adiicere; imo, si nihil aliud supersit, saepius impunitatem poenae praeferet. Hinc de hocce crimine, nimis sine poena commisso, iam questus est BOEHMERUS et questi sunt alii, nostra etiam aetate, imprimis ubi iudicia per iuratos habentur, qui de absolvendis matribus, occisi infantis recenter nati reis, fere coniuravisse videntur. Subvenit igitur nonnullis dubitatio, an, si propter crimen illud, atrox certe et horrendum, neque ideo minus frequentissimum, ad longam ergastuli poenam damnare lege permitteretur, non scrupulus iudicantibus moveretur et non imminueretur earum numerus, quae nunc omnem poenam evadunt, cum, propter factum probatu difficile, vel mors vel impunitas a iudice sit pronuntianda. Ita,

putetis forte; existimant eiusmodi iuris criminalis doctores, qui, usu rerum non edocti, solam humanitatem praedicant, pulchram quidem, at arcendis criminibus non aptam aut sufficientem! Imo vero sunt iudices in suprema Galliae curia, prae aliis negotiorum frequentia exercitati, quibus haec suborta dubitatio; quam non improbaverunt KLEINIUS aliique in Germania, iudiciis criminalibus expertissimi. — Quae hactenus dixi ad singulas delictorum species pertinent; alia sunt, quae certa spectant hominum genera, in quos severius, quam quidem in alios, animadvertendum esse censuit legislator, non tamen in omnibus iustitiae et aequitatis praecepta sequutus, qua de re pauca sunt addenda. — Nemo certe unus est, qui inficias eat, eos, qui munere publico funguntur, prae reliquis omnibus ad legis observantiam teneri, et, si quando eam violaverint, iuste omnino, poenam graviorem subire. Poterit tamen poena illa modum evagari, et non omnis fraus legi facta aequo pondere erit aestimanda. Iusta igitur severitate legislator Gallicus viros, publico munere insignes, delictorum criminumve auctores, caeteris civibus gravius puniri voluit. An vero iusti limites non evagata sit eius prudentia, praesertim in puniendo falsi crimine et iis, quae legibus falso aequiparantur, nulla e negotii levitate eiusque exiguo momento mitigandae poenae ratione, nunc etiam, concessa, omnibus, ni fallor, compertum erit, quotquot iudiciis, de hoc criminum genere institutis, vel per tempus interfuerunt. An etiam nimis infensus fuerit in eos, qui poena, semel iam illata, non commonefacti, a novo facinore non abstinuerint, inde efficiatis, quod omnino non attendatur, an, inde ab admissa prima legis violatione usque ad alteram, breve admodum tempus, num vero longum sit elapsum; quod non distinguatur, an recens illud factum, quo reus poenam meruit, eiusdem sit naturae, cuius vetus, num vero omnino diversae; imo quod propter crimen repetitum, sola repetitionis causa, non raro mors sit inferenda. Hanc acerbitatem tollere et legem in melius reformare in votis aliquando habuerunt delegati ad supremum legislatorum in Gallia consessum; quae tamen vota omnino dolendum est, pia tantum fuisse, successu destituta. — Maxime vero hic nuncupandi criminum socii, in quos eadem poena, qua in auctores, animadvertitur. Hoc vero non ideo durum quis existimet, quia sociis, ad factum alterius accedentibus, levior poena sufficere posset videri. Haec enim ratio non omnes iuvaret, qui lege socii habentur, quo nomine etiam veniunt, quicunque donis, promissis, minis, auctoritatis abusu, vel arti-

bus atque insidiis alios incitaverint; certe ipsis auctoribus benignius non tractandi. At alia est difficultas, quae maius habet momentum. In nonnullos enim criminum auctores severior poena lege sancita est, quam quidem in alios, propter necessitudinem, quae hos inter et eos obtinet, contra quos facinus admissum. An hoc vinculum socios etiam adstringit ad gravioris poenae molestiam? An qui famulo domestico vel ancillae, de bonis herilibus per furtum ablatis in iudicium tractae, socius fuerit, eadem, qua hos, erga dominum fide atque observantia teneri affirmabimus? An obscurae famae hominem, qui viro, muneris publici honore conspicuo, in conficiendo falso instrumento auxilium tulerit, huius quoque poena, longe graviori, afficiendum dicemus? An filii parricidae adiutorem puniendum statuemus, ac si ipse esset parricida? An huic non licebit, quod filio denegatum, excusationem proponere, si, facta violentia, ad caedem fuerit incitatus? Dubia et incerta fuisse videtur ipsa Galliae suprema curia, quae, modo in hanc, modo in alteram sententiam propensior, non semper eadem iudicandi ratione est usa. Et profecto, minus in dubium vocari poterit, quid flagitet aequitas ac iustitia, quam quid e legislatoris voluntate sit decernendum! — Si quidem tot crimina, secundum Gallici codicis constitutionem, nimia vindicentur acerbitate, sunt alia, de quibus longe diversa placuerunt. Huc maxime referenda delicta, adversus liberum iurium civicorum exercitium commissa, quae legislator levitate prosequutus est prorsus singulari, imprimis si poenae, in codice statutae, comparentur cum iis, quae turbatae reipublicae tempore invaluerunt. — Inter poenas etiam, quae inferri iubentur, sunt a nostrae aetatis cultu omnino alienae, ideoque improbandae ac repudiandae. Hic in memoriam revocetis restitutam, quae abrogata fuerat, bonorum publicationem, et mulctas, sive ergastuli poenae frequenter adiunctas, sive solas etiam lege constitutas, nonnunquam ita graves, ut ipsam omnium bonorum publicationem exsuperent, adeo ut in futura quoque damnatorum bona fiscus se ingurgitet, turpis avaritiae nota insignis. Revocetis deterrimam mortis civilis poenam, quae non tantum opera perpetua comitatur, verum etiam deportationem; ideoque facit, ut homines numero multi, ab ergastulo in coloniam missi, in uno loco degentes, iuris tamen expertes vivere intelligantur, nisi dura legis severitas ad rationis praecepta flectatur. Revocetis crudelem illam manus dextrae amputationem, parricidis faciendam, antequam mortem obeant; spectaculum horroris plenum, aevo sequiori dignissimum, a nostro autem prorsus

alienum. Laus igitur nulla augustissimo Regi nostro non tribuenda, qui hasce poenas plerasque proscripsit aliasque in earum locum substituit!

Denique, ut finem dicendi faciam, sunt etiam errores legibus, cum in Gallia, tum in Germania latis, communes dicendi, quos omittere instituti nostri ratio non sinit. Multi sunt inter iureconsultos, qui doleant, in poenis determinandis fato nimis fuisse commissum. Scilicet ab incerto rerum exitu pendet, an qui alteri vulnus intulit, leviore carceris poena sit afficiendus, num vero ergastulo includendus, imo infamia notandus. Si enim laesus, vel per unum diem, ultra tempus lege definitum, morbo a laesione contracto laboret vel operi suo sustentando sit impar, actum erit de fama laedentis, quem iam ignominia manet, non evitanda. Nil sane intererit, an soli vulneri tribuendum, quod laesus non opportuno tempore sanitati fuerit restitutus, num vero coeli gravitati aut medicorum imperitiae. Plura huius generis possent proponi, etiam talia unde pateret, vitam laedentis unice pendere a tempore, per quod diem protraxerit is, cui vulnus illatum. Haec autem missa facienti pauca liceat adiicere de legislatorum sollicitudine, omnia legibus constituendi, deque studio iudicis arbitrium ultra modum imminuendi vel tollendi, quo nomine Germanicae pariter et Gallicae leges notandae videntur. — Pulchrum scilicet plerisque visum fuit, si, quod eximio laudis praeconio celebravit MONTESQUIEVIUS, sola lex poenam iuberet, nullis hominum voluntati partibus relictis. Hoc ante annos circiter triginta, legislatoribus in Gallia ita placuit, ut poenas lege constituerint certas ac prorsus determinatas, adeo ut iudici ne quidem commissum fuerit tempus definire, quod in exsilio vel ergastulo damnatis esset consumendum. Quid vero effecit haec legislatorum ratio? Monstravit certe hos ipsos, qui iudicibus, velut humana prudentia destitutis, fidem nullam habuerant, sapientia, quae Deorum est, non etiam praeditos fuisse. Eventus enim exspectationem fefellit. Fracta quidem muneris iudiciarii dignitas, sed enata simul poenarum durities ad immanitatem accedens, cum nulla poenarum diversitas admitteretur pro tot variis rationibus, quae eiusdem criminis aestimationem augere possunt vel imminuere. Hanc legis acerbitatem aliquatenus quidem lenivit codicis, quo nunc utimur, auctoritas, quo iudici permissum tempus definire, per quod poenae non perpetuae damnatis sint subeundae, observatis tamen limitibus lege positis. Imo poenas, quibus non quidem crimina, sed levioris momenti delicta, coerceri iubentur, propter damnum exile et rationes mitigationem suadentes, temperare fuit concessum.

At ne hoc etiam sufficit, ut iusta fuerit laesiones inter poenasque mensura. Criminum enim reis nil profuit aetas iuvenilis, quaeque eius esse solet protervitas ac petulantia; nil poenae gravitatem imminuit aliorum adhortatio; nil detrimenti illati levitas. Meliora Belgis Rex noster demum attulit, qui iudicibus facultatem concessit, propter rationes lege descriptas, poenas constitutas mitigare, simul tamen prudenti huius facultatis usu religioni iudicantium commendata. An salutaris fuerit huius concessionis effectus in iudiciorum criminalium exercitium, quis vestrum, usu edoctus, in dubium vocabit? Quod nobis diu iam contigit, multis adhuc in Gallia et Germania votis expetitur. Plura, opto, nobis afferant novae, quas exspectamus, de criminibus leges; quibus alii etiam profligentur errores, sintque tutum civium libertati ac securitati praesidium, populisque vicinis humanitatis simul et prudentiae exemplum! Haec sunt, A. A. quae dicenda habui; quo minus plura adiiciam, metus obstat vos, diutius quam oportet, detinendi.

Ex hisce vero rostris ante decedere non licet; quam vobis, nobilissimi Curatores, grati animi sensum significavero, quod dignus vobis visus fuerim, quem ad munus iurisprudentiae in celeberrima hac academia docendae Regi augustissimo commendaretis. Est sane quod mea designatio animum laetitia afficiat. Etenim quodcunque munus per omne vitae tempus administravi, nullum mihi eo fuit iucundius, quo, fere per sexennium, in Athenaeo Frisiaco, fungi contigit. Ut in disciplinarum cultu aetatem transigere mihi liceret et iurisprudentiae studio iuvenum ingenia imbuere, et urbem natalem aliquando reliqui, et honorificum in iudicum ordine locum, et collegarum coetum, et amicorum consortionem et cognatorum familiaritatem. Neque unquam facti me poenituit! Cum vero auditorum frequentia docentis augeat alacritatem; cum dulcis sit et suavitatis plena cogitatio, eodem in loco eruditionem amplificare, quo posita quondam fuere discendi tirocinia, est certe, quod mentem teneat exspectatio, me hic maiori cum voluptate et doctrinarum cultui et iuventutis commodis prospecturum. Vobis persuasum habeatis velim, me, officii memorem, illud omni semper mente acturum, ut, quantum quidem pro virium tenuitate lice-

bit, in iuvenum animis augeatur disciplinarum amor, utque ad ingenuum iurisprudentiae studium, literis pariter et philosophia condecoratum, mature conformentur. Vestris, precor, auspiciis diu floreat, uti nunc etiam floret, haec alma eruditionis sedes! Singulis annis nova capiat splendoris incrementa, et egregium nutriat civium numerum, quibus augeatur aliquando et illustretur patriae gloria!

Vestrum ordinem ubi intueor, clarissimi Professores, tristia simul et laeta animum occupant. Tristia occupant animum. E tot enim meis praeceptoribus, huius academiae quondam ornamentis, unum tantum superstitem video. Quem subtili iudicio et summa perspicuitate philosophiam tradentem audivi, BOSMANNUM, dudum immatura morte sublatum ploravimus. Tristissimo etiam funere elatus PAEHLIGIUS, qui ingenio, studiis pariter atque usu exercitato, discipulis suis plurimum proderat. Occubuit etiam, qui comitate atque affabilitate sermonis animos retinebat; qui ad priscae venustatis sensum et dictionis nitorem discipulos arte formabat, RUARDIUS. Morte quoque abreptus est BOSSCHA, vestri ordinis decus, donec ab Amstelaedamensibus expetebatur, qui veteris aevi elegantiam accuratae recentiorum eruditioni coniungebat. Acerbum denique supervenit et maxime lugendum TWISTII fatum, qui perspicua atque accurata rerum expositione, docendi facilitate, ingenii solertia, superiorem non habuit. Hi quondam praeceptores mei, quos reverentia semper et amore prosequutus sum, vestrum ordinem amplius non exornant! Horum vero memoriam, solemni hocce die, silentio praeterire nefas esse existimavi!

Laeta vero simul animum occupant. Ordini enim me adscriptum esse tot viris egregiis nobilitato, in eruditorum republica nomen insigne habenti, non exigua voluptate mentem perfundit. Ordini me adscriptum laetor tot viris conspicuo, e quorum usu et consuetudine uberrima doctrinae emolumenta sperare mihi licet. Non vero possum, quin vobis, quorum merita suspicio, me commendem, quem animo benevolo in coetum vestrum et amicitiam accipiatis et consiliis vestris adiuvetis. Ita levius erit collegarum desiderium, quibuscum per annos aliquot vivere mihi contigit, quorumque meminisse nunquam mihi dulce non erit. Qualis ego sim, qui me vobis offero, norunt illi, qui me quondam vel discipulum, vel commilitonem habuérunt et amicum. Norunt illi, nisi omnia me fallant, me candidum esse et apertum, a fuco et fraude alie-

num, neque infidelem, neque suspiciosum; veritatis simul et pacis amantissimum. Talem si me vultis, persuasum vobis habeatis, me coniunctissimum collegam futurum, eruditionis et academiae commodis, omni, qua potero, diligentia vobiscum inservientem.

Laetum mihi accidit, te nominatim compellare, clarissime GRATAMA, quem solum e praeceptoribus superstitem habeo. Ab eo tempore, quo me adolescentem tibi commendavit avunculus mihi carissimus, tuus a teneris amicus, nullum fuit benevolentiae genus, quod in me non contulisti. Lectionibus tuis, colloquiis, monitis, ad iurisprudentiae cognitionem conformatus tener animus et ad veri iustique amorem incensus. Tibi debeo quidquid in iuris philosophia profeci, cuius in hac academia docendae partes mihi tecum iam commissae. Pergas, quaeso, me, collegam tibi datum, eo semper animo prosequi, quo discipulum prosequutus es! Tua eruditione meae penuriae, tua experientia meae imperitiae succurras! Ne dubites, quin tua benevolentia, tuo exemplo, tuis consiliis, mihi nihil unquam futurum sit gratius, nihil antiquius!

Laetum mihi accidit, vos collegas iam salutare, quos antea in hac academia commilitones habui, dulcissime VAN SWINDEREN, amicissime LULOFS! In longum abiret oratio, si in memoriam revocare vellem tempora illa, in quae incidit iuvenilis aetas, quibus res patriae, ruinam minitantes, iustam nobis indignationem movebant; quibusque nihilominus laete florebant artes et disciplinae, nobis diligenter excultae et in deliciis habitae. Tunc unus nobis erat veritatis amor et mutua ad officium adhortatio. Una erat mens et non intermissa concordia, sive ad laborum, sive ad laetitiae societatem veniremus. Iam annorum lapsu mutata rerum facies. In academiam, quam discentes reliquimus, docendi caussa sumus reversi. Utinam, quam accepimus, doctrinae copiam, cumulata mensura reddere nobis contingat et praeceptorum vestigia pressius sequi! Quaecunque vero tempus immutaverit, intactum reliquit vetus amicitiae foedus, quod, per reliquum vitae tempus, inviolatum servari, confirmari, augeri, mihi optatissimum et iucundissimum habeo.

Vos denique, praestantissimi iuvenes, academiae Groninganae cives, insalutatos dimittere; neque officii ratio, neque animi mei affectus permittit. Ut vestra ingenia iurisprudentiae studio exerceam, ad hanc Musarum sedem vocatus sum. Per sexennium fere eadem mihi provincia in Athenaeo Frisiaco fuit

mandata. Summam e muneris exercitio voluptatem percepi, cuius partem insignem discipulis tribuo. Non quidem magna mihi fuit auditorum corona; sed inter illos, quos habere mihi contigit, nulli fuere prorsus desides et ignavi, pauci negligentiores, plurimi ob assiduam diligentiam laudandi, omnes praeceptoris observantissimi. Qualem me habuerint in discenda iurisprudentia ducem et auctorem, ex iis velim quaeratis, qui nunc vobis sunt in hac academia commilitones. Qualis vero ipsis fui, talem et vobis me fore confidatis. Vobis sit idem atque illis erga praeceptorem animus! Deum Optimum Maxumum precor, ut conatibus meis annuat!

ANNOTATIONES.

P. 1. **Oratio** etc. Typis expressa est oratio, uti scripta fuit, non vero, uti recitata. Ne enim tempus nimis longum dicendo consumeretur, plura hic illic omisi, praesertim eorum, quae in ultima parte tractantur.

P. 5. **Dii erant placandi** etc. Exempla habent CAESAR, *de Bello Gall.* VI, 16. MONTESQUIEU, *Esprit des lois*, XII, 4. et Clar. WELCKER, *die letzten Gründe von Recht, Staat und Strafe*, p. 324 sqq. 368 sqq. et 536.

P. 6. **Prius illud** etc. Hoc multis fuit observatum, uti probant GOGUET, *von dem Ursprung der Gesetze*, I, 1, artic. 1. T. I, p. 16. BECCARIA, *des Délits et des Peines*, p. 24. CALKOEN, *over het voorkomen en straffen der misdaden*, p. 128 sq. et VEZIN, *Straf- en Doodregt van Teneriffe*, p. 53 sqq.

Ib. **Poenas huic laesioni adaequatas** etc. Cf. CARPZOVIUS, *Quaest.* LXXVII, N. 24. et imprimis ED. HENKE, *Grundriss einer Geschichte des deutschen peinlichen Rechts* (*Sulzbach*, 1809), T. I, p. 267 et T. II, p. 82 sq. 106 sq. 239, 282, 296 et 415.

Ib. **Pauci fuere** etc. Hoc probant BECCARIA, d. l. HENKE, d. l. T. II, p. 160, 296, 313 et 334. Add. DEIMAN, Disput. *de Officiorum collisione*, quae praemio honorata est a legati Stolpiani curatoribus, p. 95.

Ib. **MICHAËLIS.** In egregia praefatione Tomi VI operis de iure Mosaico, Pag. CXXIII, sqq. Ed. Belg. Cf. HENKE, d. l. T. II, p. 319 et 333.

Ib. **Alterum illud** etc. Hoc exemplis a variis gentibus repetitis confirmat Ill. DE PASTORET, *des lois pénales*, P. 3, Sect. 8. C. 3.

Ib. **Ibin** etc. HERODOTUS II, 65. Cf. WELCKER, d. l. p. 319 sq.

Ib. **Ramum** etc. PLATO, *Leg.* L. IX, p. 854. AELIANUS, *Hist.* V, 17. XENOPHON, *Memorab.* L. I, C. 1. Cf. G. I. VAN HARN, in Diss. *De delictis, quae in Deum committi vulgo dicuntur, in novo legum criminalium Belgicarum codice recte omissis vel in alia loca transpositis.* (Hard. 1805), p. 24, sq.

Ib. **Furta in aede sacra,** etc. Hoc apud Athenienses ita obtinuisse variis veterum locis confirmat BARTHELEMY, *Reize van den jongen Anacharsis*, T. II, C. 19. p. 329. Edit. Belg.

Ib. **Haruspices** etc. Vid. L. 1 et 2. C. Theod. *de Maleficis et Mathematicis* (IX, 16).

P. 7. **Iudaeos** etc. Vid. L. 1. C. Theod. de *Iudaeis, Coelicolis, etc.* (XVI, 8).

Ib. **Temporis sui** etc. Vid. Nov. 77, C. 1.

Ib. **Imo eo ventum est** etc. Cf. MONTESQUIEU XII, 4. et PASTORET, d. l. P. III, Sect. 9, C. 3.

Ib. **GROTIUS** etc. Vid. I. B. et P. II, 20, 20 et 44. Caeterum de hoc argumento recte disputaverunt MONTESQUIEU, d. l. PASTORET, P. III, Sect. 3, C. 3. SERVIN, *de la législation criminelle*, L. I, C. 4, Sect. 1. Adversam sententiam tuetur MUYARD DE VOUGLANS, *Lettre sur le système de l'auteur de l'Esprit des Lois*, p. 13 sq.

Ib. **Res sacras quascunque furto abstulisse** etc. Inter furta qualificata, quae dicuntur, art. 381 ad 400 codicis poenalis Gallici descripta, sacrilegium non occurrit. Furtum igitur in aedibus sacris factum, cui alia poenae augendae momenta non inerant, delictum esse, non vero crimen, secundum legis Gallicae distinctionem, iudicaverunt curiae, quae Pali et Tolosae sedent, quorum vero iudicia nihili esse iussit curia suprema sive cassatoria, uti vocatur, omnibus eius sectionibus congregatis, circa finem A. 1821. Ratio proponitur, quod templum locus est habitatus, quodque leges in subsidium sunt vocandae, quae ante promulgatum codicem poenalem valuerunt, unde efficitur, non simplex furtum, sed sacrilegium esse commissum. Caussam expositam vidi in diario: *Journal de Gand*, d. d. 3 Ian. 1822. Maxime dubito, an quidem reverentia, curiae supremae debita, faciat, quo minus alii rebus iudicatis rescissis subscribant.

Ib. **Veteres Persae,** etc. Varia veterum loca hanc in rem proponit WELCKER d. l. p. 335, not. ee.

Ib. **Aliae gentes** etc. Cf. DE VALAZÉ, *Loix pénales* L. VI, C. 2.

Ib. **Pecuniam** etc. Ita apud Iapanenses obtinere notat MONTESQUIEU, VI, 13.

P. 8. **Aegyptiis** etc. Ita refert DIODORUS SICULUS, I, 77.

Ib. **Imo infelix artis medicae exercitium** etc. Cf WELCKER, d. l. p. 336. SERVIN, d. l. L. I. C. 3, Sect. 1, § 2. fin.

Ib. **MEINERSIUS.** Vide eius *Grundriss der Geschichte der Menschheit*, C. 15, § 1, p. 186.

Ib. **Athenienses** etc. Ita e loco DEMOSTHENIS docet BARTHELEMY, d. l. C. 35. P. IV, p. 63. Add. LUCIANUS *in Lucio sive Asino* C. 54.

Ib. **SENECA voluit.** Vid. *Nat. Quaest.* IV, 7.

Ib. **IUSTINIANO,** etc. Vid. § 5. Inst. *Publ. Iud.*

Ib. **Apud** HOMERUM etc. Vid. *Odyss.* I, 298, sqq. III, 197. Iliad. XVIII, 334, sqq. XXIII, 175 sq. XXIV, 26 sqq.

Ib. **An Spartanos** etc. Loca veterum, quibus hoc confirmatur, collegit KÖPKE, *Fortsetzung von* NITSCH, *Griechische Alterthümer*, p. 225.

Ib. **An ab aliis populis** etc. Talia exempla habent MEINERS, d. l. p. 188. Clar. MÚNTINGHE, *Geschiedenis der Menschheid*, T. III, p. 105 et in nota p. 77 sq. PASTORET, L. I, C. 3. WELCKER, p. 422 sq. HARWOOD, *Handbuch der Griechischen Alterthumer*, T. I. p. 246.

P. 8. **Aegyptios atque Athenienses.** Vid. Genes. C. 39, V. 19 et 20, ib. C. 41, v. 41 et 42. MICHAËLIS, *Mosaisch Regt*, T. V. P. 238. BARTHELEMY, d. l. C. 19. T. II, p. 329 sq. et HARWOOD, *Handbuch der griechischen Alterthümer.* T. I, p. 173, sq.

Ib. **Longa est et horrenda series** etc. De Aegyptiis, Hebraeis, Chinensibus, aliis dixit GOGUET, d. l. T. I, p. 16, sq. De Atheniensibus HARWOOD, d. l. p. 259, 266, sq. et 292, qui multa loca attulit, unde patet, mortis poenam constitutam fuisse in furta effractionis ope commissa; in furta e lyceo, academia, gymnasio facta, quodcunque rei ablatae pretium fuerit; etiam e balneis vel portu, si res ultra decem drachmas aestimaretur; in eos, qui publico munere fungentes se donis corrumpi paterentur, aliaque delicta. De Romanis antiquissimis una testetur lex decemviralis.

Ib. **Tristitiae est et doloris plena contemplatio** etc. De ingeniosa in poenis crudelitate, apud Hebraeos, Spartanos et Athenienses non adhibita, dixerunt Cl. MUNTHINGE, d. l. T. VII, p. 285. CRAGIUS, *de Rep. Laced.* IV, 10 fin. BARTHELEMY, d. l. HARWOOD, d. l. p. 177 sq. De cruciatibus poenis apud Romanos adiunctis disputant IO. TONCKENS, Diss. *de Poenis in iure Romano*, p. 12 sqq. et E. I. LEWE, *Spec. de ingeniosa in poenis crudelitate*, p. 14 sq. Exempla, ab aliis populis repetita, multa collegit PASTORET, L. I. C. 5 et L. II, Sect. 2, C. 3. Add. JOUY, *la Morale appliquée à la Politique*, L. IX, C. 11.

Ib. **Apud Aegyptios** etc. Vid. DIOD. SIC. L. I, C. 78.

P. 10. **GALBA enim** etc. Vid. SUETON. *Galb.* C. 9.

Ib. **Servos** etc. Vid. L. 3. Cod. *Serv. Fugit.* — Aliud exemplum repeti potest e L. 1. Cod. Theod. *de Raptu virginum*, (IX, 23), ubi voluit CONSTANTINUS, nutricibus, quarum detestabile ministerium fuisse arguetur, si qua rapta fuerit puella, poenam imminere, ut meatus oris et faucium, qui nefaria hortamenta protulerit, liquentis plumbi ingestione claudatur. Hanc severitatem *iustam* dixit GOTHOFREDUS in Commentar. ad d. l. T. III, P. 213.

Ib. **Exactori** etc. Vid. Nov. 17, C. 8. Nov. 42, C. 1, § 3. fin. Aliud est exemplum in Nov. 142, C. 1.

Ib. **Non alio modo** etc. Vid. LEONIS *Nov.* 35.

Ib. **Fumi poenam** etc. Vid. LAMPRIDIUS *in Alex. Sev.* C. 36. Add. doct. LEWE, d. l. p. 47, sqq.

Ib. **Criminum enim auctores** etc. Ita asylorum originem exposuit MEINERS, *Allgemeine Kritische Geschichte der Religionen.* P. I. p. 488, sqq. Aliter HARWOOD, d. l. p. 293.

Ib. **Eadem fuisset, quae Moysi prudentia** etc. Hanc recte laudaverunt VAN ALPHEN, *over de voortreffelijkheid der Burgerlijke wetgeving van Mozes boven die van Lycurgus en Solon.* p. 174, et MONTESQUIEU, XXV, 3. Alii etiam legislatores MOYSIS exemplum sequuti, uti probant GROTIUS, I. B. et P. II, 21, 5. et GOGUET, T. II, p. 66.

P. 11. **Tunc vero** etc. TACIT. *Ann.* III, 60—63.

Ib. **HONORIUS et THEODOSIUS**, etc. Vid. L. 2. C. *De his, qui ad eccl. confug.* (I, 12).

Ib. **IUSTINIANUS**, etc. Nov. 17, C. 7.

Ib. **Certe nulla fuit inventa** etc. Ita iudicant BECCARIA, p. 21 et PASTORET, d. l. P. IV, C. 18.

Ib. **Poenarum redemtio.** Hanc iam ante immodicum privatae vindictae usum inter homines valuisse, existimat BERGK, in historiae iuris criminalis conspectu, quem praemisit suae versioni libelli BECCARIANI, p. 17. At haec opinio refellitur, tum naturali, quod solet identidem augeri inter gentes, humanitatis studio, tum exemplis ab historia repetitis. Recte enim observat GARVE, morem poenae redimendae iam provectum quendam exculti ingenii gradum arguere, quoniam populus, qui eum recepit, iam perspicit, inimicitias, per vindictam excitatas, maiores esse iis, quae ex una caede nascuntur, et rerum habendarum cupiditate magis delectatur, quam ulciscendi desiderio, quod ferocioris est indolis. Vid. eius *Anmerkungen zu* CICERO *von den Pflichten*, T. II, p 239. Idem indicat TACITUS, *German* C. 21. Idem docet gentium Americanarum versus septentrionem exemplum, uti observat VEZIN, d. l. p. 57.

Ib. **Morem illum** etc. Ita Phoenix apud HOMERUM, Il IX, 493 sqq. Caeterum poenae redemtae exempla saepius apud eundem occurrunt, v. g. Il. IX, 628 sqq. XVIII, 497, sqq. De Hebraeis dixit MICHAELIS, d. l. T. VI, § 275. De Germanis TACITUS d. C. 21. De aliis multis MEINERS, *Grundrisſ*, P. 190 sq.

P. 12. **Iam ante HOMERI aetatem**, etc. Vid. *Odyss.* VIII, 332, 347 sq. Cf. DIOD. SIC. XII, 21.

Ib. **Quis fuerit effectus** etc. Graviter hac de re disputat MICHAELIS, d. l. Add. *Principes de la Législation universelle*, T. II, p. 446.

Ib. **GROTIUM nostrum.** Vid. I. B. et P. I, 2, 5, 3. „Natura non iniquum est, ut quantum quisque fecit mali, tantundem patiatur." III, 11, 16, 2. „Talionem natura non admittit, nisi in ipsos, qui deliquerunt."

Ib. **KANTIUM**, Vid. *Metaph. Anfangsgr. d. Rechtsl.* p. 197, sq.

Ib. **At cogitent** etc. Vere hanc in rem disserunt MICHAËLIS, d. l. T. V, § 242, et FILANGIERI, *Science de la Législation*, L. III, P. 2, C. 35.

Ib. **In plerisque enim criminibus** etc. His aliisque rationibus talionem impugnant FAVORINUS apud GELLIUM, XX, 1. MATTHAEUS, *de Criminibus*, ad L. XLVII, Tit. 4, n. 2. SERVIN, d. l. L. I, Sect. 1, § 5. VEZIN, d. l. p. 52, sq.

Ib. **Magiae** etc. Cf. HENKE, d. l. T, I, p. 44 et 282.

P. 13. **Imo eo progressa est** etc. Cf. SERVIN, d. l. L. I, Sect. 2, § 8.

Ib. **Hoc crimen** etc. Cf. HENKE d. l. p. 282.

Ib. **Quantum iuri** etc. Recte de haeresi disputatur in libro; *Plan de législation sur les matières Criminelles par M. le F***.* (Amst. 1779) p. 53 sqq. Add. imprimis STÜRZER, *ueber die Rückfichten, die der Gesezgeber bei Verfasfung eines neuen Strafkodex zu nehmen hat*, (Landshut, 1801), § 26.

Ib. **Populi originis Germanicae** etc. Hoc praeclare exposuit Doct. I. D. MEYER, *Esprit, Origine et Progrès des Institutions judiciaires.* T. I, passim. Add. HENKE, d. l. T. I, *Einl.* p. XIV, sq. et in ipsa Historia p. 217 et 266, sq.

Ib. **Apud Frisios** etc. Vid. Lex Frisionum, Tit. II, apud SCHOTANUM, *Beschrijvinge van Frieslandt*, p. 24.

Ib. **Aucta** etc. Cf. FILANGIERI, L. III, P. 2, C. 35, fin. PASTORET, P. I, C. 3. HENKE, T. I, p. 21 sq. 28 sqq. 37—41.

Ib. **Vulnera** etc. Hanc in rem insignis est lex *Frisionum*, Tit. 15 et 22. apud SCHOTANUM, p. 28 sqq.

Ib. **Vita hominum** etc. De eo quod in Gallia locum habuit, ita nuper dixit BOUY, in opere laudato, L. IX, C. 3. „*Parmi nous pendant plusieurs siècles, la force et la richesse reglèrent le tarif des délits et des peines; a quinze sous de notre monnaie par coup, un homme riche du onzieme siècle pouvait briser sous le bâton le pauvre ou le faible; il est vrai qu'il en côutait vingt-cinq sous pour avoir le droit de verser son sang, et à peu près trois franc, s'il n'étoit pas noble, pour lui ôter la vie. — Les outrages à la pudeur des femmes n'étaient pas un objet de grandes dépenses, et, dans ce genre, les derniers excès avaient été mis à un taux assez bas pour qu'un gentilhomme un peu à son aise pût, sans se gêner, se livrer à toutes ses fantaisies.*"

P. 12. **Fuerunt enim** etc. Hoc arguit HENKE, T. I, p. 277, sq.

Ib. **Testes adhibebantur** etc. Hunc morem egregie exponit HENKE, d. l. p. 77 sq. et 204 sq. Exemplis ab ipso allatis addatur e legibus antiquis Frisicis Tit. 1, 10 et 12, ubi iuramentum super reliquiis sanctorum memoratur. Porro e legibus prisco Frisiorum idiomate scriptis, quae dicuntur: *de zeventien Kesten of willekeuren en de vierentwintig landregten*, alia attulit SIBR. SICCAMA in notis ad antiquas Frisionum leges, Tit. 1, § 3. p. 23 sq. Edit. GAERTNERI. Add. *Oude Friesche Wetten*, constit. 6, p. 158. Edit. amplissimi WIERDSMA et BRANDSMA.

Ib. **Compertum illud habuerunt** etc. Ita rem explicat MAIER, *Geschichte der Ordalien*, p. 11.

Ib. **Ipsum Deum** etc. Cf. MAIER, p. 22 sqq. HENKE, T. I, p. 82 sqq.

Ib. **Etiam apud maiores nostros,** etc. Veteres Frisii vario modo Dei iudicium invocabant. Periculum per aquam ferventem, quae *Ketelfangh*, vel *Wettercampe* vocatur, occurrit in *Legib. Frison* Tit. 3, § 6, apud SCHOTANUM, d. l. p. 25 et in legibus patriis

sermone scriptis sive *Oude Friesche Wetten*, p. 49 et 248. Per vomeres ardentes vel per ferrum candens se culpa vacuum reus etiam probavit. Vid. ib. p. 163, 181 et 229. Porro etiam in usu fuit fortis periculum, scilicet per duas virgulas, quarum altera crucis signo erit notata, secundum *Leges Frision.* Tit. 14, apud SCHOTANUM, p. 28; et periculum per panem consecratum, quod *corbita* dicitur et memoratur in *Oude Friesche Wetten* p. 164.

Ib. **Donec artes inventae fuerunt** etc. Sine talibus artibus iudicia Dei non per tempus adeo longum in usu esse potuissent, uti arguit WIERDSMA in notis ad leges Frisiacas p. 223. Add. MAIER, d. l. p. 85, sqq.

Ib. **Quos inter vellem** etc. Vid. GROTIUS *in annot. ad Vet. Test.* ad Numer. V, 17 et in *Prolegom. Hist. Goth. Vandal. et Longob.* p. 64. Cf. WIERDSMA, d. l. p. 222 sq.

P. 13. **Pugna igitur singularis** etc. Huius etiam fit mentio in *Oude Friesche Wetten*, p. 53 sq. et 247. Caeterum hoc iudiciorum genus exposuerunt MAIER, p. 142 sqq. et 158, sq. HENKE, T. I, p. 88 sqq. et 95 sqq. Doct. MEYER, *Instit. Iudic.* T. I, p. 311 sqq. Foeminas etiam manum conseruisse legimus, ita tamen ut virum, si esset fortior, ad medium corporis partem in foveam descendere oportuerit; imo victoria a muliere reportata dicitur Bernae A. 1288.

Ib. **In poenis** etc. Poenas, quae medii aevi tempore in usu fuere, memoraverunt PASTORET, d. l. P. II, Cap. 2. et HENKE, T. I, p. 41 sqq. et 290 sq.

Ib. **Sanctus Ludovicus existimavit.** Hunc ideo perstrinxit VOLTAIRE in notis ad BECCARIAM, p. 151. Edit. Belg. Constitutionem suam ipse Rex, hortante Pontifice Romano, A. 1272, abrogavit. Vid. PASTORET, d. l. Sect. 3.

Ib. **Nonnullae Germanorum leges** etc. Vid. HENKE, T. I. p. 289.

Ib. **Periurisque** etc. Idem in Capitularibus Regum Francicorum constitutum fuisse variis exemplis confirmavit PASTORET, d. l.

Ib. **Qui incendium fecerant** etc. Vid. VAN SCHWARTZENBERG, *Voorrede tot het Vriesch Charterboek*, T. I. et HENKE, T. I. p. 40.

Ib. **Aedes Dei cultui dicatae** etc. Cf. HENKE T. I, p. 51 sq. et 305. De immodica Iuris Pontificii in asylis concedendis facilitate iam questus est IODOC. DAMHOUDER, *Prax. Rer. Crim.* Cap. 108, n. 10 sqq. Add. MOORMAN, *Verhandeling over de misdaden en straffen*, L. I, C. 7, n. 6. et MEINERS, *Gesch. der Religionen*, T. I, p. 495 sq. Asylorum usum propter privatae vindictae licentiam necessarium fuisse existimat HALTAUS, *Glossar. Germ.* voce: *Freyheit*.

P. 16. **Haec clericorum iurisdictio** etc. Eius historiam et effectus recte exposuit HENKE, d. l. T. I., praef. p. XVIII et in ipso opere p. 52 sqq. et p. 141 sq.

P. 17. **Fuere quidem** etc. Hos inter est HENKE, d. l. T. I, p. 116 sqq. p. 155 sqq. et 268.

Ib. **In ordine vero iudiciorum** etc. Cf. MONTESQUIEU, L. XXVIII, C. 20. HENKE, T. I. praef. p. XXX et T. II, p. 36, sqq.

Ib. **Inter omnes autem** etc. Adversus OLDENDORPIUM. LEYSERUM, BOEHMERUM,

ROMMELIUM, SEMLERUM, constitutionis Carolinae vituperatores, eius caussam optime defenderunt MALBLANK *Geschichte der P. G. O.* et HENKE, T. I, d. l. et T. II, passim, imprimis p. 117, sqq. Add. omnino Cl. MITTERMAIER, *uber die Grundfehler der Behandlung des Criminalrechts in Lehr- und Strafgesetzbüchern* (Bonn, 1819), p. 5, sqq.

P. 18. **Frisii servaverint** etc. E placito d. d. 7 Octob. 1581 in statutis A. 1602 recepta fuit constitutio: „Ende de ghene die God loochenen, versmaden ende afgaen met eenen quaden en fellen ghemoede ende herte; sullen boven de voorf. ghevangenisse op een Schavot de tonghe openbaerlyck doorsteken hebben, sonder eenige gratie, respyt ofte verdrach." Vid. L. II, Tit. 16, art. 2. Neque, ubi ante annum 1723 de statutis reformandis fuit actum, quisquam fuisse videtur quem constitutio illa offendit, adeo ut in nova statutorum recensione, suo loco manserit. Eam laudat HAMERSTER in suo commentario; sed prudentem eius usum commendat BINCKES.

Ib. **Porro incerta notio** etc. Varia exempla collegit MATTHAEUS, *Crimin* ad Lib. XLVIII, Tit. 10, C. 3, n. 4. et C. 6, n. 7. Add. HENKE T. II, p. 82, sqq. et 85, sqq.

Ib. **Apud Romanos** etc. Vid. L. 3. C. crim. sacril. L. 3. C. de stat. et imag. L. 2. C. Falf. mon. Add. MATTHAEUS, d. l. ad Lib. XLVIII, Tit. 2, C. 2, n. 22. MONTESQUIEU, XII, 8. Apud Chinenses morte quis puniri iubetur propter debitam reverentiam Principi denegatam. Hanc legem utpote ceream in cuiuscunque perniciem flecti improbavit CATHARINA, Russorum Imperatrix. Vid. *Instructions adressées à la commission établie pour travailler à l'exécution du projet d'un nouveau Code de Lois.* § 450.

Ib. **Magiae non infimus locus est** etc. Vid. C. C. C. art. 44, 52, 109. In Gallia etiam edicto LUDOVICI XIV, mense Iulio 1682, poena mortis in magiam fuit constituta. Vid. PASTORET, d. l. T. IV, C. 21.

Ib. **Neque in fictum illud crimen** etc. Cf. HENKE, d. l. T. II. p. 156, sqq. 223, sqq. 230, 242, 245, sqq. 298, sqq., ubi de THOMASII meritis. Nec paucos fuisse, quos ignorantia et superstitio, ficto magiae crimine, vita privavit, ex uno efficiatis libelli, A. 1659 Bambergiae editi, titulus, quem, utpote prorsus singularem, describere iuvat: „*Kurzer und wahrhaftiger Bericht und erschreckliche neue Zeitung von* 600 Hexen, Zauberern und Teufelbannern, *welche der Bischof zu Bamberg hat verbrennen lassen, was sie in gütlicher und peinlicher Frage bekannt. Auch hat der Bischof von Würzburg über* 900 *verbrennen lassen. Und haben etliche hundert Menschen durch ihre Teufelskunst um das Leben gebracht, auch die lieben Früchte auf dem Felde durch Reiffen und Frost verderbet, darunter nicht allein gemeine Personen, sondern etliche vornehme Herren, Doctor und Doctorsweiber, auch etliche Rathspersonen alle hingerichtet und verbrannt worden, welche so schreckliche Thaten bekennt, das nicht alles zu beschreiben ist, die sie mit ihrer zauberei getrieben haben, werdet ihr hierinnen allen Bericht finden. Mit Bewilligung des Bischofs und ganzen Thum-Capitels in den Druck gegeben.* Vid. G. W. BOEHMER, *Literatur des Criminalrechts*, p. 568.

Ib. **Ne vero credatis** etc. Cf. Decretum d. d. 7 Oct. 1531 apud BRANDT, *Historie der Reformatie*, T. I, p. 106. et HENKE, d. l. T. II, p. 84, sqq.

P. 19. **Carpzovius** etc. Ita ex OLDENBURGERI, *Thesauro rerum publicarum*, T. IV, p. 816, refert HENKE, d. l. T. II, p. 154.

Ib. **Galliam, qua criminum capitalium numerus ultra centum excurrebat.** Enumerat centum et quindecim PASTORET, d. l. P. IV, C. 21. Omissum ibi fuit exemplum, cuius meminit Clar. DESTRIVEAUX, *Essais sur le Code Pénal*, p. 60.

Ib. **Quaque primis** etc. Vid. CALKOEN, *Verhandeling over het voorkomen en straffen der Misdaaden*, p. 35, sq.

Ib. **Insignis porro fuit** etc. De hoc errore queruntur MONTESQUIEU, VI, 12. PASTORET, P. IV, C. 17. JOUY, d. l. L. IX, C. 12. In florentissima Americanorum republica poenas esse mites, et crimina rara observat idem, d. l. L. IX, C. 16.

Ib. **In furta** etc. Vid. PASTORET, P. IV, C. 11. DE LA CROIX, *Regts- en Staatkundige Overwegingen*, Sect. II, C. 10.

Ib. **An a certaminibus singularibus** etc. Leges, quibus mortis poena duellis in Gallia fuit constituta, inde ab A. 1566 ad 1723, numero sedecim, recenset PASTORET, d. l. P. IV, C. 21. num. 66. Caeterum hac de re recte dixerunt SERVIN, d. l. L. I, C. 3, Sect. 1, § 2. DE LA CROIX, d. l. C. 19. MITTERMAIER, *Neues Archiv des Criminalr.* T. III, P. 3, p. 436, sqq. De legibus, quibus duellorum licentia in Hollandia fuit coercita, dixit MOORMAN, d. l. L. II, C. 4, n. 10 sqq.

Ib **An denique** etc. Cf. MONTESQUIEU, d. l. et PASTORET, P. IV, C. 13.

P. 20. **Post receptam ergastuli poenam** etc. Cf. HENKE, d. l. T. II, p. 402, sq.

Ib. **Exilium** etc. Haec poenae species inde a multis annis multos adversarios experta est, apud nostrates CALKOEN, d. l. p. 182 sqq., in Gallia BRISSOT DE WARVILLE, *Theorie des loix Criminelles*, P. 1, p. 186, sq., PASTORET, d. l. P. II, C. 2, Sect. 8., in Germania STÜBZER, d. l. § 68, FEUERBACH, *Kritik des Kleinschrodischen Entwurfs zu einem peinlichen Gesetzbuche.* P. II, p. 164 et auctorem anonymum in *Archiv des Criminalrechts*, T. IV, P. 1, p. 80, sqq.

Ib. **De mulctis frequenter iniunctis et de publicatione bonorum** etc. BECCARIA, licet § 40 eos vehementer impugnet, qui in poenis nil nisi fisci incrementum respiciunt, bonorum tamen publicationem § 17 aliquatenus defendit. Levia sunt admodum, quae in publicationis favorem dixerint TREILHARD eiusque muneris socii in legislatorum consessu 1 Febr. 1810. Vid. *Motifs du Code Pénal*, p. 5, sq.

Ib. **Ut inter fines** etc. Ita LEYSER, *Medit. ad Pand.* Spec. 649. Caeterum de avaritiae in poenis effectu recte dixit HENKE, d. l. T. II, p. 203.

Ib. **A maioribus nostris**, etc. De Hollandia monuit CALKOEN, d. l. p. 161. In Statutis Frisicis unum tantum est publicationis bonorum exemplum, adversus grave perduellionis crimen. Vid. L. II, Tit. 15, art. 1.

Ib. **Alia** etc. LUDOVICI PII constitutionem, qua bona eius, qui sibi manus intulit, uti et uxoris suae, iudici addicuntur, memorat DE PASTORET, P. II, C. 3, Sect. 5.

Ib. **Qui infamiam** etc. Adversus infamiae irrogandae frequentiam recte dixerunt BECCARIA § 22 et STÜRZER, d. l. § 54.

Ib. **Longe vero perversius** etc. De iniusta finique contraria maleficorum ad militiam condemnatione tractatus est in diario: *Archiv des Criminalrechts von* KLEIN *und* KLEINSCHROD, T. II, P. 1, p. 154 sqq. Anno adhuc 1817 in Hispania damnatio ad militiam poenae locum obtinuit, qua de re graviter scripsit VENTURINI, *Spaniens neueste Geschichte*, p. 372.

Ib. **In poenis porro corpori inferendis** etc. Ex uno Codice Iuris Bavarici criminali de anno 1731 varia exempla proposuit STÜRZER, d. l. § 14.

P. 21. **Adhibentur, — quas lex non iussit** etc. Apud antiquos etiam, Graecos et Romanos, poenae saepius locum fuisse, licet minae antea per legem non fuerint iniectae, multis locis probat WELCKER, d. l. p. 574. Quam parum vero iusta sit talis poena demonstraverunt DENTAND, *Essai de Iurisprudence criminelle*, T. I. p. 7 sqq. et STÜRZER, d. l. § 114.

Ib. **A legis praecepto receditur** etc. Exempla quam plurima attulit HENKE, d. l. T. II, p. 154 sq. et 218, sqq.

Ib. **Poena infertur ordinaria minor** etc. Hoc in Germania quotidie factum fuisse et etiam nunc fieri, queritur HENKE, T. II, p. 231. Exsilio mulctandos esse reos, qui probabiliter admodum criminis auctores sunt, qui vero eius plene argui non potuerunt, censuit BECCARIA, § 23, cui sese recte opposuit DE PASTORET, P. II, C. 2. Sect. 8. Cum plerique per Germaniam de iure criminali scriptores in eiusmodi casibus poenae extraordinariae locum esse censerent, iureconsulti egregii KLEIN et KLEINSCHROD A. 1798 quaestionem proposuerunt de talis poenae iustitia. Praemium reportavit Clar. EISENHART, Professor Helmstadiensis, cuius disputatio cum tribus aliis, de eodem argumento conscriptis, VEZINI scilicet, BERGKII et ZACHARIAE, suo diario iuris criminalis inseruere duumviri, quaestionis auctores. Vid. *Archiv d. Criminalr.* T. III, P. 3 et 4. Sententias aliorum exponunt STÜRZER, § 17 et HENKE, d. l. p. 349, sqq.

Ib. **Vel quintus, vel decimus,** etc. Talis constitutio adhuc reperitur in Codice criminali Russico A. 1819, cuius art. 359, statuitur, ut, si verus homicidii auctor e pluribus internosci nequeat, quintus vel decimus eorum, qui rixae participes fuerunt, poena corporali afficiatur. Hoc maxime improbatur in *Neues Archiv des Criminalrechts*, T. III, P. 1, p. 55.

Ib. **Modo qui per sententiam damnati** etc. Hoc in Aquitania, Galliae parte, aliquando accidisse narrat MONTAIGNE, *Essais*, L. III, C. 13. p. m. 326, sq. Scilicet duo homines praesumtionibus et tormentis eo redacti fuerunt, ut caedem a sese in quadam sylva commissam faterentur, atque, velut latrones, condemnarentur. Sententia lata, at nondum exsequutioni data, certiores facti sunt iudices ex alia curia vel iudicum collegio, illic fuisse captos et convictos homines, qui caedem illam perpetrassent, ut de rei veritate dubitari non posset. Iudices sententiam mutare non poterant; ad Regem referre pudebat; ideoque alterius curiae informationes dissimulaverunt et miseri homines de patibulo fuere suspensi, ne quid detrimen-

ti caperet dignitas curiae errorem profesfae. Cf. HUBER *Prael. ad Tit. D.* de re iudic. n. 44. et PASTORET, d. l. P. IV, C. 19.

Ib. **Modo ingens est** etc. Humiliores dignioribus durius puniri etiam Ius Romanum voluit, e quo plura loca contulit GRONOVIUS ad GROTIUM, I. B. et P. II, 20, 33. Illud improbant GROTIUS, ib. PUFENDORF, O. H. et C. II, 13, 19 ibique TITIUS, BECCARIA, § 20, SERVIN, d. l. L. I, C. 3, Sect. 1, § 2, fin. PASTORET, L. IV. C. 13. KLEINSCHROD, *Entwickelung der Grundbegriffe und Grundwahrheiten des peinlichen Rechts*, T. II, § 42. Contrariam fententiam tuetur CALKOEN, d. l. p. 153, fqq. In Gallia leges poenam ftatuentes quondam in humiliores magis quam in nobiliores erant acerbae. Memoratur edictum PHILIPPI II, A. 1181, quo verbis quibusdam minus honestis uti civibus interdicebatur, pofita nobilibus mulctae, plebeiis fuffocationis per aquam poena. Illud refert MÉZERAY in Historia Galliae, e quo fua hauferunt VOLTAIRE in notis ad BECCARIAM, p. 150 et VALAZÉ, d. l. L. VI, l. 31. Etiam furta in viis publicis, vel in aedibus a famulis domesticis facta multo feverius puniebantur, quam fraudulentus aeris publici abufus, concusfio aliaque furta in civitatis detrimentum commisfa, quod indignatur PASTORET d. l.

Ib. **Imo nonnullae** etc. Quondam in Gallia nobiles a poena patibuli erant exemti, e quibus, fi capite plectebantur, nulla in propinquos macula veniebat; cum plebeii fupplicium generis fui honorem imminueret. Hoc inter fcelestos discrimen ridet fplendisfimi ingenii foemina, DE STAËL HOLSTEIN, *Confiderations fur la Révolution Françaife*, T. I, p. 282. Exempla, quae huc pertinent, legi posfunt apud LACRETELLE, *Histoire de France*, T. I, p. 325 fq. et IOUY, d. l. T. I, p. 270.

Ib. **Afylorum ufus** etc. Vid. MOORMAN, d. l. L. I, C. 7, § 7 et 8.

Ib. **IOSEPHO demum et LEOPOLDO**, etc. Ita refert ERHARD, in notis ad PASTORETI librum, Germanice redditum, T. II, p. 369.

Ib. **Quo caedium numerus imminutus dicitur.** Ita narrat MOORE, cuius videatur iter per Italiam apud BRETON, *Receuil de Voyages*, Anni III, T. V, p. 85.

Ib. **Spuriae fuere poenarum mitigandarum caufae** etc. Iam Romae virginum Vestalium fuit praerogativa, ut reum ad fupplicium raptum, cui forte occurrebant, morte liberarent, teste PLUTARCHO in Numa, p. 66 fin. Ed. XYLANDRI. Quo factum fuerit, ut hoc privilegium a fanctis virginibus postea venerit ad Cardinales, difficilis est explicatus, uti obfervat VON BONSTETTEN, *Reife in die klasfifchen Gegenden Roms*, T. I. p. 279. In illud inquirit MATTHAEUS, de *Crimin.* ad L. XLVIII Tit. 18, n. 18. Ufu invaluisfe et receptis opinionibus deberi, effici potest e TIRAQUELLO, de poenis temperandis aut remitt. caufa 55. Caufa poenae mitigandae quoque fuit, fi puella five meretrix, five honesta, damnatum voleba maritum, quam tuentur plures laudati apud CARPZOVIUM, P. III, quaest. 149, n. 49. Ridet illam MATTHAEUS, d. l. n. 17. Eius originem indicat FEDER, *über der menschlichen Willen*, L. V, C. 5, § 87. Propter infigne artificium vel robur excellens poena etiam fuit mitigata, probante TIRAQUELLO d. l. et CARPZOVIO, n. 62 fqq. caufa 50. Aliter MATTHAEUS, d. l. n. 7. Clericorum in Anglia

privilegium, vi cuius de crimine morti damnari non potuerunt propter fcribendi peritiam, memorant BLACKSTONE, *Comment. on the laws of England*, L. IV, C. 28 et doct. MEYER; *Inſtitutions Iudic.* T. I, p. 293. Porro reum dimittendum fuisfe, cui de patibulo fufpenfo laqueus ita fuit ruptus, ut in terram ceciderit, cenfet TIRAQUELLUS, ib. cauf. 64, quia in dubio credendum illud miraculofe esfe factum! Non esfe, quod animos nostros hac religione turbari patiamur iam monuit MATTHAEUS, d. l. n. 15, qui ridet confimilem eorum fuperftitionem, qui eum a poena ulteriori liberandum cenfent, cuius non primo ictu refecta cervix. ib. n. 16.

Ib. **Defenfionem** etc. Cf. HENKE, T. II, p. 65, fqq. et 229, fqq.

P. 22. **Laudibus efferunt** etc. Ita auctor libri: *Plan de legislation fur les matieres Criminelles*, praef. p. LXVII, et operis p. 34.

Ib. **Quaestionem** etc. Iam TIBERII aetate CN. NONIUS tormentis fuit dilaniatus, teste TACITO, *Ann.* XI, 22. Cf. quae de Divo MARCO habet L. 11. C. *Quaestion.* Ad. L. 3. C. *Ad legem Iul. Maiest.* L. 7. C. *Malef. et Mathem.* L. 10. C. *Dignit.*

Ib. **Ex Imperatorum** etc. De legibus Vifigothorum dixit HENKE, d. l. T. I, p. 96 fq.

Ib. **Etiam in ius pontificium** etc. De quaestione per tormenta una cum iure Canonico propagata disputat HENKE, ib. p. 237, eiusque progresfus exponit T. II. p. 209 et 220, fq.

Ib. **Diverfa tormentorum genera**, etc. Horrendam eorum defcriptionem dedit DAMHOUDER, *Pract. Crim.* C. 37, n. 17.

Ib. **Magno autem numero fuerunt** etc. AUGUSTINUS, *de Civit. Dei*, XII, 6, cuius fententiam expofuit FEUERBACH, *Bibliothek für die peinliche Rechtswisfenſchaft und Gefetzkunde*, T. II. Mifcel. p. 24, fqq.

Ib. MONTESQUIEVIUS etc. Vid. *Espr. d. Lois*, VI, 17.

Ib. **Ita intolerabile** etc. Verba funt AUGUSTINI, d. l. Inter omnes, qui de quaestione per tormenta fcripferunt, maxime fuccesfum habuit BECCARIA. Etenim inde ab edito eius libro abrogari coepit, primum in Rusfia, mox in Suedia, Polonia, Austria, Borusfia, Saxonia, tandem etiam in Gallia et Belgio, uti exponit VEZIN, d. l. p. 76.

P. 23. GALLI etc. Hoc me docuit Ill. FEUERBACH, *Die Aufhebung der Folter in Bayern*, in opusculorum fylloge, cui titulus: *Themis oder Beiträge zur Gefezgebung*, p. 258.

Ib. **Poenae mortuis** etc. Hae etiam apud nostrates erant in ufu, uti arguit GROTIUS, *Inleid. tot de Holl. Regtsgel.* L. II, P. 1, § 44. Moris tamen recepti fuit, ut a propinquis et amicis pecunia redimi potuerit, quo maxime excitata accufatorum publicorum avaritia, unde factum, ut omnis tandem poenae ufus cesfaverit, quod excultae apud iudices rationi atque aequitati tribuit MOORMAN, d. l. L. II, C. 11, § 2. Poenam mortuis corporibus inferri maxime indignatus est BECCARIA, § 31, qui eam ftatuae fustigationi aequiparat. Sui ipfius caedem in civitate praecavendam, non vero puniendam esfe, recte monuit BRISSOT DE WARVILLE, d l. T. I, p. 323. Non omnem poenam mortuis corporibus illatam improbat OSIANDER, *über den Selbstmord*, p. 366, fqq. Egregie dixit auctor anonymus

in Anglia: „*Human ingenuity can neither aggravate, nor asfuage, torments after death. The expofed carcafe feels neither the burnings of a vertical fun, nor the bitings of an arctic froſt; the fannings of the breeze, nor the buffetings of the winds and ſtorms; no horrour is produced, which has any tendancy to prevent crimes; no feeling but that of pity mixed with disgust.*" Vide *Excurfion to the Highlands of Schotland* (Lond. 1805), p. 29.

Ib. **Uti fcriptor e noſtratibus dixit** etc. DEIMAN, *de officiorum collifione*, p. 95, not. 100.

Ib. **In eo vix** etc. In Germania magis clarorum iuris doctorum fententias, quam quidem ipfas leges, auctoritate viguisfe, dolet HENKE, d. l. T. II, p 168, fqq. Etiam in Belgio plurima ufui et arbitrio commisfa fuisfe testis est Clar. KEMPER, *Inleiding tot het Crimineel Wetboek voor Holland*, C. 2, p. 162, fq. Veteres, quibus verba minacia, fixo aere insculpta, legebantur, hoc nomine laudat DENTAND, d. l. T. I, p. 11 et fimul poenas, lege non conſtitutas, ideoque multae hominum parti incognitas recte impugnat.

Ib. **Velut in Galliae**, etc. Ita refert DE PASTORET, d. l. P. IV, C. 12.

P. 24. **An quidem homicidii reus** etc. Res coram fuprema Angliae curia accidit die XVII Novembris anni MCCCXVII, quando *Abrahamus Thorton*, caedis accufatus, petivit, ut accufator cum ipfo decertaret eique chirothecam obiecit. Exempla inveniebantur, fimilem pugnam A. MDCXII concesfam fuisfe, at A. MDCXXXI propter rationes fingulares denegatam. Principium agnofcebatur, certamen, deficientibus probationibus fatis validis, admitti oportere. Res die 20 Aprilis MDCCCXIIX nondum erat terminata, quo Procurator regius delegatorum concesfui ordinis minoris nunciavit, fe legem rogaturum de abroganda provocatione ad certamen in caufa *caedis* coram iudicibus conferendum. Hinc apparet illud in caufa perduellionis in poſterum adhuc remanfurum. Vid. doct. MEYER, d. l. T. I, p. 228, not. 1.

Ib. **Nonne nimis erat durum** etc. Vid. *Statuten von Vriesland*, II, 3, 11 et II, 8, 12. Mortis poenam in effractores aedium non esfe ſtatuendam plene arguit doct. SPANDAW, in tractatu belgice fcripto, qui infertus diario: *Vaderl. Letteroefeningen*, A. 1808. Miscell. p. 540, fqq.

Ib. **In eo denique** etc. Hac de re vere dixit auctor libri: *Principes de la législation univerfelle*, L. XI, C. 4. Add. HENKE, d. l. T. II, p. 234.

Ib. **Triste IOANNIS CALASII** etc. Caufam hanc fufe expofuit DE LA VILLE, *continuation des caufes celèbres* de PITTAVAL, T. IV.

Ib. **A VOLTAIRIO vulgata** etc. In libro: *De la Tolérance*. Operum Tomo XVI, Edit. Genev. 1773.

Ib. **BECCARIA**, etc. Hunc fcriptorem, fi quis alius, uti ingenii foecunditate et eloquentia, ita humanitate imprimis excellentem dixit Clar. CRAS in *Laudat.* GROTII, p. 26, not. *a.* Eius praeſtantiam adverfus ineptum reprehenforem fortiter defendit, Praeceptor quondam meus, cuius locum nunc in hac Academia teneo, Clar. PAEHLIG, in defenfione Orationis fuae, p. 8, fqq.

Ib. **Iam inter** etc. Mutatam in Europa iuris criminalis faciem eleganter expofuit Clar. KEMPER, *Inl.* d. l. p. 9, fqq. Latius idem egit HENKE d. l. T. II, p. 314, fqq.

Ib. **Tunc autem** etc. Hoc in Germania accidisse testantur auctor in *Archiv des Criminalr.* T. III, P. 1, p. 2 sq. HENKE, d. l. p. 318. H. B. WEBER, *uber Wesen und Reform der Criminalrechtspflege*, in *Neues Archiv*, T. I. P. 3, § 364, sqq. et Clar. MITTERMAIER, *uber die Grundfehler der Behandlung des Criminalrechts*, p. 7. De Belgio dixit Cl. KEMPER, d. l. p. 178. sq.

P. 25. **Philosophia** etc. De vi et effectu Philosophiae, ultima saeculi nuper elapsi parte excultae, in ius criminale, legi meretur HENKE d. l. p. 319, sqq. qui tamen recte monet, non omnem disciplinae emendationem ab hoc demum tempore initium duxisse, cum iam ante in pluribus meliora docuerint MICHAELIS, HOMMEL, aliique.

Ib. **Imperantes** etc. De novis legum criminalium codicibus per multas Europae civitates latis et de iure criminali eorum ope in melius mutato plura contulerunt HENKE, T. II, p. 319, sqq. 349, sqq. 401, sqq. 425, 434. et Clar. KEMPER, p. 157, 174 in nota, 178 sqq.

P. 26. **Omnia regulis generalibus** etc. Hac de re questus est iureconsultus in *Neues Archiv des Criminalrechts*, T. II, P. 1, p. 56. T. III, P. 1, p. 44, Cl. MITTERMAIER, *Ueber die Grundfehler* etc. p. 11, sqq. et in *Neues Archiv*, T. IV, P. 1, p. 76, sqq.

Ib. **In regulam autem** etc. Exempla attulit MITTERMAIER, *ueber die Grundfehler*, d. l. p. 13.

Ib. **Porro tanquam universe vera** etc. Hoc per receptam regulam de dolo in delictis praesumendo, de auctore intellectuali, qui vocatur, physico auctori aequiparando, probat MITTERMAIER, ib. p. 14, sq.

Ib. **Praeterea difficultates** etc. MITTERMAIER d. l. p. 16, sq. exempla repetit e regula de delictis culposis puniendis, tam late protracta, ut de iniuria, de falso, de laeso etiam magistratuum honore, culpa commissis, poena fuerit pronuntiata; porro et e necessitate, per legem universe imposita, delicta patrata magistratui deferendi; denique e praecepto de poena propter remotiorem conatum in quibuscunque delictis puniendis nimis generaliter proposito et temere ad usum vocato.

Ib. **Nata fuit** etc. Exemplum ab eo, qui vulneris illati, quique furti auctorem in domum recepit, aliaque attulit MITTERMAIER, d. l. p. 19, sqq.

Ib. **Unde factum** etc. Periurium, stuprum, adulterium, duellum, delicta non suis locis nonnunquam exposita, memorantur apud MITTERMAIER, d. l. p. 23, sqq.

Ib. **Ut idem crimen** etc. Ita in falso fuit factum, teste MITTERMAIER, p. 27.

Ib. **Ut nonnullae** etc. Hoc accidit in crimine incestus et incendii, referente MITTERMAIER, p. 27. Add. p. 31.

Ib. **Utque verae legum interpretationi** etc. Huius rei varia exempla leguntur apud MITTERMAIER p. 29 sqq.

Ib. **Laesionum distinctionem** etc. Vide: *Code Pénal*, art. 1. Hanc impugnavit auctor in *Neues Archiv d. Criminalr.* T. II, P. 3, p. 385, sqq. et Cl. MITTERMAIER, ibid. T. IV, P. 1, p. 98.

P. 57. **Licet alii fuerint** etc. Hoc in Codice criminali Bavarico fuit observatum in *Neues Archiv* etc. d. l. T. II, P. 1, p. 56 sqq. Imo fuere, qui etiam in ipso Codice Gallico delicta desideraverint, nempe caedem volenti factam et certamen singulare sive duellum. Utrumque delictum etiam in Codice Gallico A. 1791 omissum esse existimavit KLEIN, *Archiv d. Crim.* T. I, P. 3, p. 106. Quod primum attinet, caedem volenti factam in criminum ordine a legislatore Gallico esse praeteritam censuit Cl. KRUG, *Dikäologie* § 68, p. 250. not. qui narrat tale homicidium, ante paucos annos, Parisiis commissum esse. Mihi dubium non videtur, tale homicidium generali caedis prohibitione iam contineri adeoque minime esse omissum, sed ordinaria legis poena vindicandum. Lex enim quamcunque caedem prorsus et indistincte prohibet, neque ad illud attendit, an, qui occisus est, in factum consenserit vel minus. Neque communis regula: „Volenti non fit iniuria!" quidquam valet adversus generalem legis prohibitionem et poenae usum non tollit. Non enim hominibus in civitate viventibus iusta facultas est, in legis contemtum, de vita sua statuere eamque alii perdendam committere, qualis concessio nullius est effectus, uti recte observavit FEUERBACH *Lehrbuch des peinlichen Rechts*, § 35, et GROLMAN, *Grundsätze der Criminalrechts wissenschaft*, § 26. Ed. 3. Non etiam, licet homicidium inter delicta privata referatur, singulorum tantum interest, ne committatur, sed vel maxime ad totam civitatem quoque spectat, ne scilicet civibus suis destituatur. Caedem volenti factam inter crimina diserte non esse enumerandam, sed generali caedis prohibitione comprehendendam, censuit auctor in *Neues Archiv*, T. III, P. 1, p. 65, not. 14. Add. MITTERMAIER, ibid. T. IV, P. 1, p. 85, not. 9. — De duello difficilior est disputatio, et graviora sunt in utramque partem momenta, tum eorum qui factum illud omissum atque ideo non puniendum sibi persuadeant, tum qui illud generali caedis ac vulnerationis prohibitione contineri existiment. Haec sententia curiis, quae Tolosae et Monti Pessulano sedent, fuit recepta; illa vero supremae Curiae in Gallia fuit probata, quae die 5 Aprilis 1818 et 8 Ianuarii 1819 iudicavit, leges, quibus caedes ac vulnera prohibentur, non ad usum esse trahendas, si duello fuerit certatum, neque fraudi fuerit locus, quoniam hic abest propositum caedem vel vulnera inferendi, alteri incognitum, quod semper requiritur, ut poena propter caedem vel vulnera possit infligi, quodque adesse non potest intelligi, quoties aggressio ac defensio reciproca obtinet. Vid. SIREY, *Receuil des Arrets*, T. XIX, P. 1, p. 113 et 143. Add. *Neues Archiv d. Criminalis*, T. VI, P. 1, p. 169. sq. — Ante paucos dies Curia Assessionum, quae dicitur, in provincia Limburgi, a iurisprudentia per Galliam recepta recessit, censuitque art. 309 et 311 Cod. Poen. usui venire, si caedes vel vulnera in duello fuerint facta, iudicio d. d. 4 Dec. 1822. Vid. *Journal de Gand*, 1822, N. 344. — Quam parum civitati bene compositae conveniat talis incerti iuris conditio, neminem, opinor, fugiet, non etiam eum, qui perspiciat, quanta sit difficultas in legibus de duello recte scribendis, qua de re nuper disputaverunt Cl. MITTERMAIER et Cl. ROSSHIRT in *Neues Archiv*, T. III, P. 3. p. 436, sqq. et 453, sqq. HENRICUS etiam, rex aliquando in insula Haytensi, qui Codicem suum poenarum ad Gallici exemplum confecit, hunc eius defectum vidit, at ei infelicem medecinam adhibuit, art. 65 mortis poenam statuendo in omnes, qui duello certaverint vel testes et adiutores illi interfuerint. Vid. *Neues Archiv* T. II, P. 3. p. 408.

Ib. **An soli dementes** etc. De notione dementiae, quae occurrit in Cod. Poen. art. 64, et de imputatione, etiam nunc, propter ebrietatem, affectum iustum ac vehementiorem, simplicitatemque ingenii, cessante, dixerunt LE GRAVEREND, *Traité de la législation Criminelle en France*, T. I, p. 446, sq. et BAVOUX, *Leçons préliminaires sur le Code Pénal*, C. 24. — Nuperrime, die 29 Nov. 1822, curia assessionum, quae Antverpiae sedet, iudicavit, zelotypiam, iusta ratione innixam, aequiparandam esse vi maiori, cui resisti nequit, ideoque efficere, ut crimen vel delictum adesse non intelligatur. Vid. *Journal de Gand*, 1822, N. 336.

Ib. **Qui enim** etc. Vid. *Code Pénal*, art. 96, 300, 381, 383 et Cl. DESTRIVEAUX, *Essais*, p. 22, 119, sqq. et 165, ibique laudatus LE GRAVEREND, *Traité de la Législation Criminelle en France* T. II, p. 110, sqq. Add. BAVOUX, d. l. C. 11 et C. 17, § 2. — In art. 383 *viae publicae* denominatione non contineri plateas in urbibus, pagis et vicis, efficere licet e comparatione codicis, qui adhuc est in usu, cum eo, qui A. 1791 receptus. Ille enim tantum loquitur de viis publicis (*chemins publics*); hic vero etiam de plateis et locis publicis (*dans un grand chemin*, *rue ou place publique*). Vid. Tit. I. Sect. II, art. 2. Exemplum novi codicis poenalis A. 1804 editum, art. 349 et 350, accuratam descriptionem, tum platearum (*rues*), tum viarum publicarum (*chemins ou voies publics*), continebat, quae non fuit in ipsum codicem translata, licet servatae sint notiones aedium habitatarum, sepetis, effracturae, clavium adulterinarum aliaque.

P. 28. **Caedem imperanti** etc. Vid. C. P. art. 86—89. Graviter hac de re questus est DESTRIVEAUX, p. 3, sqq. p. 14, et p. 27. Add. BAVOUX, d. l. C. 4. IOUY, d. l. L. IX, C. 5, et *Neues Archiv*, T. III, P. 4, p. 610. Imo fuerunt in Gallia, qui, consule adhuc BUONAPARTIO, adulationis studio ducti, multo saeviora suaserint, qua de re ita loquitur foemina egregia, de STAEL HOLSTEIN: „*Vers ce temps un homme auquel il faut épargner son nom, proposa de bruler vifs ceux qui seroient convaincus d'un attentat contre la vie du premier Consul. La proposition de supplices cruels sembloit appartenir à d'autres siècles que le nôtre; mais la flatterie ne s'en tient pas toujours à la platitude, et la bassesse est très facilement feroce.*" Vide librum: *Consideration sur le Revolution Française*, T. III, p. 277.

Ib. **Impunitas igitur** etc. Vid. art. 103 ad 106. Hae etiam de re vera dixerunt DESTRIVEAUX, p. 7, sqq. p. 29 et p. 31, sqq. BAVOUX, C. 5, et IOUY, L. IX, C. 5 et 9.

Ib **Hic longam seriem** etc. Hanc poenae capitalis frequentiam dolent plerique scriptores de iure criminali Gallico, v. g. DESTRIVEAUX, p. 13, sqq. 18, sqq. 21, sq. et 172. IOUY, L. IX, C. 5, et *Neues Archiv* d. l. p. 616.

Ib. **Non semper accurate descripta** etc. Huc pertinent verba C. P., art. 96: „*ou qui auront* de toute autre manière *pratiqué des intelligences*" etc. quod recte observavit DESTRIVEAUX, p. 21.

P. 29. **Nulla mitigatione** etc. Mortis poenam adversus verum falsae monetae crimen generatim positam probat Cl. DESTRIVEAUX, p. 87 sqq., non vero iustum existimat eandem in illos constitui qui nummos integros raserint aut circumsecuerint, p. 90 sqq. Non equidem

diffiteor, fummam feveritatem in eos esfe exercendam, qui, inftructis officinis, infignem monetae adulterinae copiam confecerint, ideoque multorum hominum fortunam, imo ipfam civitatis dignitatem periculo expofuerint. At pleraque falfae monetae exempla in Belgii regionibus, multo levioris funt momenti. Hoc enim crimen faepe a tenuioris, tum fortunae, tum ingenii, hominibus committitur, artem auri, argenti, aerisve, flandi, feriendi exercentibus, et quidem non ulterius, quam ad vitam familiamque fuftentandam ipfis opus est. Si iam eiusmodi falfae monetae auctoribus ultimum fupplicium inferretur, omnis abesfet crimen inter et delictum aequitatis ratio. Nunc poenam a iudicibus fecundum legem iusfam faepius temperat venia a Rege concesfa.

Ib. **Sit, uti ferunt,** etc. Ita cenfet auctor in *Neues Archiv* T. III, P. 4, p. 613, fq. Cf. *Code Pénal* de 1791. Tit. I, Sect. 6, art. 2. *Projet de Code Criminel* de 1804. art. 127.

Ib. **Incendii crimen** etc. Vid. C. P. art. 434. Cf. DESTRIVEAUX p. 172.

Ib. **Certe fi huius facti** etc. Ita DESTRIVEAUX, p. 121, fqq. et BAVOUX, C. II, init. Aliter STÜRZER, d. l. § 92 et 95.

Ib. **Et questi funt alii** etc. „*Ce crime (l'infanticide), qui fait frémir la nature, et qui, par suite du relachement de tous les sentimens et de tous les devoirs, est devenu si commun, est presque toujours impuni. On diroit qu'il y a une espèce d'accord des jurés pour acquitter les filles-mères mises en jugement pour avoir fait périr leurs enfans.*" Vid. *Observations du Tribunal de Cassation, présentées au Gouvernement le 3e jour complèmentaire an* XI. Hae obfervationes adiectae funt exemplo codicis poenali A. 1804, p. 316. Add. KLEIN, *Archiv d. Criminalr.* T. V, P. 4, p. 51 et 102 fqq. De poenis caedi infantis recenter nati in Gallia, inde ab A. 1556, conftitutis dixit SPANGENBERG in *Neues Archiv*, T. III, P. 3, p. 376 fq. In Dania, inde ab A. 1765 vel 1766, vetante CHRISTIANO VII, mortis poena iis, qui infantem recenter natum interemerunt, non amplius infertur, fed in eius locum fubftitutus carcer perpetuus atque operae duriores, addito ftigmate fronti inurendo, et fustigatione, quotannis ipfo natali criminis die repetenda. Ratio fuit, quod mortis poena utilis et idonea amplius non videbatur, propter opinionem, quae animis fedebat, crimen poenitentia ac precibus expiari, ideoque morte, fi inferretur, animam fervari. Postea A. 1786, etiam GUSTAVUS III Sueciae ordinibus legem propofuit de abrogando, propter caedem infantibus factam, ultimo fupplicio, cui fufficerentur carcer perpetuus et verbera quotannis, die criminis commisfi redeunte, virgis infligenda. Lex illa vigebat adhuc A. 1808, neque fcio, eam postea fuisfe mutatam. Cf. BROWN, *Les Cours du Nord ou Mémoires originaux sur les Souverains de la Suède et du Dannemarck depuis* 1766, T. III, p. 4 et 352.

P. 30. **Iusta igitur feveritate** etc. Vid. C. P. art. 145, 146, 198, 333, cet.

Ib. **Quae in legibus falfo aequiparantur.** Sic aliquando publicus tabularum perfcriptor, qui, absque eo, quod apparuerit, eum fraudem legi facere voluisfe, per negligentiam tantum, falfo fuerat testatus, de tabulis emtionis ac venditionis tributum fuisfe perfolutum, vel prorfus fuit abfolvendus, vel poena morti proxima afficiendus, fecundum art. 46. legis d. d. 12 Decembr. 1798.

Ib **Omnino non attendatur** etc. Vid. C. P. art. 56—58. In legibus antiquioribus in

Gallia alia fuere recepta, in nonnullis feveriora. Vid. *Code Pénal de* 1791, Part. I, Tit. 2, art. 1 et 2. *Loi du* 25 *Frimaire An* VIII, quam laudat BAVOUX, C. 19, p. 439. Add. DESTRIVEAUX, p. 183, fqq. et VON SCHELHASS in *Neues Archiv*, T. II, P. 4, p. 581 fqq.

P. 31. **Dubia et incerta fuisſe** etc. Vide decreta curiae, memorata apud LE GRAVEREND, *Traité*, T. I, p. 116 et 556, DESTRIVEAUX, p. 178, fqq. et BAVOUX, C. 18.

Ib. **Huc maxime referenda** etc. Hoc obſervavit DESTRIVEAUX, p. 39, fqq. Legis clementiam probat BAVOUX, C. 6.

Ib. **Bonorum publicationem, et mulctas** etc. Hac de re vere dixit auctor in *Neues Archiv*, P. III, P. 4, p. 616 et BAVOUX, C. 3, p. 37, not.

Ib. **Mortis civilis poenam** etc. Quam dura ſit haec poena deportatis vere expoſuit SCHMID, *kritiſche Einleitung in das bürgerliche Recht des Französiſchen Reiches*, T. I, p. 459, fqq. Huius aliorumque rationes nuper enarravit doct. EVERTSZ, in disputatione: *De Morte Civili*, Gron. 1821.

Ib. **Manus dextrae amputationem**, etc. Hanc atrocitatis ſpeciem *levem derogationem* legi cruciatus poenis adiungere vetanti factam dixerunt Oratores Gallici. Vide *Motifs du C. P.* p. 13. Aliter cenſuit vir nobilisſimus BENIAMIN DE CONSTANT, qui de ea dixit: „*C'est une trace révoltante à d'horribles abus*" in libro: *Cours de Politique constitutionelle* p. 265.

P. 32. **Scilicet ab incerto** etc. Vid. C. P. art. 231, 309, 311, 316 et DESTRIVEAUX, p. 79, fqq. Exempla quam plurima e codice Bavarico recenſet MITTERMAIER, *Neues Archiv*, T. II, P. 1. p. 86 ſq. et *Ueber die Grundfehler*, etc. p. 41, fqq.

Ib. **Pulchrum ſcilicet** etc. Ita MONTESQUIEU, XII, 4. STÜBZER, § 19, aliique Contrariam ſententiam tuentur CALKOEN, d. l. p. 186 ſq. DESTRIVEAUX, p. 140, fqq. et 161. Auctor in *Neues Archiv*, T. II, P. 1, p. 56, et MITTERMAIER, *Grundfehler*, p. 33, fqq. qui plura affert e codicibus per Germaniam receptis. De Belgio dixi, A. 1816, in *Oratione, qua inquiritur, an turbatae reipublicae et oppresſae libertatis, quae viximus, tempora, iuri et iustitiae profuerint*, p. 49, fqq.

Ib. **Hanc aliquatenus** etc. Nempe in art. 463, C. P.

Ib. **Rex noster** etc. In decreto d. d. 11 Decembr. 1813.

EELCONIS TINGA

ORATIO

DE

CAUSIS EX QUIBUS EXPLICARI POSSIT PROSPERRIMUS SUCCESSUS ET CELERRIMUS PROGRESSUS ANNNUNCIATI PRIMUM PER APOSTOLOS EORUMQUE SOCIOS EUANGELII

PUBLICE DICTA

die XI Octobr. CIↃIↃCCCXXI.

CUM ACADEMIAE RECTORIS MUNUS SOLEMNI RITU DEPONERET.

Ut consuetudini legique regiae satisfiat, hanc cathedram adscendi, munus Rectoris Academiae solemniter depositurus. Gratissima haec mihi est hora, qua summas Deo O. M. grates solvere licet pro omni illo, quo per hunc annum fruitus sum, auxilio, inter varias difficultates, quibus me afflixit infirmior valetudo. Gravissima autem non minus haec mihi est hora, qua publice verba facienda sunt in concione Virorum, multiplici eruditione praeclarorum, et ex loco, e quo orationes audiri solent, quae de subacto ingenio dicentium testantur. Subterfugere autem hunc morem non potui. Mecum igitur meditans de argumento orationis, nunc pro viribus habendae, incidi in quaestionem de *Caussis, ex quibus explicari possit prosperrimus successus et celerrimus progressus annunciati primum per Apostolos eorumque socios Euangelii:* ad quam si nimis leviter et inconcinne respondeam, aliquid quaeso condonate corporis animique, qua per aliquod tempus laboro, aegritudini. Quae igitur dicturus sum A. A. H. H., ea benevolis excipite auribus!

Extra omnem dubitationis aleam est positum, prosperrimum et celerrimum fuisse Euangelii, primum per Apostolos eorumque socios annunciati, progressum. Viri illi, Spiritu divino instructi actique, praecepto, de instituendis ex quavis gente hominibus per totum terrarum orbem, parere potuerunt et summa

fide paruerunt. Incerta licet habeantur, quae traduntur de Euangelio a Matthaeo in Aethiopia et Abysſinia, a Thoma in Parthia et India, ab Andrea in Scythia et Thracia, a Thaddaeo in Armenia annunciato, quamvis non prorſus incredibilia videantur; ſaltem ſatis est certum, Euangelium eſſe auditum et receptum in magna parte Aſiae, Europae et Africae. Non provocabo ad testimonia amplisſima *Iustini Martyris*, (1) *Irenaei*, (2) *Tertulliani* (3) aliorumque, qui ſeriori aetate floruerunt, in ſocietate christiana doctorum magni nominis, ex quibus pateat, longius latiusque, per non multos annos, religionis christianae doctrinam per univerſum orbem ad extremos usque terrae fines feliciter fuisſe disperſam: in quibus testimoniis ſi cui fortasſe videri posſint quaedam nimis magnifice, ad rhetorum morem, ab auctoribus eſſe dicta; is tamen ſciat, eos ita eſſe locutos in disputationibus contra adverſarios rei christianae, qui facile eos falſi convincere potuisſent, ſi vel ex errore vel de industria ſcripſisſent, quod veritati prorſus esſet contrarium. — Sufficit A. A.! inſpicere *Actuum Apostolicorum* expoſitionem a *Luca* conſcriptam; *Pauli* ad diverſas eccleſias datas literas; reliquasque *Epistolas*, quae in ſacro nostro Codice leguntur. Ex iis enim quam luculentisſime apparet, quantos progresſus inter Iudaeos et reliquas gentes fecerit, quamque altos per quadraginta fere annos egerit radices religio christiana. Quocumque nostros vertamus oculos, ubique nostrae attentioni atque admirationi ſe offerunt non tantum homines aliquot, Christum profitentes, ſed Christianorum ſocietates, ſatis magnae, ut Antistites et Episcopi eligerentur, regulaeque praeſcriberentur, ad quas res eccleſiae esſent administrandae, ne quid detrimenti caperet religio, atque ut omnia ordine agerentur? Tales vero ſocietates in dies augebantur, crescebant inſigniter, favente Numine, non ſolum in pagis vicisque et oppidis inferioris ordinis, ſed etiam in urbibus celebrioribus, inter quas ſufficit nominasſe *Romam*, *totius habitatae terrae compendium* dictam. Miramur itaque merito, A. A.! per tam breve tempus laetum Euangelii nuncium perferri potuisſe in tot regiones a viris, primo ſaltem perpaucis, et ad hoc munus, ut videri posſit, minus idoneis, idque eo ſuccesſu, ut plures colligerentur ſocietates hominum, qui Christo nomen darent, inter quos etiam

---

(1) In *Dial. cum Tryphone* p. 341, 351. ed. *Sam. Jebb.* (2) L. I. *adverſus haereſes*, c. x.
(3) *Adverſus Iudaeos* c VII.

viri honoratiores, quorum plures quoque nominatim laudantur. (4) Ne memorem Apostolorum monita, ut nemo fiduciam ponat in opibus, aut ex iis superbiam sumat, ut contra quisque succurrat egentibus, et quae huius generis sint plura: quae facile probant, Ecclesiam christianam, ne tunc quidem temporis, ex infima faece populi fuisse conflatam, quod sunt qui falso calumniantur.

Quae cum ita sint, oritur quaestio: *ex quibus caussis* omnis haec res possit explicari? an ex caussis solis naturalibus, quae dicuntur, ex ordine, quo res humanae, datis conditionibus, solent procedere, ita ut caussae et effectus, nexu indivulso, sibi subsequantur constanti directione naturae? an vero hic recurrendum sit ad caussas extraordinarias, ad miracula et singularem Numinis gubernationem?

Ad quam quaestionem ut breviter respondeam, necesse est, ut animadvertatur, me tantummodo loqui de celerrimo progressu Euangelii per Apostolos ea aetate annunciati inter Iudaeos et Gentes. Nam fundata primum Ecclesia, procul dubio deinde accedere potuerunt et accesserunt aliae caussae, quibus homines, hactenus a sacris christianis alieni, permoverentur, ut ad ea transirent, quas nunc non moramur.

Videamus A. A.! quid cum ratione ad quaestionem dici possit.

Negari nec debet nec potest, plura fuisse, quae prosperum illum, quam laudavimus, successum reddiderunt faciliorem. Inter ea quis non statim attendat ad praestantiam ipsius doctrinae christianae, aptae, quae per totum terrarum orbem ab hominibus, quacunque in regione, admitteretur? Considerate quaeso hancce doctrinam, ea tradentem, quae suo ingenio quodammodo assecuti fuerint peritiores. Quicquid perspexerint aut coniectura divinaverint Philosophi de Deo eiusque virtutibus, de providentia divina, de vita hominum post mortem futura, de virtutis praemiis scelerumque poenis; quicquid olim de his vere dictum, at falso mixtum, erroribus deformatum, tenebris involutum, dubitanter proposuerint, id omne perfecte et perspicue continet doctrina christiana. Si spectetis vitae morumque disciplinam; quid obsecro ad omne officiorum virtutumque genus cognoscendum cogitari potest excellentius, perfectius? Addita sunt alia religionis capita, quorum intelligentia ab omni fere

(4) Cf. STATIUS MULLER in *Teyler. Op. Theol.* T. XXIII.

humana ſagacitate est remota, quae tamen ſanae rationi nihil retinent contraria, pietatis autem ſtudium egregie incendunt, animumque dulci ſolatio permulcent: tale est illud de reconciliatione nostra cum Deo Patre coelesti per Ieſum Christum, unde haec doctrina, non modo conſentanea est humanae naturae, ad virtutem factae, in genere, ſed etiam ad neceſsitates et indigentias nostras appoſitisſima, ad moralem conditionem, quae nunc in hominibus est corrupta, adeoque emendanda, ut ita homo ducatur atque evehatur ad felicitatem.

Quod in ſuo genere est et intelligitur praeſtantisſimum, id etiam a viris veri amantibus comprobari et amari ſolet. Cuique autem homini propria est veri investigatio et inquiſitio, monente TULLIO. (5). Adeoque ſi cui talis offeratur doctrina, nonne necesſe est, ut is illam ambabus manibus amplectatur? Quicquid Platonici, Peripatetici, Stoici, Epicurei, Eclectici bonum et laudabile de religione et moribus docuerint, quorum meritis, quae ſint, nihil detractum volo; inter ſe ſemper disſenſu vario ſcindebantur, atque nihil fere malis moralibus, tum temporis latisſime grasſantibus, mederi potuerunt. Cum vero doctrina christiana, bene intellecta, optimam afferat opem ac medelam ad homines corrigendos emendandosque, haec etiam non potest non ſummopere ſe commendare viro, id quod verum, honestum et utile ſit, quaerenti. Nec ritus, qui praeſcribuntur, ſunt eiusmodi, ut, qui aliis numeroſioribus et molestioribus ſit adſuetus, ad eos offendat. Talis esſe debuit religionis inſtitutio, quae complectatur omnes omnino homines, ad virtutem, pietatem ac beatitatem ducendos. Unde etiam perferri potuit nuncius euangelicus ad omnes populos, atque ab omnibus admitti recipique. Ad hoc inepta erant inſtituta Philoſophorum, imo et ea, quae populo Israëlitico, e ceteris gentibus electo, Deoque conſecrato, olim erant tradita, quae non niſi per tempus vim potuerunt habere auctoritatemque. Quare et eidem huic populo per Prophetas ſpes facta erat, olim fore, ut omnes a Deo edocerentur, totusque orbis terrarum eius cognitione plenus fieret, omnesque nationes eum adorarent, ſub rege ex familia Davidis oriundo, foedere antiquo cum Israëlitis non renovato, ſed novo inito, non ſine inſigni ſacrorum commutatione. (6)

Iudaei, unum Deum, coeli terraeque Dominum, cuius regimini omnia ſubſunt,

---

(5) *De Off.* L. I. c. 4. (6) *Jer.* 31: 31—. *Jeſ.* 65: 17—.

venerantes, non tantum longe lateque per Aegyptum, Syriam, Asiam minorem, omneque imperium Romanum erant dispersi, sed etiam eorum libri sacri Graece erant versi, qui ergo ab aliis, a religione Iudaica alienis, legi potuerint. Atque hinc explicari posse videtur, quod SUETONIUS (7) et TACITUS (8) narrant de persuasione, quae inerat pluribus, antiquis sacerdotum literis contineri, eo ipso tempore fore, ut valescet oriens, profectique Iudaea rerum potirentur. Vigebat saltem hoc tempore rumor de magno rege ex oriente prodituro. Quae cum ita sint, an tempore quidem opportuniore laetus Euangelii nuncius perferri potuit ad Iudaeos ceterosque populos, qui, si hanc rem, maximi profecto momenti, vellent intelligere, habebant, quo confugerent? Accessit alia praeparatio per eos Iudaeos, qui in solemni illo pentecostes festo, Hierosolymae celebrato, testes fuerunt spiritus largiter, secundum promissa, effusi. Nota narro, sed talia, quae evincunt, sic quoque latiorem Apostolis portam fuisse apertam, per quam adirent peregrinos. Eorum, qui tunc temporis Apostolos dicentes audiverunt, visis miraculis, laudantur statim tria millia hominum, qui illis fidem adiunxerunt, finito autem festo domum redierunt. An credibile est, hos et suis popularibus, et aliis non plane insciis institutionum Mosis et Prophetarum, non exposuisse, quae Hierosolymae a se essent comperta, visa, audita, gratoque animo accepta?

Neque obstare potuit Apostolis, eorumque sociis in munere gravissimo, diversitas gentium, diversis legibus subiectarum, diversisque linguis utentium. Latissime enim patebat imperium Romanum, unde iisdem legibus adstrictae omnes arctiori inter se vinculo tenerentur. Hinc quaquaversum proficisci potuerunt Euangelii nuncii, quod antea maxime fuisset difficile propter magnam rerumpublicarum independentium multitudinem, differentiam sermonis, morum, statutorum et religionis; unde vix ullum inter eas commercium, plerumque inscias eorum, quae extra fines suae regionis agerentur. Romana vero regnandi libido tandem devicerat omnes fere populos, tunc temporis notos, atque his datae erant eaedem leges. Hinc et aliunde magis magisque sibi propius accedebant in ratione sentiendi et vivendi. Atque sic sublata erant impedimenta, quae, quamdiu exstarent potuerunt non progressus christianismi remorari et impedire. Et quod ad lin-

(7) In *Vespas.* c. 4. (8) *Histor.* L. V. c. 13.

guam, qua usi sunt Apostoli, fuit quidem Hebraeo-graeca (quam *hellenisticam* appellare amant) adeoque non pure Graeca, satis tamen apta, ut intelligeretur ab omnibus Graece loquentibus. Graeca autem, ut TULLIUS suo tempore observavit, (9) legebantur in omnibus fere gentibus; Latina suis finibus, exiguis sane, continebantur. Imo non diu post apud ipsos Romanos omnia Graece nescire turpius ducebatur quam Latine. (10) Ubicunque igitur laetum ferrent nuncium de Christo servatore generis humani, de vita immortali, aliisque doctrinae salutaris capitibus, cum illis arctissime coniunctis, auditores habuerunt; ad quos verba facere potuerant, sine interpretibus et internunciis.

Videtis A. A.! varias difficultates, quas nunc nostri homines, qui ex Europa in orientem et aliorsum nostris temporibus mittuntur, annunciandi Euangelii causa inter gentes magis barbaras, superare debent, tunc non obtinuisse, adeoque Apostolis opportunitatem fuisse temporis dicendi et agendi bono cum fructu felicique successu, quae dixerunt et prospere egerunt.

Accedebant alia. Religionis quippe christianae non tantum ea est in se praestantia, quam supra verbulo laudavimus, sed etiam hoc habet, ut hominibus aerumnis et calamitatibus pressis, commune refugium suppeditet. Libertatem civilem amissam acriter dolebant populi, antea libertatis tenacissimi, defensores strenuissimi, nunc sub iugum Romanorum missi. Omnibus nimirum grave servitutis iugum esse debet in libertate educatis. Quid quaeso eam amissam consolari potuit? Potuit haecce religionis doctrina, quae ita est comparata, ut animos hominum ab iis, quae solummodo hanc vitam terrestrem spectant, quae mutationi obnoxia sunt, caduca et peritura, avocent, et ad ea, quae sunt constantia, semperque duratura, homine autem ratione praedito et ad immortalitem nato, unice digna, extollant. Quod CICERO disputat: (11) neminem esse liberum nisi sapientem: id in primis valet de homine christiano, qui, licet oppressus, imo durius tractatus a victore, liberatus a Dei Filio, vere est liber. Hoc qui videat, amplectetur religionem solatio plenam, et respiciat coelestem patriam, iis paratam, qui quaerunt verum honorem, gloriam et quod nulli corruptioni est obnoxium. Hoc faciebant Christiani, spretis deliciis aeque ac difficultatibus, quas res terrenae aut offerunt aut minantur.

---

(9) *Or. pro Arch.* c. 10. (10) *Juven.* VI, 186. (11) *Parad.* V.

Doctrina ſimplici ratione, populariter, non ad legem methodi, ſed ad captum omnium, in ſchola non ſubtiliter edoctorum, tradebatur. Nunciabant Apostoli, quantus Dei in mittendo Filio ſuo ſit amor erga homines; quid Ieſus Christus egerit, quid perpesſus fuerit, quo conſilio mortem obierit, ad quod gloriae et maiestatis culmen ſit evectus; quae porro ſtatuta ſit conditio obtinendae ſalutis, a Christo comparatae, et quo Spiritus ſancti opus ſit auxilio, ut huic conditioni ſatisfiat. Quae omnia magnam omnino veritatis habebant commendationem. Quibus addatis vitae rationem Apostolorum primorumque Christianorum, quae fuit talis, ut ea reſponderet praeceptis Euangelii ſeverioribus. Exemplorum maxima est vis: (12) per haec brevius et efficacius est iter quam per praecepta. Quid igitur miremini, A. A.! homines, ſuperſtitionibus variisque erroribus deditos, viſis Christianorum moribus, eos approbaviſse, eosque eſse ſecutos, atque ſic Deum Patrem coelestem collaudaſse per religionis christianae profeſsionem; in primis cum et viderent inter eos vigere concordiam, conſenſum, humanitatem, benignitatem, fraternitatem, aequalitatem? Non enim tunc iam invaluerat ea hierarchia, quae postea in Eccleſia locum occupavit, et quae profecto quomodo dici poſsit per ſe idonea ad homines movendos, ut ad ſacra christiana transirent, equidem non intelligo. (13)

Superest, ut pauca moneam de *zelo*, hoc est animi fervore ac ardenti ſtudio; quo Ministri Euangelii rem ſuam egerunt, non ex imitatione Phariſaeorum, qui mare et terram peragrare, omnem lapidem movere ſolebant, ut proſelytos facerent; (14) ſed ex certa veritatis perſuaſione: qualis animi fervor non potest non animos invadere, ubi res agitur maximi momenti. (15) In Apostolis obſervamus ſtudium diligens et indefesſum annunciandi, quae ad veram hominum ſalutem pertinere intime ſciebant, ſtudium aliorum commodi cupidisſimum. Nec mirum, perſuaſisſimum enim iis erat, ſalutem eſse nullam niſi per Christum, ſe autem ab hoc, non ab homine, ne vel excellentisſimo, ſed a Filio Dei eſse misſos, ut omnes gentes docerent, iisque iniungerent, ut obſervarent diligenter praecepta optimi Magistri, ſummique Domini, cui Iudici ratio muneris effecti esſet reddenda. Inſtar omnium ſit Paulus, ita pronuncians: (16) »iniunxit Dominus hoc officium, cui parere, velim nolim, oportet.

(12) *Sen.* Ep. VI. (13) Cf. v. WALTERSTERN contra GIBBON: *die Ausbreitung des Christenthums aus natürlichen Urſachen* p. 180. (14) *Matth.* 23: 15. (15) Cf. v. WALTERSTERN l. l. p. 167. (16) 1 *Cor.* 9: 16, 17.

» Si volens et iniusſus annunciaverim Euangelium, erit a Deo praemium promtae » voluntati: ſi invitus, tamen peragendum, quod delegatum est." Ex gravitate rei animus ipſe fit commotior » Concreditum est Euangelium, non ut apud me » conditum ſervem, ſed ut gentibus impertiam. Si communico, rem Domini, » non meam communico." Cui vero haec ſtat animi ſententia, haec certa perſuaſio, qui ſic divino Spiritu agitante, calescit, is non potest non incredibili flagrare docendi ſtudio, attamen in negotiis gerendis temporum ſecutus opportunitates: quod ita factum est ab Apostolo, (17) ut ſimul ſe ad nutum et arbitrium auditorum, ſive Iudaeorum, ſive Gentilium, accommodaret, ut eos blande pelliceret ad Christum, ſimilis patrifamilias, ex promtuario ſuo omnis generis edulia depromenti. (18). — Ubi vero tales dantur doctores, hac docendi ratione uſi, qui nec ſibi, nec cui rei aut operae parcant; quid vobis videtur A. A.! nonne ibi occaſio fit opportunior convincendorum hominum de veritate religionis christianae, quam ideo amplectantur, profiteantur?

Verum enimvero an ex his ſolis, hactenus adductis, iisque ſimul ſumtis explicari posſit prosperrimus ſucceſſus et celerrimus progreſſus annunciati primum per Apostolos eorumque ſocios Euangelii, valde dubito. Veneramur pio animo divinam providentiam, qua mundus, qui eadem est conſtitutus, etiam administratur, ita ut nihil accidat inſcio aut invito Numine, imo ut omnia ex ſapientisſimo eius fiant conſilio, cui obtemperare debent omnes naturae vires, a ſummo Creatore rebus creatis inditae, a quo igitur cunctarum rerum attributa, appendices, ductus et effectus pendent, ipſo curante, ut ſuo tempore ſint et agantur, quae futura et agenda ſecum conſtituit. Ex eventu beneplacitum Dei in rebus ſingulis fit conſpicuum, et deinde quomodo cauſae diverſae, diverſaque media ei inſervire debuerint, intelligimus, ſi attenta mente conſideramus ea, quae tali effectui anſam dederint. Si quis igitur admittat gubernationem ſupremi Moderatoris et Rectoris, is etiam huic prosperrimum illum et celerrimum annunciati Euangelii ſucceſſum tribuat, necesſe est, per quam omnia ita ſunt directa, ut tandem facilior redderetur introductio Christianismi per Apostolos eorumque ſocios inter Iudaeos et Gentes. Neque est, ut cuiquam notam inuramus animi in religionem christianam hostilis, qui his posſit esſe contentus. Attamen ſi rem paulo propius conſideramus, mihi quidem videtur, iis

(17) [illegible] 23. (18) *Matth.* 13: 52.

omnibus, licet vi fua minime careant, rem non prorfus abfolvi, fed recurrendum esfe ad fingularem Dei directionem, qua ille exitus tam prospere et celeriter fit effectus. Quam meam fententiam ut breviter exponam, et quantumpote probem, provocandum mihi erit ad plurimas varii generis difficultates et obftacula, quae quomodo tolli potuerint fine eximio interventu divini Numinis, vix video.

Ipfum doctrinae euangelicae argumentum in omni fuo complexu, fi penitius infpiciatur, est fine dubio praeftantisfimum, atque ab hac parte gravisfimam habet commendationem. Verum quod eius primarium ponebatur fundamentum, quo omnis annunciatio Apostolorum innititur, nonne fuit *Iefus Christus*, isque cruci affixus? Nimirum hic non agebatur de hac illave fententia, argumentis philofophicis adftruenda, theoremate aliquo, fed de doctrina, fundata in unius perfonae auctoritate, cuius rei veritas pendebat a veritate rei nuperrime factae. Quosdam errores, in religione admisfos, graviores etiam, detegere, corrigere, quod tempore fit corruptum in melius referre, videatur minus difficile, dummodo fartum tectum fervetur, quod quisque ad religionis ingenium necesfario pertinere existimet. At novam conftituere religionem, a veteri non tantum diverfam, fed ei plane oppofitam, arduum profecto opus est, vix una in gente felices fuccesfus habiturum. Religionem autem, quam per nuncium euangelicum introducere tentarunt, et revera introduxerunt Apostoli eorumque focii, maxime fuisfe contrariam ei, quam obfervabant Graeci, Romani, aliique cultui Deorum falforum, vanisque fuperftitionibus addicti, nemo est qui ignorat. Unde igitur hoc, quod tot hominum millia tam faciles aures praebuerint doctrinae christianae, qui, licet religione moti, Deos tamen patrios, quos a maioribus acceperant, fibi colendos diligenter et retinendos esfe, arbitrari folebant? — Iudaei, fateor, fummam tribuebant auctoritatem Mofi et Prophetis, ita ut, fi ex his illis distincte demonftrari posfet, omnia, olim de Mesfia praedicta, in Iefu Christo esfe inpleta, facilius quidem de veritate religionis christianae potuerint convinci. Sed plura obftabant, quae hanc perfuafionem impediebant. Inter haec in primis fuit, quod non tantum, ut vulgo fit, tenacisfimi esfent eorum, quae rudibus annis perceperant, fed etiam quod difficulter admodum posfent admittere doctrinam, quae legem Mofaicam abrogatam, atque eam per fidem esfe fublatam, inculcabat. Quid enim? nonne ipfa illa Deum colendi forma a fupremo Legislatore Iehova erat praefcripta? nonne praecepta, quae fequebantur, vim

auctoritatemque habebant permanentem ac ſtabilem ? nonne variis editis ſignis et prodigiis erant confirmata ? Haec ſecum cogitantibus non facilis eſſe potuit Iudaeis transitus ad ſacra Christiana, relictis Moſaicis. — Accedebant alia. Exſpectabant quidem Meſſiam longo deſiderio, ſed praeiudicatis opinionibus, quae rebus clariſſimis non raro tenebras obducunt, imbuti et abrepti, qualem ? Regem armipotentem, populorum dominatorem, Regem mundi, qualem ſe negabat noster Dominus. Apud Samaritanos purior aliquatenus fuerit ſententia, non adeo de Imperatore, ſed Propheta, doctore, ſtatuentes, legem (19) Moſaicam normam continere mutabilem, in cuius locum Meſſias meliorem eſſet ſuffecturus. Sed apud Iudaeos longe alia ſtetit opinio. Ad disciplinam patriam tamquam ad ſaxum adhaereſcebant: hanc iam miſſam facere, eamque commutare cum disciplina hominis, qui quidem ſe dixerat Regem, ſed in quo ne umbra quidem regiae maiestatis ac gloriae fuerat conſpicua, multis contumeliis affecti, per iudicis ſententiam condemnati, in crucem acti: quid quaeſo abſurdius ? Non mirum itaque, ubique ſectae Christianorum a Iudaeis eſſe reclamatum. (20)

Quid vero dicam de Gentibus ? an his fuerit animus ad recipiendam doctrinam Euangelii proclivior ? Homines honoratiores, et quibus ingenii vena erat benignior, an quidem tanti putaverunt rem eſſe momenti, ut ad eam animum adverterent ? nonne eam contemtui habuerunt, antequam eam inquirerent ? Ex primo illo tempore ſaltem nullum exſtat exemplum alicuius, qui contra Euangelium, prius iusto veri ſtudio examinatum, ſcripſerit, quod argumento eſſe poterit, illos vix ac ne vix quidem hancce religionis doctrinam ſua attentione dignam duxiſſe. Plinius, Propraetor in Bithynia, in Epistola illa ad Traianum Christianis admodum honorifica, ſatis indicat, ſe neſcire, quid de eorum crimine ſit ſtatuendum, et inveniſſe nihil aliud quam *ſuperſtitionem pravam et immodicam.* (21) Tacitus eam *exitialem* dicit. (22) Christiani a Suetonio appellantur *genus hominum ſuperſtitionis novae et maleficae.* (23) Cum igitur hi ex communi fere conſenſu ac publico testimonio ita male audirent, nonne putetis, longe plurimos ſe abſtineri atque abſterreri paſſos fuiſſe ab intendendo animo ad ea, quae primi Christi nuncii de ſacra religione concionabantur,

---

(19) *v.* 4. (20) *Act.* 28 : 22. (21) *Lib.* X. *Ep.* 96. (22) *Ann.* XV, 44. (23) In Ner. c. 16.

atque ita toto pectore amplectenda doctrina, infamiae nomine notata? Quod enim vituperabile habetur per se ipsum, licet non sit, vituperatur autem a sapientioribus, id etiam a permultis, qui potius imitari solent, quam in rei veritatem inquirere, vituperatur, idque eo magis, quo minus res intelligatur. *Paulus* Iesum et resurrectionem annuncians Athenis, garrulus et nugator a pluribus fuit dictus; et in Areopago verba faciens de rebus gravissimis vix attigerat locum de Iesu Christo omnium iudice ex mortuis suscitato, quin, sermone de resurrectione audito, non pauci eum deriserint. (24) Oratione tamen usus est satis gravi et artificiosa. Quid? si alibi et alio tempore uteretur dictione, nullis flosculis oratoriis ornata, imo dura magis et barbara? Quomodo quaeso apud Graecos, sapientiam quaerentes, sibi conciliare potuerit attentionem favoremque? (25) Praeter *Paulum* fuerunt alii Euangelii nuncii minus, si spectetis institutionem inde a teneris acceptam, ingeniique eorum dexteritatem, apti, qui aures animosque in se converterent: omnes autem fuerunt viri ignobiles, nulla publica auctoritate instructi, vilissimae et contemtissimae sortis habiti. (26) Haec vero sunt eiusmodi, ut voluntates plerumque abalienent. Quod verum est semper quidem erit verum, a quocumque dicatur: sed ita solet esse ingenium hominum, in primis doctiorum et clariorum, ut minus auscultent homini de plebe, licet vera dicenti. Haec itaque videntur quoque ad religionem christianam divulgandam et propagandam non levi fuisse impedimento. Divulgata tamen est et propagata mirum in modum.

Imo propagata est, quae placere non potuit Magistratibus et Sacerdotibus; quos itaque minime fautores sed contra adversarios habuerit. Praeterquam enim, quod laute admodum ingens numerus Pontificum, Augurum, aliorumque, qui rem sacram curabant, cultu illo numinum aleretur; in magna quoque apud populum erant existimatione, plurimumque valebant: unde facile intelligitur, eos et voluisse et potuisse conatibus nunciorum Euangelii obviam ire, atque id curare, ut templa celebrarentur, ac sacra solemnia, ubi essent intermissa, repeterentur. Quin et quam tenaces fuerint antiqui, testatur exemplum COTTAE Pontificis, qui e re sua ducebat, opiniones, a maioribus acceptas de Diis immortalibus, sacra, caerimonias, religionesque defendere; a quibus nulla unquam oratione aut docti

---

(24) *Act.* 17. (25) *Cor.* 1: 22. (26) 1 *Cor.* 4: 13.

aut indocti se moveri volebat, putans maioribus, etiam nulla ratione reddita, credendum esse. (27) Neque hoc Magistratuum causae erat alienum: nam apud Graecos et Romanos religio, publice suscepta, arctissime cum civitate erat iuncta, et pontificatu fungebantur Magistratus. — Cum autem plane huic sit contrarium quicquid iubet doctrina christiana, mirum non est, ab hac parte maximas obiectas fuisse propagationi Euangelii difficultates, quae quomodo tolli potuerint, vix ex rei natura divinari posse videtur: in primis accedentibus vexationibus, multisque damnis et incommodis, hinc a Christianis sustinendis, quae negari nequeunt. Nam licet alicui non tam gravis videatur oppositio Iudaeorum Hierosolymitanorum, (Iudaei enim primi fuerunt Christianorum vexatores) in primis extra Palaestinam: (28) satis tamen constat seditiose in Christianos et graviter saepe esse saevitum. Exempla exstant in historia Apostolorum, qui etiam ubique de industria praecipiunt, ut Christiani in rebus arduis, plenisque periculi, imo vel minante morte, sint patientes et constantes; quin et malis quam plurimis obnoxiam fore omnem Christianorum vitam, eosque manere sortem miserabilem, non tantum illi ubique fere monent, sed ipse iam Servator antea monnerat. Hisce autem admonitionibus nullus esse potuisset locus, nisi ad rei Christianae tempus pertinuissent. Iam vero haec an vobis A. A.! eiusmodi videntur, ut facile in Christianorum partes trahi potuerint alii, quietis blandique otii cupidi et ad difficiliora timidi? Fateor, si iam religio Christiana altiores egerit radices, eos, qui illi adhaerent, plane persuasos de eius praestantia et veritate, non adeo tangi potuisse minis adversariorum, quia in his fiducia in Deo Christoque posita tanta esse queat, ut mens prorsus maneat immota. Verum alii, ab hac religione alieni, visis illis vexationibus, Christianis imminentibus, aut eos prementibus, quomodo potuerint persuaderi, ut se, Christum professi, etiam submittant tantis periculis, tantisque malis, quae istam comitabantur professionem?

At: quid non valet veri rectique sensus? Bene dicis. Dictum habemus Servatoris: „si quis voluerit obedire ei, qui me misit, is intelliget rationem doctrinae „meae, utrum sit a Deo, an ego mea auctoritate loquar." (29) Si iam voluntas illa praecedat, tunc pronitas facile existit ad doctrinam Christi et A-

---

(27) Cic. de N. D. L. III, c. 2. (28) Conf. G. I. PLANCK, Geschichte des Christenthums in der Periode seiner ersten Einführung in die Welt durch Iesum u. die Ap. II, c. 12.
(29) *Io.* 7: 17.

postolorum, recte intellectam, ex animo amplectendam. Verum apud Graecos et Romanos quanta quaeſo morum corruptio et quam communis obtinuit! Omnis eorum religio formata erat magis ad mores perdendos quam ad emendandos, favebat vitiis, quae vitanda erant, frenanda, eradicanda. His dediti et emancipati in omne fere ſcelus ruebant. Neque melior fuit Iudaeorum moralis conditio, quamvis legem divinam iactarent. *Paulus* tantorum delictorum et hos et illos ita reos peregit, (30) ut vix ſpes ulla emendationis ſuperfuisſe videatur. His annunciatur Euangelium, iisque iniungitur necesſitas veterem hominem, qui dicitur, exuendi, novumque induendi, ita ut, renovato animo, et abiecta omni pravitate, modeste, iuste ac pie vivant, cunctis reſistant cupiditatum illecebris, nihilque agant, niſi quod Deo gratum ſit, ſecuti exemplum perfectisſimum Ieſu Christi; nihil periculi, ne gravisſimas vexationes, ne mortem quidem, propter eius nomen metuentes, certi iis ſolis ſpem esſe illum viſendi, qui ſectentur ſanctimoniam. Talis autem doctrina an ſtatim grata esſe posſit hominibus, apud quos inveteravit conſuetudo vitii? malum naſcens facilius opprimitur, ſed inveteratum robustius fieri ſolet. Interea devincitur idololatria, infringitur ſuperſtitio phariſaica, emendantur mores, et Eccleſia exiſtit, quam ſibi Christus adiungat a vitiorum ſordibus liberam.

Talis ſucceſſus annunciati primum Euangelii, tam felix citusque, an ſolis cauſis tribui poterit naturalibus? Nonne hic agnoscenda est ſpecialis divina providentia, quae omnia ita benigniter direxit, atque ſua effecit ſingulari efficacia, ut cuncta prospere cederent?

Duo fuerunt, quae optimus Servator praedixerat eventura, quae ſibi fere videntur contraria, nimirum: Euangelii nuncium perlatum iri ad omnes Gentes; et: ipſos nuncios, primosque adſeclas Christi manere ingentia mala et incommoda. (31) Utrumque probavit exitus. Quis hoc coniectura auguraverit? Hoc vero ut fieret, fierique posſet, Apostoli, aliique muneris gravisſimi ſocii ope et auxilio uſi ſunt Dei, qui pro ſua liberalitate veritatem doctrinae coelestis comprobavit, non ostentis modo prodigioſisque et terrificis virtutis ſuae effectibus, ſed variis quoque miraculis ſalutiferis, et vero etiam donorum Spiritus ſancti distributionibus. (32) Quae omnia cum attento animo conſiderantem me ducunt

(30) *Rom.* 1 et 2. (31) *Marc.* 13: 10 et alibi. (32) *Hebr.* 2: 4.

ad iustam, ni fallor, conclusionem, singulari numine divino haec esse acta et effecta, ut tot homines, relicto Iudaismo aut Gentilismo, ad sacra Christiana transierint; adeoque ex hoc tam felici successu probari originem doctrinae, non tantum a Deo comprobatae, sed etiam profectae; ac denique in prosperrima ac celerrima illa propagatione Euangelii esse declarationem summae gloriae et potestatis illius, qui nomine Patris cuncta moderatur, sive per quem Pater omnia gubernat.

Hoc si quis, simul cum religionis Christianae tam diuturna continuatione, factum neget miraculis, hoc ipsum, ut cum summo GROTIO loquar: » hoc ip» sum, quod sine miraculo tale quid tantas acceperit vires, maius habendum est » omni miraculo.« (33)

Musica auditur.

Accedo nunc A. A. H. H.! ad posteriorem Orationis partem, qua breviter exponam, quaenam sub meo magistratu fuerint Academiae nostrae fata.

Atque sic mihi statim duram sentio impositam necessitatem dicendi de Viro clarissimo, qui, quamdiu inter nos vixit, ab omnibus maximi est habitus, ALBERTO IACOBO DUYMAER VAN TWIST: vixit eheu! nam morbo, in quem primum inciderat, paululum levatus, in eundem relapsus est, et medendae valetudini omnis quidem adhibita est ars et cura, at frustra! Ita placuit Numini sapientissimo! E vita nimirum discessit die vigesimo septimo Novembris anni praecedentis, flebilis parentibus admodum senibus, uxori, liberis, consanguineis, collegis, discipulis, omnibusque bonis literarum amantibus. Quod de mortalibus supererat exuviis terrae matri redditum est die saturni proxime sequenti. Funus eius solemniter, more Academico, est celebratum. Sepulcro adstans carmine exsequiali Amico parentavit Vir doctissimus, consultissimus T. HAAKMA TRESLING. (34) Ossa eius intra parietes huius templi ia-

---

(33) *De veritate relig. Chr.* L. II, § 19 in fine. (34) Legitur in Kalendario Academico 1822. p. 58.

cent. Viri virtus expers ſepulcri. — Vitae curriculum, ſi annos aetatis computetis, non longum fuit, ſed honestisſimum. — Natus erat die tertio Ianuarii anno praecedentis ſeculi ſeptuageſimo quinto, in pago Hollandiae *Puttershoek*, ex Patre IANO DUYMAER VAN TWIST, Viro plurimum venerabili, ibi tunc verbi divini Ministro fidelisſimo, postremo in *Oosterhout*, iam vero honorifica rude donato, et Matre *Anna Lambarta Graadt*, nunc mortem optimi filii vehementer lugentibus. In literis humanioribus et philoſophia optimi Patris uſus est inſtitutione eo cum ſuccesſu, ut iuvenis ſexdecim annorum bene praeparatus accederet ad ſtudia academica. Hunc in finem Lugdunum Batavorum petiit, ſeque primum tradidit in disciplinam Viri longe eruditisſimi DAVIDIS RUHNKENII. Literarum ceterarumque bonarum artium et ſcientiarum ſatis inſtructus cognitione, ad iura addiscenda animum appulit, ſcholasque Virorum clarisſimorum, ibi tunc temporis docentium, (35) frequentavit, docilis nec indoctus disciplulus. Sic in ſtudiis academicis quinquennio conſumto ea ratione, non qua ſaepius fieri ſolet, ſed qua oportet, ſummos in iure petiit honores, et publice disceptata disſertatione de *Mulieris in repetenda dote privilegio eiusque uſu in foro hollandico*, die trigeſimo Novembris, anno nonageſimo ſexto, Iuris Doctor renunciatus est. Ita animo doctrina inſigniter exculto, Hagam ſe contulit, cauſis dicendis operam daturus. Sed ecce! fama eius eruditionis iam ita percrebuerat, ut mox Daventrienſes Magistratus eum evocarent, qui in illustri ſuo Athenaeo iuris docendi ſustineret provinciam. Nec oblatam illam recuſavit noster. Die decimo tertio Aprilis anni nonageſimi ſeptimi munus ſuum auſpicatus est, habita ſolemni oratione de *iuris Romani addiscendi utilitate et necesſitate ſumma, etiam, compoſito novo legum civilium codice, apud Belgas minime cesſatura*. Per quinquennium ſumma cum laude Daventriae docuit, ubi anno milleſimo octingenteſimo matrimonium iniit cum lectisſima virgine *Ruditha van Loghem*, nunc eius tristisſima vidua, quae, cum quatuor liberis ſuperſtitibus, deplorat dolentius amisſum coniugem. Anno huius ſeculi primo, repetita vice, conditionibus honestis, ab Academiae Harderovicenae Curatoribus frustra delectus, proxime ſequenti provinciam ſibi in hac Muſarum ſede datam laetus accepit, atque ita qui primum deſignatus fuerat clarisſimi ORATA-

(35) D. G. VAN DER KEESSEL, N. SMALLENBURG, G. F. FESTEL et B. VOORDA.

MA in Academia Gelrica fuccesfor, mox ei adiunctus est Collega in nostra Univerfitate. Ius civile traditurus, munus fuum aggresfus est die vigefimo tertio Septembris anni millefimi octingentefimi fecundi, habita oratione folemni de *fapiente legislatore ad communem utilitatem civium mores componente.* — Per duodeviginti annos eius inftitutione frui licuit Iuvenibus, huc iuris prudentiae addiscendae gratia confluentibus; eiusque ex fchola prodierunt Viri, non uno nomine celebres. — Magistratum annuum academicum femel gesfit Rector Magnificus, eoque abiit, habita oratione, duodecimo Octobris, anno huius feculi nono, de *iis, ad quae Codicis Napoleontei Hollandici Doctor, ad faluberrimum Regis, hunc perferentis, confilium, fua docendi ratione adiuvandum in primis attendat.* (36)

Quid ego dicam de eius eruditione, qui ipfe iuris fcientiae fum rudis? Quid ego memorem eius merita, qui, aequus cum esfe volo, idoneus esfe non posfum iudex? Eum tamen fi dixerim Virum omni doctrina et virtute ornatisfimum, neminem contra esfe dicturum certisfime confido. Clarisfimum Collegam GRATAMA testem habeo, (37) a quo viro laudato laudari, non ultimam laudem puto. Inftituendo autem et docendo fuisfe prudentem, testantur omnes eius discipuli. Quid plura? cognovimus eum iustum, integrum, affabilem, amicum, benevolum, ad confilia danda aeque paratisfimum atque aptisfimum, religionis denique pietatisque cultorem. (38) Maturum eum cenfuit benignisfimum Numen iis percipiendis atque agendis, quae non nifi in patria perfecte beatorum percipi agique posfunt.

Quantam vero Academia nostra in morte TWISTII iacturam fecerit, quis est, qui non intelligat?

Tuum nunc erit hoc damnum reparare clarisfime HOLTI! et, adiuvante Deo, procul dubio reparabis, exfpectationem tui, quam concitasti, feliciter fustenturus ac tuiturus.

---

(36) Haecce Oratio, belgice verfa a doct. SIBR. GRATAMA, legitur in Patris *Regtsgeleerd Magazijn*, p. 367—. (37) *Redevoering over het Staatswezen van den Akademifchen Regtsleeraar, en de regtsgeleerde verdiensten van den overledenen Hoogleeraar* A. J. DUYMAER VAN TWIST, *uitgefproken den 9 Jan.* 1821. Addatur: *Hulde aan nu wijlen den Hoogleeraar* DUYMAER VAN TWIST, *door* Mr. T. HAAKMA TRESLING, in Kalendario I. p. 1 feqq. (38) Vid. *Leerrede van* H. MUNTINGHE, *bij gelegenheid van het afsterven van zijnen Ambtgenoot* A. I. DUYMAER VAN TWIST, *uitgefproken den 3 van Wintermaand* 1820.

Clarisſimo Viro CORNELIO ADRIANO VAN ENSCHUT, hinc evocato Ultraiectum, ius docturo, quod in hac Academia, omnibus applaudentibus, tam egregie docuit, placere potuisſe istam evocationem, et mirati ſumus et doluimus. Per quinquennium ita inter nos est verſatus, ita Spartam ſuam ornavit, ut doleremus vehementius, niſi iusta nobis esſet ſpes, te, clarisſime DE WAL! hoc damnum tua humanitate, tuaque eruditione, quam Franequerae et ore et ſcriptis probavisti, plenisſime reſarturum.

Iam, Viri celeberrimi! quos nunc publice ex hac cathedra noves Collegas mihi ſalutare licet, vestrae virtuti vestraeque amicitiae me meosque Collegas coniunctisſimos ſincero animo commendo. Deus autem ſecundet vestra incepta, nostrum votum!

Sic tristibus plura mixta ſunt, quae memoremus, laeta, per tuum in nos favorem Deus O. M.!

Salvum esſe Regem Augustisſimum, quem omnes boni Patrem Patriae et laudant et colunt, gaudemus, vehementerque laetamur, cuius liberalitatem et munificentiam erga nos, nostramque Academiam, et quae ad promovenda ſtudia pertinent, non ſatis praedicare ac collaudare posſumus. Regem optimum porro ſalvum conſervet cum regia Coniuge totaque Domo Numen ſupremum in Patriae et Academiae ſecuram et certisſimam ſalutem!

Vos coram conſpicere ac ſalutare maxime gaudeo, Viri amplisſimi! qui ſcholae nostrae ſplendorem et tueri et augere contenditis ſtrenue et feliciter. Pergite, Viri gravisſimi! nobis, nostrisque ſtudiis favere! Vobis autem Deus immortalis omnia, quae ſunt optatisſima et pulcherrima manu offerat ſemper largisſima!

Profesſores (praeter unum illum, cuius virtus nunquam nostra excidat e memoria) valetudine ſatis prospera plerumque uſi ſunt, qua ſaltem idonei esſe potuerunt ad obeunda munera ſua ea fide et perſeverantia, qua decuit. Solus aestumatisſimus, cuius maius est in miſeros auribus linguaque captos promeritum, quam ego quidem verbis celebrare posſum, clarisſimus GUYOTUS ita periculoſe aegrotavit, ut proximus fuerit morti; ſed de cuius vita tantopere metuimus, ex morbo capitali revaluit, ita ut nunc bono cum Deo res ſuas feliciter agere pergat. Quod ut diu facias, Vir clarisſime! omnes mecum vovent. — Tibi, Vobisque, Collegae exoptatisſimi! quos colui et expertus ſum amicos,

confiliarios, adiutores in muneris mei functione, Vobis omnibus quaevis bona et defiderabilia ex animo apprecor.

Quod vero ad fcholarum nostrarum alumnos. Eorum numerus nullo tempore fuit maior. (39) Longe plurimorum ftudia et mores tales fuerunt, ut merito laudentur, aliisque negligentioribus exemplum proponantur. *Quisque ut fementem fecerit ita et metet:* huius dicti, Iuvenes praftantisfimi! femper memores, in id ftudium, in quo estis, omnibus viribus incumbite, ut et vobis honori, et parentibus gaudio et reipublicae emolumento esfe posfitis!

Superest, ultima huius diei folemnitas, quae est in distributione praemiorum, quae per liberalitatem Regis Augustisfimi praepofita funt victoribus in certamine literario.

Praelegas quaefo, Vir clarisfime, qui Senatui academico ab actis es! fingulorum Ordinum iudicia.

Victores igitur publice proclamo:

HERMANNUM GERHARDUM IACOBUM VAN DOESBURGH.
WICHERUM VAN SWINDEREN.
REMBERTUM WESTERHOFF.
ADAMUM GODOFRIDUM SCHULTZ.

Licet vobis;

I. POTTER VAN LOON.
A. DE KONING.
S. I. GALAMA.

---

(39) Fuit nimirum 258.

praemium offerri non posſit, uti nec

P. RUTGERS et
G. C. B. SURINGAR,

abſentibus, quia non niſi unicum dari ſolet; veſtra tamen reſponſa ea diligentiae et in ſtudiis progresſuum exhibent ſpecimina et documenta, ut non posſimus non palam vos honorare laudibus iure commeritis.

Vos autem Victores! accedite iam, et accipite praemia vobis deſignata! Auro praeſtantior est gloria, fructus veſtrae diligentiae ac laboris ſtrenui. Si verum est, uti est, honorem alere artes, gloriamque immenſum habere calcar, non opus erit, ut vos incitem ad continuandum firmo et indefesſo pede iter, quod tam feliciter ingresſi estis. Deus annuat vestris conatibus!

Vestris quoque, Iuvenes! qui victoribus fuistis proximi.

Omnia conando docilis ſolertia vincit.

Audite iam omnes, qui adestis, quaenam proponantur novae Quaestiones, ad quas reſpondendum erit ante primum diem Augusti anni ſequentis.

Iam qui velit et posſit ad hanc illamve Quaestionem reſpondeat, vires ſuas periclitans. Victoriam reportare — o! quam dulce est et glorioſum! nec inhonestum est in hoc certamine vinci: inhonestum et turpe est inertia laboris nihil tentare. Si quis vero minus e re ſua esſe putet huic operi manus admovere, diligentia tamen, moribusque honestis ſemper ostendat, ſibi curae cordique esſe disciplinarum ſtudia, et virtutem, qua nihil datur amabilius. Ut ſic velitis et posſitis, det Deus, omnis veri bonique Auctor!

Atque sic denuo munus Rectoris depono laetus, Patrique coelesti gratias agens, qui me sua ope non destituit, eique supplicans, ut Successori meo GERBRANDO BAKKER, Viro clarissimo, Collegae amicissimo, propter aegram valetudinem absenti, adsit propitius, eumque bene valere, res autem Academiae nostrae, eo Rectore, summopere florere faciat!

SEERP GRATAMA REDEVOERING

OVER HET STAATS-WEZEN, DEN AKADEMISCHEN REGTS-LEERAAR EN DE REGTSGELEERDE VERDIENSTEN

VAN DEN OVERLEDENEN HOOGLEERAAR

A. J. DUYMAER VAN TWIST,

uitgesproken den IX Januarij CIƆIƆCCCXXI,

*bij gelegenheid, dat hij een' aanvang zoude maken
met het vervolgen der lessen van*

DEN GEDACHTEN HOOGLEERAAR

OVER HET

WETBOEK NAPOLEON.

VOORREDE

AAN DEN

LEZER.

Toen mij de taak was opgelegd, om een gedeelte der lessen van mijnen overledenen Ambtgenoot te vervolgen, gevoelde ik al spoedig, hoe onwelvoegelijk het wezen zoude; wanneer ik daar mede een' aanvang maakte, zonder van de verdiensten te spreken des Mans, in wiens plaats ik zou optreden en met wien ik omtrent twintig jaren in gemeenschap, aan den bloei en welvaart der Regtsgeleerde studien, aan de Groninger Universiteit, gearbeid had; en, het scheen mij als van zelve te spreken, dat er in eene Inleidings-les over de verdiensten van den overledenen Hoogleeraar van Twist *moest gehandeld worden. — Maar wie zouden mijne Toehoorders wezen? — Mijne Leerlingen; waar onder nog velen, welke door een voorloopig onderrigt eerst behoorden te worden opgeleid, om de juistheid van des Meesters beoordeelingen te kunnen schatten en waarderen. En uit dit oogpunt behoort de vorm van dit Stuk beoordeeld te worden, dat ruim zoo veel eene Les is, als eene eigenlijke Redevoering, en geheel geene Lofrede, voor gevormde verstanden uitgesproken.*

Kundige mannen, die bij toeval van deze te houden les vernomen hadden en dezelve hebben bijgewoond, verzekerden mij als uit éénen mond, dat ik de regtsgeleerde verdiensten van mijnen overledenen Ambtgenoot juist en naar waarheid had afgeteekend; en men spoorde mij krachtig aan tot de

uitgave, waartoe ik ook om meer dan ééne reden wel eenige neiging gevoelde, ſchoon er nog al het een en ander was, dat mij deed aarzelen; immers, hoe ligt kan men hier den eenen ſchijnen te veel, den anderen te weinig gezegd te hebben; en dat uitgeven van boeken en boekskens gaat doorgaans met zoo vele verdrietelijkheden vergezeld, dat er waarlijk wel eenige moed noodig is, om er zich niet geheel van te laten afſchrikken. Dat ik evenwel eindelijk tot de uitgaaf beſloten heb, blijkt uit de zaak zelve. — Mij dunkt (en dit was ééne der redenen, waarom ik wel tot de uitgaaf overhelde,) dat het den Regts-ſtudent nuttig zal zijn, wanneer hij deze Les of Redevoering een paar maal in het jaar met aandacht leest, waar toe ik hem bij dezen wil hebben aangeraden.

Nog één woord! De reden, waarom deze Les of Redevoering niet in 't Latijn gehouden werd, is daarin te zoeken, dat de lesſen over het Wetboek, welke door deze Les of Redevoering geopend zouden worden, met goedkeuring van Heeren Curatoren, aan deze Univerſiteit, in de Moedertaal worden gehouden. — Vaar wel!

REGTSGELEERDE AKADEMIE-JEUGD EN DIE HIER TEGENWOORDIG ZIJT, GEACHTE HOORDERS!

I. Het verlies, dat de Akademie in deze dagen geleden heeft, door het afsterven van uwen waardigen Meester, bragt mij terug tot de gedachte over *den Burgerſtaat, en de betrekking, waarin zich de Akademiſche Regtsleeraar tot denzelven geſteld vindt*, eene gedachte, die mij natuurlijk meermalen bezig hield. En daar het mij nu, door het billijk verlangen van H^n^. Curatoren, was opgelegd, ten uwen behoeve, een gedeelte van 's mans lesſen te vervolgen, dacht het mij niet ongepast, u bij deze gelegenheid ook op 't gewigt van die betrekking bedacht te maken, om daarna met een kort woord van de verdienſten te ſpreken des Meesters, dien gij verloren hebt, opdat gij dezelve te naauwkeuriger zult kunnen waarderen; maar ook tevens u te doen gevoelen, hoe moeijelijk het voor mij zij, eenen arbeid te vervolgen, die mij, ja wel! niet vreemd is, maar waarvan ik nu toch weder eenige jaren geheel verwijderd was, en waaraan de Overledene zijn geheele leven wijdde.

Bij het eerſte gedeelte van mijne redevoering, moet ik uwe inſpanning en aandacht verzoeken; immers de aard van het onderwerp vordert dezelve: bij het laatſte gedeelte zullen mij die van zelve geſchonken worden uit eerbied voor den Geliefden, dien U de dood ontrukte.

II. Regts-veiligheid is de behoefte; Regts-veiligheid is het verlangen; Regts-veiligheid is het regt van den mensch, dat wil zeggen, van allen, die onder den éénen, algemeenen naam van mensch begrepen zijn. — Ik kan niet begrijpen, dat er iemand gevonden kan worden, die iets tegen deze ſtellingen zou willen inbrengen, en wij kunnen dezelve dan, als zoo vele grondſlagen van redenering, aannemen. — Regts-veiligheid is het punt, waarvan hier alles moet uitgaan; Regts-veiligheid het punt, waarop alles moet neder komen. — Om tot Regts-veiligheid te geraken, hebben zich de menſchen in Burgermaatſchappijen vereenigd, en zich aan de Regering en Wetgeving onderworpen. — Niet alléén de burgers onderling: maar ook het geheel der burgeren, de Burgermaatſchappij moet Regts-veiligheid genieten, in betrekking tot de naburen buiten dezelve. — Algemeene Regts-veiligheid daar te ſtellen is het hooge doel van alle Regering en Wetgeving. — Regering en Wetgeving zijn ook het eenige middel, waardoor die algemeene Regts-veiligheid bewerkt en bewaard kan worden.

III. Maar dit een en ander vordert voor het doel, dat ik mij heb voorgeſteld, eene meer uitgebreide ontwikkeling: immers, bij de bloote daarſtelling van deze eerſte beginſelen gevoelt gij nog de gewigtige betrekking niet, waarin zich de Akademiſche Regts-leeraar tot het geheele Staats-wezen geſteld vindt.

IV. De mensch ſtaat hier op deze wereld, en het is hem niet mogelijk te begrijpen, dat hij hier is, om hier niet te zijn: hij moet de bevoegdheid, het regt hebben, om hier te zijn. Hij ſtaat hier, zóó als hij is; een dierlijk, verſtandig, zedelijk, redelijk wezen, en hij heeft de bevoegdheid hier te zijn naar den eisch zijner natuur. Hij moet voldoen aan zijne behoeften, hij moet uitzien, kiezen en doen, wat hem zijne redelijke natuur gebiedt. Hij moet bevoegd, geregtigd zijn te doen, hetgeen hem zijne behoefte en rede gebieden, en geen ander mag hem daarin hinderen — Regts-veiligheid is zijne behoefte, zijn verlangen, zijn regt.

V. Maar zijn Burgermaatſchappijen het middel, om die Regts-veiligheid daar te ſtellen? en hebben de menſchen dezelve als zoodanig uitgekozen? — Waar zijn van dit een en ander de oorkonden en bewijzen?

VI. Dat de Burgermaatſchappijen, zoo als wij die thans in Europa en over een goed deel der wereld bevinden, niet altijd beſtonden, leeren ons en de ge-

ſchiedenis en de aard van de zaak zelve. Elke naauwere verbindtenis tusſchen menſchen en menſchen, waaruit ſtellige regten en pligten geboren worden, elke vereeniging, elk contract, veronderſtelt reeds een' tijd, welke die naauwere verbindtenis, die vereeniging, dat contract is voorafgegaan: daarbij rust het Burgermaatſchappelijk leven op kennis, ervaring en beſluit, en er moet een tijd voorafgegaan wezen, toen dezelve nog niet aanwezig waren.

VII. Maar hoe dan en waarom hebben de menſchen de Burgermaatſchappijen daargeſteld, en zich aan de Regering en Wetgeving onderworpen? — Wil men over de *naaste aanleidende* oorzaken van het ontſtaan der Burgermaatſchappijen nadenken, dan kunnen er wel verſcheidene worden uitgedacht; doch onder die allen is er ééne, die de natuurlijke genoemd mag worden. — En welke is deze?

Laat ons de wereld beſchouwen, vóór dat er zich de Burgermaatſchappijen gevormd hebben. — Wij vinden dan hier en daar, op zekere bepaalde plekken gronds, volks-hoopen, uit onderſcheidene familien beſtaande, door feesten en andere gemeene aangelegenheden aan elkander verbonden. Wanneer nu de perſonen tot deze familien en volks-ſtammen behoorende, in getal aangroeijen; wanneer, of daardoor, of door eenige andere oorzaak, de middelen van beſtaan ontbreken; wanneer zij zich niet kunnen uitbreiden, omdat zij de naburige ſtreken door gelijke volks-kringen beſlagen vinden; dan wordt er een ſtaat van oorlog, dat is, van gedurige regts-beleediging geboren: die van denzelfden volks-kring berooven en beleedigen elkander, en de eene volks-kring trekt tegen den anderen op ten ſtrijde: een ſtaat van zaken, dien de mensch, wanneer hij door driften niet bewogen wordt, niet willen kan. Eindelijk gaat de lichtſtraal des verſtands op; de wijsten worden bedacht op vereeniging en op de beveiliging van eens ieders regt; en het middel, om die algemeene en bij allen verlangde Regts-veiligheid daár te ſtellen, is de Burgermaatſchappij, Regering en Wetgeving. De wijzen doen er het voorſtel toe, en allen willen dezelve.

VIII. De naast aanleidende omſtandigheden mogen inderdaad hier en daar eenigzins anders gewijzigd zijn geweest; maar overal was het, indien men eene natuurlijke en algemeene oorzaak wil hebben uitgedrukt, *de behoefte van Regtsveiligheid*; en deze algemeene aanleidende oorzaak leert ons tevens, het eerſte algemeene doel van alle Burgermaatſchappijen bepalen.

IX. Ja! maar de rampen en ellenden, het kwaad en de gruwelen, die wij overal in de Burgermaatſchappijen aanwezig vinden; die beſtendige worſteling

juist tegen die algemeene Regts-veiligheid; juist die eeuwigdurende tegenkanting van magt tegen regt! — Deze tegenwerping ſchijnt indedaad zeer krachtig, en ik bemerk, uit wiens mond men ſpreken wil. — Wanneer ik met den gevoeligen wijsgeer van Geneve over den mensch en zijne ellenden nadenk, dan offer ik gaarne een' traan bij de populieren van Ermenonville; maar de mensch en de menſchelijke ellenden, die hij, ja! ook nog in de Burgermaatſchappijen op deze wereld te doorworſtelen heeft, blijven den mensch een raadſel, dat zich elders ontwikkelen moet; en al het kwaad, dat wij in de Burgermaatſchappijen aanwezig bevinden, hoe menigvuldig en groot, maakt ons niet geregtigd te beſluiten, dat daarom de Burgermaatſchappijen het eigenaardige middel tot Regtsbeveiliging niet wezen kunnen, of dat zij haren oorſprong alleen te danken hebben aan eene loutere toevalligheid, of aan de grillige vinding van een verbijsterd verſtand. — O neen! het burgermaatſchappelijk leven is onvermijdbaar, noodzakelijk en de kiem er van ligt in de menschheid zelve. — De natuur ontwikkelt omſtandigheden; de natuur verwekt behoeften en nooden; de mensch moet naar middelen uitzien tot uitredding; de mensch moet kiezen en willen — hij wil — en de Burgermaatſchappij is daargeſteld. — Maar ook de Burgermaatſchappij ligt zigtbaar in het beſtek der Voorzienigheid; de Burgermaatſchappij is, opdat ik het zoo eens uitdrukke, het verlangen der Godheid. Dit ook gevoelde de wijsgeer van Rome, wanneer hij zeide, » dat er geene vereenigingen van menſchen der » Godheid aangenamer zijn, dan die, welke zij hebben aangegaan, om hun regt » in veiligheid te ſtellen." Hoe ik de zaken keere of wende, en van welke zijde ik die beſchouwe, de Burgermaatſchappij moet het tooneel zijn, bij den Almagtigen gewild, waarop zich de menschheid ontwikkelen zou.

X. De mensch, ja! is een zoon der aarde, zwak, behoeftig, aan drift en zinnen geboeid; maar hij is tevens een zoon des Hemels, aan wien zich de Godheid medegedeeld, in wien iets van den Almagtigen is weggelegd. — Hoe was het hem anders mogelijk te doen, dat hij gedaan heeft en doet? — Van waar anders die hooge bedrijven van deugd en zedelijkheid, die wij zagen ſchitteren? — Van waar die opofferingen van leven en genoegens voor waarheid, deugd en geregtigheid; voor vaderland en menschdom? — Van waar dat verſtand? — die wetenſchap? — dat kunstvermogen? — Van waar die kennis, om zich de wetenſchap van vroegere geſlachten ten nutte te maken?

XI. Dat de mensch met dat alles begiftigd is, is daadzaak; maar waartoe

werd hem dit alles gegeven? — Werd hem de kracht tot groote deugd gegeven; opdat hij dezelve nimmer in werking zou brengen? en waar zal hij die werkzaam doen zijn, indien het niet is in 't burgermaatſchappelijk leven?

Werden de SOLON's, de LYCURGUSSEN, de NUMA's met de Wetgevende wijsheid bedeeld, om dezelve nimmer uit te oefenen? en waar zullen zij die uitoefenen, indien het niet is in de Burgerſtaten?

Waartoe de verſtanden geſchapen van PLATO, CICERO, GROTIUS en MONTESQUIEU? — om buiten de Burgermaatſchappijen nutteloos te zijn bij wilde horden?

Waartoe een HUYGENS, een NEWTON, een LAVOISIER? — Waartoe het zangvermogen van HOMERUS en VIRGILIUS? — Waartoe de kunst van HELMERS, indien er geene Hollandſche natie zou wezen, die er van getroffen moest worden? — Waartoe de hand, het oog, de ziel van APELLES en RAPHAËL, indien er geene beſchaafde Maatſchappijen zouden zijn, om dezelve te bewonderen?

XII. Misſchien, (opdat ik een einde make van al die voorbeelden) misſchien vertoonen zich nergens meer blijken van menſchelijke grootheid, dan bij den Scheepsbouw en de Zeevaart. — Ei ziet dan! daar gaat een ſchip te water! groot! heerlijk! — hoe veelvuldig, hoe verbazend is reeds de kunst, die het zamenſtelde! — maar daar ligt het opgetuigd, van alles voorzien; van ankers, touwen, zeilen, kaarten en compas — daar ligt het van alles voorzien en beladen! de zeilen worden ontrold, het anker wordt gewonden, een juichend hoezee zegt het Vaderland vaarwel! — en nu ſtevent men, of het nacht of dag is, kalm en gerust door onmetelijke zeeën naar de verſte oorden der wereld; — denkt het met mij na! welke vermogens van kunst en verſtand; welke ſtoutheid van geest; wat voorzigtig, aanhoudend, geduldig beproeven; welke opſtapeling van kennis van geſlachten en eeuwen! — en nu! werd al dat vermogen in den mensch door den Almagtigen gelegd, om met een' uitgeholden boomſtam over eene rivier of kreek te drijven?

XIII. Laat ons het gezegde zamentrekken. — De mensch moet in zijne behoeften voorzien; de natuur dringt hem tot willen en werken; hij moet den kring beveiligd hebben, waarin hij werken zal. Regts-veiligheid is zijne behoefte, zijn verlangen; om daartoe te geraken, vereenigen zich de menſchen in Burgermaatſchappijen, en onderwerpen zich aan de Regering en Wetgeving; en ook

de Burgermaatschappij lag van eeuwigheid in het bestek van den Almagtigen, als het tooneel, waarop zich de zoon der aarde, maar ook des Hemels, in al zijne kracht en heerlijkheid ontwikkelen zou.

XIV. Regts-beveiliging, algemeene Regts-beveiliging is dan het groote werk van alle Regering en wetgeving. — Maar nu moeten wij op de geschiedenis en het dadelijk leven terug komen. — Wat is de geschiedenis en wat is het dadelijk leven zelf? — een tooneel van wisseling! — Geene rust, geen stilstand in iets, dat den mensch aangaat op aarde, en de Regts-aangelegenheden, waarin hij betrokken wordt, waarvan hij omgeven wordt, veranderen gedurig: hetgeen niet was, wordt geboren en hetgeen is, loopt in duizende schakeringen uit elkander, wijd en breed, in uitgebreidheden zonder einde. — Het Regts-denkbeeld is wel eeuwig en onveranderlijk; maar de toepassing, de Regts-beveiliging neemt al de wisselingen en gedaanten aan, waarin de Regts-aangelegenheden uit een loopen. Regts-beveiliging! — wat denkbeeld! — Regts-beveiliging! — waar vind ik uwe palen? — waar is uw einde? Gij gevoelt het, mijne Heeren! hoe moeijelijk de taak is van Regering en Wetgeving — die steeds wisselende aangelegenheden altijd in 't oog te houden; altijd, wanneer het noodig is, gereed te staan; nimmer te sluimeren; werkeloos te blijven, waar geene werking noodig is. — O ja! zij, die de zaken der volkeren bestieren, zijn de Goden der aarde! — Ik spreek alleen van de zulken, die zijn, wat zij wezen moeten. — Vleijerij, weet gij, rolt niet van mijne lippen.

XV. Maar wij hebben over het Staatswezen genoeg gezegd, om nu te kunnen spreken over de betrekking, waarin de Akademische Regts-leeraar tot het Staats-wezen gesteld is. — Wie dan is hij? — waartoe is hij? — wat behoort zijn doel te zijn? — welke zijn zijne pligten? — Hij werd van Staatswege aangesteld, en zijn geheel regt, dat hij als zoodanig heeft, rust op eene benoeming van de bestaande Regering — maar nu het Ideaal van den persoon, dien de Regering in hem gewild moet hebben! Het hoofddoel, waarom hij werd daargesteld, kan geen ander gedacht worden, dan om *ondergeschikt en middellijk* te bewerken, wat Regering en Wetgeving *uit zich zelve en meer onmiddellijk* verpligt zijn daar te stellen; hij moet, door middel van onderwijs, zoo veel in zijn ver-

vermogen is, medewerken tot die algemeene Regts-veiligheid, die het doel is en het wezen der Staten; hij moet de jeugdige verstanden opleiden tot de moeijelijke kunst van Regts-beveiliging, tot de moeijelijke kunst van Regering en Wetgeving; hij moet de jeugdige verstanden opleiden tot de kennis van de bestaande wetten en de beginselen van de Regtsgeleerdheid, als zoo vele middelen weder, om tot die algemeene Regts-beveiliging te geraken, die het hoofddoel is der Staten.

XVI. Dat wij hier, M. T.! een oogenblik stille staan! — Wanneer wij dien naauwen band aandachtig gadeslaan, die de natuur zelve tusschen het Staatswezen en den Regts-leeraar heeft daargesteld, houdt dan onze geheele verwondering niet op over den grooten eerbied en liefde, waarmede de Keizer MARCUS AURELIUS voor zijnen leermeester in 't regt vervuld was? — neemt dan onze bevreemding geen einde, hoe het toch was, dat in de beste dagen der Romeinsche Regtsgeleerdheid niet dan Regtsgeleerden, een PAPINIANUS, een PAULUS, een ULPIANUS en zoo vele anderen, tot het dadelijk Staatsbestuur werden opgeroepen? — immers, toen was de Staatsman Regtsgeleerde en de Regtsgeleerde Staatsman: anders dan in onze dagen, nu de Regeerder zonder Regtskennis niet zeldzaam is, en de Regtsgeleerde menigvuldig, die geen inzien heeft in 't wezen der Staten, noch in de betrekking, waarin hij tot het Staats-wezen gesteld is. — Maar genoeg!

XVII. De naauwe betrekking van den Regtsleeraar op het geheele Staatswezen is in 't oog loopend; maar hoe moeijelijk en hoe uitgebreid is zijne taak, zal hij tot dat groote werk het zijne toebrengen! — Hij moet aan de jeugdige verstanden den mensch doen kennen als een regthebbend wezen. Hij moet de algemeene behoefte van Regts-veiligheid en den eisch, dien wij daarop gelijkelijk hebben, doen gevoelen. Hij moet den aard der Burgermaatschappij ontwikkelen, als middel, om eene algemeene Regts-veiligheid daar te stellen. Hij moet den persoon des Wetgevers doen kennen; deszelfs regten en pligten doen gevoelen. Hij moet de natuur der Wetten ontwikkelen; den grond openleggen, waardoor de burgers verpligt zijn dezelve te gehoorzamen; hij moet de harten vervullen met heiligen eerbied voor de geregtigheid, voor Regering en Wetgeving die dezelve moeten verwezenlijken en handhaven. Hij moet de hindernissen — ja! vooral ook de hindernissen! — doen kennen; hij moet die bestendige werking van natuur tegen zedelijkheid, van magt tegen regt doen gevoelen, waarmede de

Wetgevende wijsheid eeuwig te worſtelen heeft. Hij moet het doen gevoelen en opmerken, dat er geen treffender ſchouwſpel op aarde gevonden kan worden, dan van den moedigen man, worſtelende tegen het onregt. Of is er iets heerlijker, dan den edelen TULLIUS te zien volhouden tegen den magtigen CATILINA? is er iets heerlijker, dan den edelen Patricier VALERIUS te zien worſtelen tegen de overigen van zijne orde, die geene algemeene Regts-veiligheid willen, maar willekeur? — en zoude ook hier de Regtsleeraar niet reeds te ſtrijden hebben met jeugdige vooroordeelen van opvoeding, even als ook daarmede de edele VALERIUS te ſtrijden had, naar het getuigenis van LIVIUS?

XVIII. Ziet daar in 't algemeen de moeijelijkheden geſchetst, die de Regtsleeraar op zijnen weg ontmoet en de pligten, waardoor hij aan het Staats-wezen verbonden is, die hij overal en altijd in 't oog moet houden, ook dan, wanneer hij geroepen is, om eenig bijzonder deel der wetenſchap te leeren. Maar ook die bijzondere deelen, altijd aan het algemeene ondergeſchikt, welke moeijelijkheden hebben ook nog weder deze? — Laat ons ten voorbeelde nemen dat gedeelte der wetenſchap, dat wij het hedendaagsch Privaat-regt noemen.

XIX. Om nu niet te gewagen van de uitlegging van het wetboek zelf, of van de wetboeken daartoe behoorende, en van de ſtelſels van Regtsgeleerdheid daarbij op te bouwen; hier moet nog de Regts-leeraar de harten van zijne leerlingen vervullen met eerbied voor die wetten, die de daden der burgeren onderling regelen, ten einde daardoor tot de meest mogelijke onderlinge Regts-veiligheid te geraken! — Hier moet hij hen den perſoon des Regters doen kennen, deszelfs regten en pligten; hij moet hen deszelfs hooge waardigheid doen gevoelen, en den eerbied aan dezelve verſchuldigd. — Hier moet hij hen den aard, de noodzakelijkheid en het hooge doel doen kennen der Regtbanken. — Voorts ook moet hij hen den Practiſchen Regtsgeleerden en Pleitbezorger doen kennen, niet zoo als die maar al te dikwijls is, maar zoo als die wezen moet, om een ſieraad en ſteunſel te zijn van het burgerlijk leven: hij moet hem het ware en eigenaardige doel doen kennen van deze verhevene betrekking, afgeſcheiden van de bijkomende bedoelingen, die daarom niet veracht of verwaarloosd behoeven te worden: immers, terwijl de Regts-beveiliging het hoofddoel is en blijven moet, mag men billijk ſchadeloosſtelling verwachten, voor den tijd, aan de belangen van anderen gegeven, dien wij ter bevordering van eigene belangen hadden kunnen beſteden. — Hier moet hij hen bekend maken met de moeijelijkheden, die zij ont-

moeten zullen, zoo op den weg, die naar de wetenschap geleiden moet, als naderhand in de toepasfing; en het zij verre van hem, dat hij die moeijelijkheden verkleinen zoude — neen! hij ftelle ze veeleer voor, in al hare uitgebreidheid; doch hij vure tevens den moed aan der Jongelingen, om alles te boven te komen. — De Regtsgeleerde toch moet kracht oefenen! hij moet een man van moed wezen, die, des noods, voor waarheid en geregtigheid wat lijden en dragen kan.— Verre van onze fcholen die weekhartigen, die bedorvene kinderen, die niet dan voordeel, gemak, rust, lust, grootheid of fortuin bejagen: de Regtsgeleerde zij niet alleen een zoon der aarde, maar ook des Hemels, bij wien waarheid, geregtigheid en de wil van den Almagtigen, het hoogere doel is. —

Maar ook nu genoeg van den Regts-leeraar en deszelfs uitgebreide pligten in het algemeen; dat nu mijne rede meer tot bijzonderheden afdale! en ook gijlieden verlangt misfchien, dat dezelve thans meer bepaald worde tot een fchets van de verdiensten van uwen overledenen Meester.

Wanneer ik mij echter nu voorbereide, om aan deze verlangens te voldoen, moet ik u vooraf zeggen, dat het mijn doel niet is, een tafereel te fchetfen van 's mans geheele leven; ook wil ik niet gewagen van zijne bijzondere deugden, die hij als Mensch, Vriend, Echtgenoot of Vader gehad hebbe: Dichters en Redenaars hebben reeds hier hunne verdienstelijke en welmeenende offers aangebragt: Mijne taak zal het zijn, *het eigenaardige van 's mans Regtsgeleerde verdiensten te doen kennen, en wat hij als Akademisch Regts-leeraar en Regtsgeleerde vermogt.* — En ook hier nog verwachte men van mij geene onbepaalde, algemeene lofspraken, die juist, omdat zij zoodanig zijn, fpoedig vervallen en de nakomelingfchap niet bereiken kunnen. — Men verwachte van mij een meer bepaald getuigenis ter eer! O dat waarheid en juistheid aan hetzelve eenige duurzaamheid mogen hebben ingedrukt!

Wanneer gij met uwe gedachten terug gaat naar het Ideaal van den Akademifchen Regts-leeraar, waarvan ik u zoo even de groote omtrekken gegeven heb; wanneer gij de encyclopaedifche lesfen nadenkt, die gij gehoord hebt; wanneer gij u den loop herinnert, dien uwe ftudiën genomen hebben, dan ziet gij reeds de groote uitgebreidheid, de groote verfcheidenheid, die er in het geheel der

Regts-wetenschap gevonden wordt, en ik weet waarlijk niet, of ik niet onzen DE GROOT den eenigen onder de hedendaagschen noemen moet, die in al de deelen der Wetenschap zoo te huis was, als wij het naar den regel allen wezen moesten. Wat daarvan zij, zeker is het hier, *dat wij allen niet alles zijn kunnen*, en ik voor mij houd het daarvoor, dat de beste Akademische Regts-leeraars over het algemeen die wezen zullen, welke, zonder de voorgestelde Idealen uit het oog te verliezen, zonder de overige deelen geheel te verwaarloozen, zich aan één deel bijzonder hebben overgegeven, ten einde dat deel van alle zijden te bespiegelen, te doorgronden, daaraan al hunne krachten te wijden, daarin, als 't ware, te leven. En onder deze gelukkige Regts-leeraars behoorde, zoo iemand, uw overledene Meester. *Het Hedendaagsch Privaat-regt en het daarmede in verband staand Romeinsch-regt, als zoodanig*, ziet daar het deel der Regts-wetenschap, dat hij zich zelven ten hoofddoel had uitgekozen, waarvan hij zich door geen ding ter wereld liet aftrekken en waardoor hij dan eindelijk geworden is, die hij was, misschien de beste, zekerlijk één der beste uitleggers en toepassers des hedendaagschen Regts. —

Ik noemde, Mijne Heeren! twee dingen, het Hedendaagsch Privaat-regt en het Romeinsch-regt; het laatste, namelijk, in zoo verre dit met het eerste in verband staat — en deze beperking was noodzakelijk, wil men niet, dat de wezenlijke verdiensten van den Overledenen aan verkeerde beoordeelingen worden blootgesteld. — Maar de zaak vordert opheldering en een tamelijk lang verwijl.

Men kan het Romeinsch-regt met zeer onderscheidene inzigten beoefenen, en elk beoefenaar behoort naar de zijne en niet naar die van een' ander' beoordeeld te worden — eene waarneming, waarvan althans het laatste gedeelte bij velen, helaas! te weinig wordt in acht genomen.

Men kan van de Beoefenaars des Romeinschen Regts zeggen, dat zij hoofdzakelijk in twee sekten zijn uit elkander gegaan.

Er zijn er, die het Romeinsch-regt beoefenen meer, als een op zich zelf staand en in zich zelf besloten geheel; die hetzelve, zoo als het daar ligt, als een Wetboek namelijk der Oudheid, verstaanbaar willen gemaakt hebben uit de Oudheid en de Geschiedenis. Hun streven en kennelijk doel is één; zij beoefenen hetzelve, als blootelijk, om het te beoefenen, zonder dat zij zich over de uitkomsten schijnen te bekommeren. Zij hebben bij hunne nasporingen geen praktisch uitzigt, waar naar dezelve aanvankelijk reeds gewijzigd en gebogen

worden, en wordt er bij toeval onder hunne bemoeijingen eenige praktische bruikbaarheid geboren, dan is dit toeval en niets meer.

Omgekeerd gaat het bij de anderen. Deze willen het Romeinsch-regt bruikbaar gemaakt, bruikbaar bij de Regtbanken geleerd en uitgelegd hebben. Zij willen het bruikbare des Romeinschen Regts, met affnijding, zoo veel mogelijk, van het overige, bij één hebben gebragt, om het aldus bij één gebragte te doen dienen als hulpmiddel, om daardoor het bestaande Hedendaagsch Privaat-regt goed en grondig te leeren behandelen en uit te leggen.

De verstandigen onder de laatsten zullen wel altijd dankbaar gebruik maken van hetgeen door de eersten wordt opgedolven of gereinigd. Maar dit opdelven en reinigen; die uitbreiding en verhooging van de Romeinsche Regts-studie, als zoodanig beschouwd, ligt in de bedoeling van dezen niet, en wordt hier bij toeval zoo iets gedaan, dan is dit ook hier toeval en niets meer.

Dat er personen gedacht kunnen worden, die deze beide bedoelingen vereenigen, is blijkbaar, en er zijn voorbeelden van voorhanden. Dat hier ook wijzigingen en bepalingen denkbaar zijn, valt ligtelijk te beseffen: maar dit een en ander neemt die scheuring niet weg en het bestaan dier beide sekten, noch ook de kenmerken van onderscheid, die wij van dezelve gegeven hebben.

Bij die van de eerste sekte zoeke men Letterkundige, Geschiedkundige, en, indien er de verstanden naar zijn, wijsgeerige bijdragen tot meerderen opbouw en verheldering der Romeinsche Regts-studie als zoodanig. Bij die van de laatste sekte zoeke men welgeordende stof en regel, bruikbaar bij de Regtbanken en in de dadelijke behandeling van Regtszaken.

Van waar die afscheiding, bij ons in het laatste deel van de jongst verloopene eeuw, zoo sterk en zoo uitsluitend gedreven? — was dezelve noodzakelijk? — werd de Wetenschap, door dit afzonderen en uit een loopen, bevorderd of benadeeld? — dit alle zijn vragen, die ik thans niet mag beantwoorden: het zij mij vergund er nu alleen maar dit van te zeggen, dat de stroom der tijden en de loop der denkbeelden dit zoo gewild en daargesteld hebben.

Ook kan ik mij niet als Regter opwerpen, aan wie der beide sekten, indien er keuze gedaan moet worden, eene meerdere of mindere verdienstelijkheid zij toe te schrijven. Ik heb de scholen van beide even vlijtig bezocht, en de Meesters in beide geëerbiedigd. — Gij zoudt het getuigen, waart gij nog in leven, geleerde CANNEGIETER en schrandere WIGERI! Alleen wil ik er dit van zeggen, dat

er — ik herhaal het, wanneer er keuze gedaan moest worden — ten voordeele van de laatfte fekte veel te zeggen viel, vooral, zoo lang men geene volledige eigene Wetboeken en eene daarop gebouwde eigene Regtsgeleerdheid had; maar men had ook tevens de manier van de eerfte behooren in eere te houden, om hare eigene deugdelijkheid en voortreffelijke gevolgen, waardoor zij dan ook de grondflag was geworden van den Regtsgeleerden roem des Vaderlands, die van het eigen oogenblik, dat men de laatfte *uitfluitend* heeft aangekleefd, geheel in verval geraakt is. — Of hebben de fcherpzinnigheid en naauwkeurigheid, waarmede een NOODT, een SCHULTING het beste gedenkftuk der Oudheid hebben uitgelegd, niet het hunne toegebragt, tot den Nationalen roem van Nederland? — En gij, O HERMAN CANNEGIETER! die in uwe bloeijende jaren, onder de toejuichingen van de VAN BLEISWIJKEN, MEERMANNEN, VAN SCHWARTZENBERGEN, de fchaduwen van het oude met glorie ftaande hieldt; die dezelve in meer gevorderden leeftijd, met uwe glorie in het Vaderland verdwijnen zaagt, wordt nog heden ten dage niet uw naam in het naburig Duitschland tot eer van Nederland vermeld?

Schoon VAN TWIST tot de tweede fekte behoorde, is het mij evenwel voorgekomen, dat hij, na den veranderden ftaat van Wetgeving en Regtsgeleerdheid, althans, dat hij in latere tijden van oordeel is geworden, dat eene Letterkundige, eene Gefchiedkundige en Wijsgeerige behandeling des Romeinfchen Regts bij de Jeugd behoorde vooraf te gaan: immers de rigting, die hij aan de ftudiën van zijnen geliefden oudften zoon wilde gegeven hebben, fchijnt dit ten duidelijkfte te bewijzen.

Daar nu VAN TWIST zelf, door eigen aanleg, opvoeding en keuze, tot de tweede fekte behoorde, moeten wij hem altijd uit dat oogpunt beoordeelen, wanneer hij als Leeraar des Romeinfchen Regts beoordeeld zal worden, en dit geldt ook de voortbrengfelen van zijne fchool, in zoo verre dezelve tot het Romeinsch regt behooren. — In de Twistiaanfche fchool dan, is het Romeinsch-regt eigenlijk *middel* en geen *doel*, en van daar, dat men onder de verhandelingen zijner leerlingen welligt geene vinden zal, die geheel en alleen aan het Romeinsch-regt gewijd is; maar daarentegen zeer vele en zeer voortreffelijke verhandelingen, die gedeeltelijk Romeinsch-regt, gedeeltelijk Hedendaagsch-regt behelzen, om het laatfte door het eerfte toe te lichten, het laatfte bij het eerfte te kunnen vergelijken. Men zoeke dan ook hier *Stof en Regel* voor het Hedendaagsch-regt, ge-

lijk ik boven zeide, en niet die *Letterkundige*, *Geſchiedkundige*, *Wijsgeerige* bijdragen, die het doel en de eer uitmaken der eerſte ſekte.

Gij ziet nu, welke beoefening en bearbeiding des Romeinſchen Regts bij VAN TWIST en deszelfs leerlingen gezocht moet worden. En nu in dien geest dan de Romeinſche Regtsgeleerdheid beoefend, had hij van deszelve eene naauwkeurige en grondige kennis, die hij op eene voortreffelijke wijze dienstbaar deed worden aan het Hedendaagsch Privaat-regt, welk laatſte eigenlijk geheel en al het hoofddoel was zijner bemoeijingen, en het is hier dan ook, dat wij bepaaldelijk ſtil moeten ſtaan, en waar vooral zijn roem en zijne grootheid gezocht moeten worden.

Zijne ſtudie ſchijnt van den beginne daarop geheel te zijn aangelegd. Ook ſchijnt hij zich geen ander hoofddoel te hebben voorgeſteld, toen hij in den jare 1797 tot het Hoogleeraars-ambt in het Romeinsch-regt te Deventer, en naderhand in 1802 te Groningen geroepen werd, en geen wonder dan ook, dat hij zich in 1804, bij het overlijden van den Hoogleeraar JOHANNES CANNEGIETER, aanſtonds gereed betoonde, om in diens plaats op te treden, als Leeraar van het Hedendaagsch Privaat-regt, een vak, waarin hij al ſpoedig ook door Heeren Curatoren bevestigd werd. — En nu hebben wij den Overledenen tot het ſtandpunt gebragt, van waar hij zich in al zijne kracht vertoonen zal.

Nu in den leerſtoel des Hedendaagſchen Regts bevestigd, ſpaarde hij noch vlijt noch kosten, om Land- en Stads-regten, gedrukte en geſchrevene ſtukken, bij één te brengen, die dienen moesten, om, zoo veel mogelijk, zamenhangende ſtelſels van het Hedendaagsch-regt, eerst voor Groningen en de Ommelanden, en daarna ook voor andere Provinciën, zamen te brengen.

Dat hij in deze veel omvattende bedoeling en werkzaamheden ſlagen moest, was vooruit te zien, wanneer men, bij 's mans groote kennis van de bruikbaarheid des Romeinſchen Regts, deszelfs perſoneel karakter en geestgeſteltenis in aanmerking nam. Immers, de Natuur had hem met voortreffelijke vermogens van vatbaarheid, oordeel en geheugen begiftigd. Vlijt, werkzaamheid, tijdsbezuiniging, doelmatigheid en orde waren hem eigen. Altijd bedacht op dadelijk nut en toepasſing van hetgeen hij geleerd had en dagelijks leerde, wist hij alles af te ſnijden, wat tot dit groote doel niet leidende was. —

Na de groote Vacantie in 1804, opende VAN TWIST het eerst zijne lesſen over het Groninger regt, en deze werden al aanſtonds met de grootſte deelne-

ming bijgewoond, niet alleen door Studenten, maar ook door Regts-doctoren. — Kundige mannen, die deze voorlezingen hebben bijgewoond, verzekeren, dat dezelve indedaad gediend hebben, om menige duistere plaats in het Groninger-regt op te helderen, om menige onzekerheid weg te nemen; zoodat dezelve als eene wezenlijke weldaad, aan de Regts-veiligheid in dit gedeelte des Vaderlands toegebragt, mogen worden aangezien.

Na dat het Groninger-regt tot zekere hoogte gebragt was, werd ook dat van de naburige Provinciën op nieuw vlijtig beoefend; en van daar zoo vele voortreffelijke verhandelingen uit zijne school voortgekomen, waar onder ook, die tot het regt van andere Provinciën behooren.

Bij de invoering van het Wetboek Napoleon, ingerigt voor het Koninkrijk Holland, toonde hij, hoe hij los was van de vooroordeelen, waaraan zoo vele anderen geboeid bleven, die anders met hem daardoor in dezelfde omstandigheden betrokken werden. — Immers, daar nu, bij een eigen algemeen Wetboek, eene eigene Regtsgeleerdheid moest worden opgerigt; daar nu het Romeinsche Regt van al deszelfs regthebbend gezag glad en gaaf was beroofd geworden, was hij de eerste onder de uitleggers, die openlijk de eenige en echte gronden van Interpretatie verkondigde; en zijne Redevoering, die hij in 1809, bij het nederleggen van het Rectoraat, heeft uitgesproken, mag hem te dezen opzigte als een blijvend eereteeken worden toegekend. (1)

Hedendaagsch Privaat-regt, dadelijk nut en toepassing, was en bleef altijd bij VAN TWIST hoofddoel, en dit bevestigen ons de Fransche tijden: immers, toen, niettegenstaande Hem, als Hoogleeraar, in die tijden het Romeinsch-regt was toegedeeld, beoefende hij tevens met alle mogelijke vlijt en inspanning de Fransche Wetboeken, met name, het Wetboek Napoleon en het Wetboek van Koophandel; en wanneer, bij den veranderden Regeringsvorm, hem, met onderling overleg en onder goedkeuring van Heeren Curatoren, het Hedendaagsch Privaat-regt in den geheelen omvang, in plaats van het Romeinsch-regt, werd aangeboden, was hij oogenblikkelijk gereed tot deze verwisseling.

Onder eene zoo vlijtige beoefening van het Hedendaagsch-regt, onder allerlei vormen en gedaanten, werd hij van tijd tot tijd en al meer en meer in voorko-

---

(1) Men zie deze Redevoering, door mijnen oudsten zoon vertaald, in mijn *Regtsgeleerd Magazijn*; bl. 367—399.

mende of gevreesde geschillen geraadpleegd; en die gedurige toepassing van de Wet op de voorkomende gevallen had hem die praktische geestgesteltenis, die gelukkige hebbelijkheid gegeven, die oogenblikkelijk, wat er gevraagd wordt, vat en het antwoord gereed heeft, of spoedig en zeker vinden zal — en van daar dan ook eindelijk die menigvuldige advijsen, waarom hij aangezocht werd, die menigvuldige Compromissen, waarin hij getrokken werd en waarbij hij doorgaans als de eerste persoon beschouwd werd.

Zoo onbepaald, zoo algemeen was dan ook eindelijk het vertrouwen op de praktische kundigheden van VAN TWIST en op de eerlijkheid van zijne beslissingen, dat hij maar zelden bij de Regtbanken, met name ook bij de Regtbank van Koophandel, werd voorbij gegaan, wanneer het noodig was eenen Scheidsman of Zaak-kundigen te benoemen, ter beslissing van moeijelijke swarigheden, vooral ook in Rekeningen van Compagnieschappen en Avarijen: want ook hierop schijnt hij zich bijzonder te hebben toegelegd en onderscheidene bewijzen worden daarvan opgenoemd, door mannen, die bevoegd zijn hierover te oordeelen.

Van hetgeen de Heer VAN TWIST geschreven heeft, is maar weinig gedrukt in 't licht; mij zijn, behalve zijn Akademisch proefschrift, slechts drie Oratiën bekend. — En men behoeft zich daarover niet te verwonderen, wanneer men bedenkt, dat hij vooreerst in den bloei, in het zesenveertigste jaar, zijnes levens is weggerukt, en dat hij daarbij zoo wel met praktisch, als Akademisch werk bestendig overladen was. Ik kan ook om die zelfde redenen niet denken, dat er onder zijne nagelatene geschriften wezen zullen, die voor de drukpers gereed of voorbereid waren.

Maar waaruit zal dan nu de nakomelingschap zijne geleerde verdiensten beoordeelen en bepalen? — de geest des Meesters zal wel het best kenbaar zijn uit de werken der leerlingen, aan welke hij denzelven mededeelde en bij welke hij de hand stuurde. — Het schijnt mij wenschelijk toe voor de nagedachtenis van den Overledenen, dat een of meer zijner bekwaamste leerlingen eene verzameling van de beste dissertatiën in 't licht brengen, die gerekend kunnen worden uit zijne school te zijn voortgekomen. — Het aantal van schriftelijke advijzen, door hem gegeven, is buiten twijfel aanzienlijk: ook zou daaruit met kieschheid eene verzameling te maken zijn, die van 's mans geleerde verdiensten zou kunnen getuigen.

Wat hij als Meester was, weet gij het best, die het genot gehad hebt van zijne

lessen. Maar dat ook zij het hooren, die hier tegenwoordig mogen zijn, en zich met de hoop gevleid hadden, van ook eenmaal zijne leerlingen te zullen worden.

Daar VAN TWIST, terwijl hij zijne hoofdstudie beoefende, tevens al meer en meer zijne uitzigten over het geheele Staats-wezen en de betrekking, waarin zich de Regts-leeraar tot het Staats-wezen gesteld vindt, had uitgebreid; daar hij hierbij een warm gevoel had voor waarheid en geregtigheid, vervulde hij de harten zijner leerlingen met eerbied voor dezelve.

Daar VAN TWIST, terwijl hij zijne hoofdstudie beoefende, tevens de eerste beginselen van Wetgeving en Regtsgeleerdheid al dieper en dieper had doorgezien, beijverde hij zich, om alles, zoo veel mogelijk, tot éénheid en vaste beginselen terug te brengen, en hij beveiligde daardoor zijne leerlingen voor altijd voor die fragmenten-geleerdheid en casuistische kennis, die zoo veel nadeel toebrengen aan de Regts-veiligheid der Burgeren.

Eenvoudigheid, orde, doelmatigheid, tijdsbezuiniging, afsnijding van alles, wat niet ter zake dienende was, helderheid van begrippen, duidelijkheid en gemakkelijkheid van voordragt kenmerkten zijn onderwijs. Hetgeen hij zelf gevoelde, wist hij inderdaad in anderen zoo gemakkelijk over te brengen, zoo gemakkelijk aan anderen te doen gevoelen, dat hem in de kunst van mededeeling maar weinige evenaarden, zeer weinige overtroffen hebben.

De post, waartoe hij geroepen was, werd door hem met ijver en trouw waargenomen. Eene doorgaande werkzaamheid van de Akademie-jeugd ging hem ter harte, de tragen wist hij aan te sporen en de onwilligen vonden geen' steun bij hem. Wanneer het noodig was, was hij de ernstige handhaver van orde en tucht bij de Akademie-jeugd.

Gij hebt dan veel in hem verloren. De Akademie en Regtsgeleerdheid verloren veel in hem. — Gij zult zijne nagedachtenis het meest vereeren, door u hem ten voorbeelde te stellen; door zijne voetstappen te drukken; door in uwe praktische loopbaan die beginselen te volgen, die hij u leerde.

Ik heb den oorsprong, den aard der Burger-staten en het doel van alle Wetgeving en Regeering geschilderd. — Ik heb den persoon afgeteekend van den Akademischen Regts-leeraar; — wie die is? — waartoe die is? — Ik heb de uitgebreidheid en de moeijelijkheden voorgesteld van deszelfs werkzaamheid en pligten. — Ik deed het onmogelijke gevoelen, dat wij allen hier zijn kunnen, wat wij naar den regel wezen moesten, en dat het wijsheid is, een deel van de We-

tenschap uit te kiezen, om zich daarop bijzonder toe te leggen. — Ik heb getracht, u naar waarheid dat gedeelte der Wetenschap op te geven, dat zich de Overledene ten doel gesteld had, en hoe deze daarin hebbe uitgemunt.

Wanneer gij nu de Idealen nagaat van den Akademischen Regts-leeraar en van den Regtsgeleerden, die ik u heb voorgesteld, en daarbij in overweging neemt, wat de Overledene, door zijne kennis en wetenschap, op de menschelijke aangelegenheden gewerkt hebbe, welke zaden hij gestrooid hebbe, die zeker (wij weten niet in welke uitgebreidheid) vruchten moeten voortbrengen; dan eerst zult gij beseffen, wat hij hebbe toegebracht tot die algemeene Regts-veiligheid, die het wezen is der Staten, tot die algemeene Regts-beveiliging, die het doel is van alle Wetgeving en Regering, van den Regts-leeraar en Regtsgeleerden.

Wanneer gij eindelijk daarbij bedenkt, wat hij nog had kuunen verrigten, vooral ook in den tegenwoordigen toestand van Wetgeving en Regtsgeleerdheid, waarin wij op dit oogenblik verkeeren, dan ook eerst zult gij het geheele gewigt gevoelen van het verlies, dat wij allen, en met ons de nakomelingschap, in hem geleden hebben.

En gij, VAN TWIST! indien gij kennis draagt van onze bemoeijngen op aarde, neem gij met welgevallen de hulde aan, die ik aan uwe verdiensten wilde hebben toegebragt! — Wij stonden hier jaren lang nevens elkander in dezelfde gewigtige betrekking: één doel, het welzijn der Akademie-jeugd, hield ons altijd vereenigd, ook dan, wanneer wij door onderscheidene begrippen omtrent de keus der middelen verschilden. — Heb ik daarbij omtrent U hier of daar misgetast, dan zij mij vergeving geschonken! — Was de dwaling aan uwe zijde, dan doet Gij nu reeds, in reinheid verheven, der waarheid hulde.

HERMANNI GERARDI IACOBI VAN DOESBURGH,

HERVARDO-GELRI,

THEOL. CAND. IN ACAD. RHENO-TRAIECT.

COMMENTATIO THEOLOGICA,

QUA

RESPONDETUR AD QUAESTIONEM,

A NOBILISSIMO ORDINE THEOLOGICO
IN ACADEMIA GRONINGANA

Anno CIↃIↃCCCXX

PROPOSITAM:

Quaenam et qualis ſit φιλεχθρία, *quam commendant* IESUS *et Apostoli? et an ex hac commendatione etiam eluceat Christianae doctrinae moralis praeſtantia?*

QUAE PRAEMIO ORNATA EST.

Ἡ ἀγάπη οὐδέποτε ἐκπίπτει.

PAULLUS.

Si quid sit in homine, quod ipsum nobilitet, Deique quodammodo similem reddat; est hoc profecto gratus ille atque sublimis sensus amoris quo ceteris animantibus omnibus praestamus. Hicce amoris sensus nobis innatus, inde a natalibus primum se exserit, alitur deinde atque ita increscit, ut eo per totam vitam teneri nos experiamur; idque ita quidem ut eo ipso felices nos sentiamus atque laetemur adeo, homines nos esse natos. Illam igitur egregiam hominis naturam perspectam habens, simulque reputans, quantopere ei conveniat religio Christiana, quis non hanc summis laudibus efferendam esse putet? Princeps enim eius placitum circa τὴν ἀγάπην versatur, exercendam illam, primum quidem erga Deum, deinde vero maxime etiam erga homines, ita ut omnes secum invicem coniungantur. Quod praeceptum et tam late patet in doctrina Christiana, et eo modo proponitur, ut alibi idem illud frustra quaeras et eo ipso facile quisque alliciatur.

Mirum igitur nullo modo accidit, in patria nostra excitari iuvenes, ut data opportunitate vires periclitentur in exponenda huius egregii officii Christiani parte quadam nobilissima.

Equidem ſaltem continuo mihi gratulabar, cum a Nobiliſsima Facultate Theologica in Academia Groningana viam viderem munitam in campum hunc et amoeniſsimum et vero fructuoſiſsimum. Et utilitatis quidem percipiendae cupidus, gratoque erga parentes fautoresque meos animo ductus, et honoris quoque ſtudio excitatus, Optimo cum Deo laetam hancce palaestram ingrediendam eſse, apud me conſtituebam.

Pro virium ergo mearum tenuitate nonnulla in medium proferre conabor, quibus reſpondeatur ad quaestionem, qua quaeritur: *quaenam et qualis ſit* φιλεχθρία, *quam commendant* IESUS *et Apostoli? et an ex hac commendatione etiam eluceat Christianae doctrinae moralis praeſtantia?*

In quibus ea, ut ſpero, quae iuvenem parum adhuc exercitatum decet, modestia verſabor, et quae aliunde de hac re collegerim, ordine congerere ſtudebo, meam tamen quoad potero rationem ſecutus. Id vero imprimis enixe a vobis imploro, Viri Clariſsimi! ut, ſi quando haec mea qualiacunque conamina minus vobis placeant aut praemio digna non videantur, ea tamen laudandae voluntatis tentamina eſse cenſeatis.

Quaestio ita est diſpoſita, ut ad eam reſpondens ſcriptionem meam in *tres* partes diſpeſcere optime poſse mihi videar. Quarum in PRIORE videamus de ipſa φιλεχθρίας *commendatione* ab IESU et Apostolis facta: ALTERA vero de huius virtutis *indole* atque *ratione* agamus, ſive *quaenam* et *qualis* illa ſit, inquiramus. TERTIA denique parte probare conabimur, elucere ex huius virtutis commendatione doctrinae moralis Christianae *praeſtantiam.*

PARS PRIMA.

Φιλεχθρίας commendatio auctoribus IESU *et Apostolis.*

Partem rei alicuius considerantibus, ad rectam huius cognitionem magnopere nobis conducere solet universae rei contemplatio, ut videamus, quo loco sit haec pars habenda, quaenam eius et ceterarum partium sit ratio, qualemque adeo vim habere possit ac debeat. Φιλεχθρία igitur cum pertineat ad amorem illum universum, quem omnibus nobiscum aliqua necessitudine coniunctis hominibus demonstrare nos voluerunt IESUS et Apostoli; nostram disquisitionem optime instituturi nobis videmur, si in antecessum nonnulla breviter observemus de *universo* illo *amore*, quem *erga omnes demonstrandum* esse, praeceperunt IESUS et Apostoli: deinde huius amoris partem, φιλεχθρίας exercitatione complexam, *ab* IESU *et Apostolis commendatam*, paullo enucleatius proponamus.

PARTIS PRIMAE

SECTIO PRIOR.

IESU *atque Apostolorum doctrina de amore universo omnibus demonstrando.*

§ 1. Ipse Conservator noster I. C. ut primarium atque praecipuum, imo summum disciplinae suae praeceptum proponit amorem erga Deum hominesque nobiscum iunctos. (*a*) Ipsum ergo mutuum etiam hominum amorem quam maximi fecisse ex eo universe iam satis patet, confirmatur autem diligentiori nonnullorum IESU CHRISTI dictorum contemplatione, quibus saepissime luculentissima inest huius mutui amoris commendatio. Praecipua haec sunt. Τὴν ἐντολήν: ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν, similem dicit ei, quam de amore erga Deum paullo ante dederat Conservator, et ἐν ταύταις ταῖς δυσὶν ἐντολαῖς, inquit, ὅλος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται κρέμανται. (*b*) Porro cum ex eo rogaretur, *quaenam* πρώτη πασῶν ἐντολή *esset;* (*c*) definite respondit IESUS, hisce praeceptis de amore erga Deum hominesque omnes, *nullum aliud esse maius;* (*d*) ubi ergo nullus dubitandi locus hac de re superesse mihi videtur. Sed praeterea etiam CHRISTUS huius officii exercitationem continere felicitatis fontem dicebat legis perito

(*a*) Hoc concedendum erit, si vel doctrinae Christianae *principium*, illud dicere nolis: quamvis haud ita multum ab eo abesse nobis videatur. Cff. hac de re REINHARD *Christ. Mor.* § 174—176. Cl. CLARISSE, *Bewijs voor het Christendom uit den aard der Zedenl.* in Comm. Soc. Hag. pro defend. relig. Christ. a. 1803. p. 51 coll. p. 59—65. Doct. I. F. VAN OORDT *de Relig. Chr. in coniungendis hominibus vi.* Trai. ad Rhen. a. 1821. p. 128, 129. (*b*) Matth. 22 : 37—40. Cf. REINH. l. l. § 176 et Cl. CLARISSE l. l. p. 64, 65. (*c*) Marc. 12 : 28. (*d*) Marc. 12 : 31b.

cuidam, Ipſum de via ad vitam aeternam interroganti; ſic enim reſpondit: τοῦτο ποίει, καὶ ζήσῃ. (e) Et in Oratione illa quam in monte habuit praeclara, a Matthaeo nobis ſervata, plus ſemel ipſum hunc amorem commendat ſuisque inculcat Conſervator. Ne dicamus, Ipſum ſuorum discipulorum notam, qua omnibus innotescerent, conſtituiſſe amorem, quo ſeſe invicem diligerent. (*f*)

§ 2. Cum hac vero ſummi Doctoris inſtitutione ſi quis comparet Apostolorum doctrinam, non multa accuratione opus est, ut videat, univerſe eam omnino convenire cum divini Magistri egregiis praeceptis.

Quis est quin ſtatim ſibi ob oculos ponat *Paullum* Apostolum, omni ſtudio maximoque ardore, hunc ſuis Christianis amorem commendantem? Nam aut CHRISTI nos eximie amantis exemplum laudat, quod ſequantur Christiani (*g*); aut inter alios egregios τοῦ πνεύματος fructus, τὴν ἀγάπην memorat (*h*), aut Christianae inſtitutionis finem eſſe dicit hunc ipſum amorem, (*i*) quem alibi perfectisſimum dicit vinculum Christianorum; (*k*) aut denique omni laude effert effectus huius amoris praeſtantisſimos. (*l*) Quid? quod ipſo hoc amore legem πεπληρῶσθαι omniaque legis praecepta, hoc uno, veluti ſummo praecepto, contineri ſaepius doceat. (*m*)

Porro *Iacobus* non tantum ſaepius monet Christianos ne faveant litibus, pacem potius colant ac mutuum amorem; (*n*) ſed vero etiam quod praeceptum primum omnium atque praecipuum eſſe declaraverat Conſervator, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σοῦ ὡς σεαυτόν, idem hoc dixit ille νόμον βασιλικὸν (*o*) magnamque adeo huius praecepti aeſtimationem ſatis ostendit. (*p*)

Neque omittendus est *Petrus*, qui in epistolis ſuis egregium CHRISTI ex-

---

(*e*) Luc. 10: 25—29. (*f*) Ioh. 13: 34, 35. coll. ſ. 2—17. Ceterum de toto hoc loco Cf. REINHARD, l. l. § 174. (*g*) Eph. 5: 2. Col. 3: 12, 13. (*h*) Gal. 5: 22. (*i*) 1 Tim. 1: 5. (*k*) Col. 3: 14. Hoc enim indicaſſe videtur Apostolus verbis: σύνδεσμος τῆς τελειότητος coll. Eph. 4: 3. Et ſi verba ſpectes longe ſimplicior haec mihi videtur interpretatio ea quam propoſuit REINHARDUS l. l. § 175. not. 9. et praeterea etiam contextae orationi optime conveniens. Si enim, uti REINHARDUS de omnium virtutum complexu id ſumas, non video quare ſ. 15. aliud etiam mandatum addiderit Paullus. (*l*) 1 Cor. 13. (*m*) Rom. 13: 7—10. Gal. 5: 14. (*n*) Ep. c. 1: 19—21. c. 2: 1. ſqq. c. 3: 13—18. (*o*) Iac. 2: 8. (*p*) Νόμος βασιλικὸς videtur eſſe *lex primaria*, ſingularis adeo praeſtantiae commendationem habens. Cf. D. I. POTT *Epp. Cath.* ad h. l. et REINH. l. l. § 175. not. 7. qui recte animadvertit, haec verba quomodocunque intelligas, ſemper involvere documentum maximi pretii, quod tribuerit huic praecepto Iacobus.

emplum proponit, (q) et praeterea etiam saepius huius amoris exercitationem suis inculcare studet. (r)

Iohannem denique quis cogitat, quin animo repraesentet illius rationem scribendi, quae amorem spirat ubique? In plurimis, ut videtur, CHRISTO omnium simillimus, nihil antiquius sibi putavit, quam ut commendaret, et Dei amorem et hominum erga se invicem benevolentiam ac mutuam coniunctionem. In quo solo fere totus versatur. (s)

§ 3. Quodsi universam vel IESU vel Apostolorum adeamus doctrinam, statim in oculos incurrit, et de Deo eiusque in homines propensione ac benignitate, et de vinculis arctissimis, quibus sibi invicem adstricti sunt homines quicunque imprimis Christiani, de his igitur gravissimis rebus id eos docuisse, quod caritatem aleret omnibus demonstrandam, mutuumque omnium erga omnes amorem excitaret et proveheret maxime. Hanc autem doctrinae suae moralis summam esse, egregie iidem sua agendi ratione expresserunt, quippe qui mutuo amore coniuncti, sincero erga alios amore ducti, ad optima quaeque et eos adducere studerent, et saepissime, ut iis prodessent, sua commoda negligerent. (t) Est vero hoc imprimis attendendum, in hac doctrina proponi IESUM CHRISTUM, qui exemplum nobis reliquit, in quod intuentes videamus, quomodo alios diligere oporteat et hunc amorem demonstrare ex doctrina ab ipso Conservatore eiusque Apostolis tradita. (u) Ubivis enim et semper eum videmus hoc amore alios complectentem, estque haec eius indoles in omnibus conspicua. (v)

§ 4. Amorem ergo dominari per universam CHRISTI doctrinam vel horum quae diximus consideratio docere potest. Quicunque autem hanc contemplaplatus fuerit religionem, haud immerito eam dixerit *amoris* doctrinam; quam

---

(q) 1 Ep. c. 2: 23—25. (r) 1 Ep. c. 3: 8, 9. 2 Ep. c 1: 7. (s) 1 Ep. c. 2: 7—11. c. 3: 10—18. c. 4: 7—12, 20, 21. c. 5 : 1, 2. 2 Ep. f. 5. Quamvis autem Christianis scribat Iohannes, atque adeo eius dicta proprie ad mutuum Christianorum amorem pertineant; posse tamen haec magis universe accipi patet ex ipsis argumentis, quae pro hac re ab Apostolo adducuntur, quale est Dei Christique exemplum et necessitas quae Dei amori intercedit cum fratrum caritate. (t) Cf. REINHARD l. l. § 174, 5. (u) Eph. 5: 2. Cf. Ven. V. D. HORST *Leerr. over het voorbeeld van den Heere J. C.* (v) De amore in religione Christiana commendato vid. etiam *Schoonheden des Christendoms naar het Fransch van* F. A. CHATEAUBRIANT P. II. p. 146—167. ubi etiam de effectibus eius salutaribus agitur.

qui recto veri ſtudio conſideraverit, perſpiciet profecto iubere eam; nullos non homines a nobis amari. (w)

PARTIS PRIMAE

SECTIO ALTERA.

Φιλεχθρία *commendata ab* IESU *eiusque Apostolis.*

§ 5. Quandoquidem haud pauci fuerunt; qui nonnullos homines amore ſuo non esſe complectendos crederent, quique imprimis inimicos amandos esſe acriter negarent; laetamur profecto definitius indicasſe IESUM atque Apostolos, quaenam praeſtantisſima esſet ratio amoris Christiani. Cum vero de indole atque ratione φιλεχθρίας haud ita facilis ſit quaestio, age nunc paullo accuratius illius *commendationem* examinemus.

§ 6. Sed ut ordine quodam procedamus in hac disquiſitione; ſimplicisſima haec mihi ratio videtur. Ipſam IESU et Apostolorum commendationem ſpectantes doctrina ſua atque exemplo traditam, *primum* paucis videbimus de locis praecipuis, quibus ipſe IESUS inimicorum amorem praeſcribit atque commendat: *porro* de iis, quibus id egerunt ſinguli, qui eius rei mentionem iniecerunt Apostoli. *Deinde* paulisper etiam morabimur in examinanda IESU CHRISTI ratione agendi cum inimicis, quatenus eo ipſo demonſtravit, quamnam intelligeret qualemque inimicorum amore virtutem: quibus *denique* ſubiungi ſimiliter potest mentio aliqua exempli, quod hac in re praebuerunt nonnulli IESU CHRISTI ſectatores.

§ 7. Habentur loca; alia quidem, quibus IESUS distincte ac directe φιλεχ-

(w) Ceterum de amore Christiano univerſo cf. REINHARD l. l. § 181. ſq.

θρίαν commendavit; alia vero, quibus minus definite at dilucide tamen eam iniunxit; alia denique quibus, parabolica usus dicendi ratione, hoc praeceptum proposuit accommodate ad captum communem.

§ 8. Directe atque distinctius IESUS φιλεχθρίαν commendavit (*x*) in oratione, quae cum e monte habita sit, montana vulgo dicitur, literis mandata a Matthaeo in Euangelio, capp. 5—7. (*y*) Atque similiter hanc inculcavit virtutem alia opportunitate, referente nobis Luca, Euangelii c. 6: 27—36. (*z*)

§ 9. In oratione igitur montana divinus Magister non tantum ut doctor a Deo legatus loquens, sed vero etiam ut societatis illius coelestis qua homines beare volebat, Rex atque princeps, praeclara multa et alios et imprimis discipulos suos singulares docuit. Audiente enim, praeter Apostolos, magna populi multitudine undique ad IESUM confluente, habita est haec oratio. Quamvis igitur hac occasione studuerit imprimis Conservator ea edocere discipulos suos singulares, quae iis maxime essent necessaria; (*a*) merito tamen exspectamus, IESUM ita etiam locutum fuisse, ut universis auditoribus prodesset. Nonnulla ergo addidit magis generalia, et quae peculiaribus suis discipulis imprimis iniunxit, magnam tamen partem ceteris quoque erant auditu utilia, iisque utpote futuris regni sui civibus, scitu necessaria. (*b*) Suam autem doc-

---

(*x*) Matth. 5: 43, sqq. (*y*) Huius loci non est quaestio, utrum Matthaeus totam notaverit CHRISTI orationem, an partes tantummodo quasdam. Quicquid statuas, id nihil facit ad intelligenda ea, quae hic in censum veniunt. Mihi autem probabile non videtur, Matthaeum universe magis sententiarum florilegia, quam orationes apte cohaerentes retulisse. Quod quam dicatur sine ratione de oratione CHRISTI montana, satis docuit Cl. I. HERINGA in diatr. vernacula, edita a Societate *Maatsch. tot nut van 't Algem.* sub titulo: *Verklaring van de Bergr. van* JEZUS. Cf. H. N. FERF, in *Spec. Critico-Theol. quo fides et auctoritas Matthaei in referenda* IESU *orat. c.* 5, 6, 7. *vindicatur.* Trai. Batav. a. 1799. (*z*) Haec enim quamvis accuratissime conveniant cum iis, quae Matthaeus in oratione montana notat, alia opportunitate a Conservatore repetita, a Luca notari mihi persuasit H. N. FERF in *Specim.* laud., cui quae opponit KUINOELIUS ad h. l. satis efficere mihi non videntur. (*a*) Hoc primarium IESU fuisse consilium efficimus ex iis enunciatis, quae directe ipsos spectant Apostolos. Cf. c. 5: 13, 14. c. 6: 25, sqq. Quibus accedit, plurima etiam alia magis universa fuisse maximopere accommodata Apostolorum, quae eo tempore erat, rationi. (*b*) Hoc suspicari nobis licet etiam e modo, quo Matthaeus rem narrat, sic enim incipit: ἰδὼν δὲ τοὺς ὄχλους, ἀνέβη κ. τ. λ. Cff. *Verklar. der Bergr. v.* JEZUS, auctore Cl. I. HERINGA, p. 11. sq. A. BRINK, *Over den eersten brief van den Ap. Johannes*, Amst. et Leovard. a. 1806. p. 426. sq. et

trinam imprimis, ut legis Moſeae πλήρωμα, falſae Phariſaeorum doctrinae opponit; ac praeſertim moralia Moſis praecepta commendat, ea illustrat et contra contortam ac perverſam legis peritorum istius temporis interpretationem vindicat. (c) Postquam primum de *caede prohibita*, dein de *adulterio non committendo*, tum de *iureiurando minime violando* dixerat; iam porro *vindictae* ſtudium ſectatoribus ſuis indignum eſse graviter docet, atque tandem ea opportunitate doctores ſui temporis Iudaeos reprehendit propter male directam ipſorum indulgentiam habita ratione praecepti illius in lege Moſea praeclari de *amore erga ſocios.* Neque hoc tantum, ſed egregiam ſuam de mutuo hominum inter ſe amore doctrinam quam efficaciſsime proponit: non bonos tantum quoscunque et amicos amandos eſse docet, ſed vero inimicos quoque eſse amore proſequendos, ſummo ſtudio monet.

Primum quidem Doctorum ſui temporis rationem proponit Conſervator: ἠκούσατε, inquit, *ὅτι ἐῤῥέθη· ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου.* (d) Populares amare; iuſsi erant Israëlitae lege a Moſe iis tradita; (e) ita quidem ut *ſocium* ſuum diligerent uti ſe ipſi, et ut omnes ad gentem Israëliticam pertinentes ſincero complecterentur amore, et alii alios ne adverſariis quidem exceptis, fraterna caritate diligerent, quippe arctiſsimis vinculis ipſis adſtrictos. (f) Plurimi autem Iudaeorum doctores, CHRISTI tempore, imprimis Phariſaei, falſo aliquod in hoc praecepto praeſidium ſui in alias gentes odii quaerebant, et uti lege Moſea populares tantum amandos eſse falſo existimabant, ita docebant ceteros homines omnes, qui non eadem qua ipſi patria ac religione gaudebant, (g) nequaquam eſse curandos, omnes omnino, quorum commoda ſuis,

---

I. I. HESS, *Het leven van* JEZUS, edit. belg. P. II. p. 167—172 in appendice de hoc argumento, qua tamen contrariam profeſsus est ſententiam. (c) Habetur hoc maxime c. 5: 20—48. (d) Matth. 5: 43. (e) Levit. 19: 17, 18. (f) Eo modo hoc praeceptum intelligendum eſse mihi perſuadeo propter ipſam contextam orationem. Permutatur enim vocabulum רֵעַ ſ. 18. cum אח ſ. 17 et בְּנֵי עַם ſ. 18. quibus igitur non niſi populares intelligi poſse mihi videntur; quae enim ſ. 34. de peregrinis dicuntur, tantummodo ad eos referenda videntur qui inter Hebraeos habitabant. Quibus accedit univerſa inſtitutionis Moſaïcae ratio, quae quamvis ſubinde ad benevolum erga alias etiam gentes animum impellens, univerſe tamen peculiarem popularium ſpirat amorem, quem non ita postulat erga alias gentes demonſtrandum. Cff. MICHAËLIS *Moſ. Recht* P. II. § 72, 138 et in *Annot.* ad locum Matthaei laudatum, in N. T. editione, KUINOEL ad h. l. Cl. HERINGA l. l. p. 83. I. F. VAN OORDT, l. l. p. 144, 5. (g) Conferantur, quae habentur in parabola Luc. 10: 27. ſqq. perverſis Iudaeorum opinionibus oppoſita.

aut gentis ſuae commodis esſent aliquo modo oppoſita, odio esſe proſequendos, et quamvis vere laeſi ab iis non fuisſent, tamen ut ἐχθροὺς, *inimicos* esſe perſequendos. Sequebantur igitur hanc legem: „amicum amato, odio habeto inimicum!"

Huic autem perverſo doctorum Iudaïcorum placito ſuam opponit doctrinam religionis Christianae auctor Divinus. Praeceptum de amandis ſociis univerſe commendat eo ſenſu, ut ſocii intelligendi ſint quicunque tandem homines, non ii tantum qui patriae aut religionis aut amicitiae vinculo nobiscum coniuncti ſunt, ſed omnes omnino naturae humanae participes, ne exceptis quidem inimicis, qui verbis factisque probant, ſe nobis esſe infenſos. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν, inquit Conſervator, ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν, (*h*) dum inimicorum odium ab aliis licitum declaratur, *ego contra vobis dico, amate inimicos vestros*, eos, qui infenſo atque hostili erga vos ſunt animo, amore proſequamini. Neque vero eos tantum, qui putantur inimici, ſed eos ipſos esſe intelligendos, qui revera inimicos ſeſe praeſtant; et quomodo amorem erga istos demonſtrare oporteat: ulterius etiam declarat Conſervator. Ait enim porro: εὐλογεῖτε τοὺς καταρωμένους ὑμᾶς, *bene dicatis*, bona et fausta apprecamini *iis, qui vos exſecrantur*, qui vobis mala precantur. (*i*) Atque deinde, καλῶς ποιεῖτε τοὺς μισοῦντας ὑμᾶς, vel potius τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς (*k*) *benefacite iis*, benigne eos tractate (*l*) *qui vos odio habent*, qui animo vobis infeſti ſunt. (*m*) Ita quidem, cum primum dixisſet

---

(*h*) Matth. 5: 44. (*i*) Haec nobis ſimplicisſima videtur, ipſisque verbis et contextae orationi optime conveniens ſententia huius loci. Quam eandem ei tribuit SCHLEUSNERUS in *Lex. in N. T.* ad vocem εὐλογεῖν num. 1. Qui tamen vir cl. eundem locum ad vocem καταράομαι num. 1. vertit hoc modo: *benigne et humaniter tractate, qui vos hostiliter inſectantur*; quod mihi quidem minus probandum videtur, cum eadem hac ſectione ſequatur καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς. Neque mihi adhucdum ſatis probabilis est cauſa, quare cum KUINOELIO ad h. l. a conſueta horum verborum ſignificatione recedamus, atque formulam interpretemur de *bene et male alicui dicendo* (*gut von einem ſprechen*, et *böſes von einem reden.*) Quod enim hac ſectione ultimo habetur loco προσεύχεσθε non eadem ſignificatione, qua prius εὐλογεῖτε accipi opus est, ſi nostram ſequamur interpretationem: quod tamen KUINOELIO ita viſum esſe videtur. (*k*) Cf. GRIESBACHIUS ad h. l. et KUINOELIUS. (*l*) Formula enim καλῶς ποιεῖν, quae apud Graecos ſignificat *recte et honeste agere*, in N. T. fere ſemper hanc *benefaciendi* vim habet. In verſione Alex. reſpondet verbo הֵיטִיב Zach. 8: 15. Atque adeo idem est, quod εὖ ποιεῖν Cf. SCHLEUSNER l. l. voce καλῶς num. 4. et KUINOEL ad h. l. (*m*) Non adeo *mala* aliis *illata*, ſed magis *animum* inimicorum h. l. cogitare, ſuadet contexta oratio.

IESUS de iis, qui *verbis*, tum de iis qui *animo* infesti essent atque inimici; nunc pergit ad istos, qui *factis* molesti sunt aliis ac periculosi. Καὶ προσεύχεσθε, inquit tandem, *ὑπὲρ τῶν ἐπηρεαζόντων καὶ διωκόντων ὑμᾶς*, *et supplicate*, precamini *pro iis, qui vobis vim inferunt* (n) *atque insectantur:* (o) si qui sint qui violenter vos tractant et persequuntur, pro iis Deum adeatis precesque pro iis fundatis.

Iam vero, ut huius, quem commendaverat, amoris vim atque rationem eo melius significet, Optimi Patris coelestis exemplum imitandum proponit, atque ostendit eos, qui hanc virtutem negligant et amicos tantum benevolentia complectantur, nihil omnino praestare, quo excellant prae hominibus vilibus atque improbis, aut nulla institutione Divina gavisis. Perfectionem ergo esse quaerendam, qua similes evadant Patri coelesti. (p) Itaque, *inimicos amate*, inquit, *ὅπως γένησθε υἱοὶ τοῦ πατρὸς ὑμῶν τοῦ ἐν οὐρανοῖς*, (q) *ut evadatis filii Patris vestri coelestis*, ut referatis quodammodo Dei benignissimi indolem eiusque rationem agendi cum hominibus. (r) Ὅτι τὸν ἥλιον αὐτοῦ ἀνατέλλει ἐπὶ πονηροὺς καὶ ἀγαθοὺς, καὶ βρέχει ἐπὶ δικαίους καὶ ἀδίκους, *hic enim solem suum ad ortum excitat* (s) *improbis ac probis*, in malignorum aeque ac proborum commodum; *pluviamque spargit* (t) *super integros vitae et malos.* (u) Huius igitur loci sententia huc redit: „Benigni sitis erga omnes quoscunque tandem homines, ne inimicis quidem exceptis, si Deo quodammodo similes esse vultis, et tanquam filii, Patris agendi rationem exprimere: hic enim Pater vester coelestis universae suae benignitatis documentis cumulat improbos aeque ac probos;

(n) Haec interpretatio h. l. videtur aliis praeferenda. Generatim enim verbum ἐπηρεάζειν significat *iniuria aliquem afficere tam re quam verbis, nocere alicui.* Cff. SCHLEUSNER in voce et KUINOEL ad h. l. auctoresque ab iis laudati. Neque ulla ratio est, quae suadeat ut h. l. *criminationem* cogitemus, imo vero oratio contexta, ut diximus, nostram interpretationem postulat, certe ei maxime favet. (o) Ita frequenter verbum διώκειν occurrit in N. T. libris. Cf. SCHLEUSNER in voce. (p) Matth. 5: 45, 48. (q) f. 45ª. (r) Cf. Cl. HERINGA l. l. p. 85. et Doct. C. W. STRONCK in Specim. Herm.-Theol. *de doctrina et dictione Iohannis Apost.* etc. Trai. ad Rhen. a. 1797. p. 108. (s) Ἀνατέλλειν quod proprie neutrum est, h. l. ex Hebraismo non insuetato positum est ut activum. Cf. SCHLEUSNER. l. l. in voce, num. 3. (t) Βρέχειν, quod universe significat *rigare, madefacere*, item ut ὕειν est *pluviam spargere, demittere.* (u) Ἀγαθοὶ sunt טוֹבִים *probi, pii*, δίκαιοι צַדִּיקִים *integri vitae, sanctitatis studiosi, sancti.* Qui his opponuntur πονηροὶ atque ἄδικοι, sunt רָעִים, רְשָׁעִים, *a bonitate remoti, mali, improbi, impii*, Cf. KUINOELIUS ad h. l.

eos, qui Ipsi placere omnibus viribus nituntur, sed pariter eos etiam; qui Deo ingrata facientes, sese Ipsi continue opponunt."

Atque nunc pergit hanc virtutem commendare exemplo e re opposita sumto. (v) *Inimicos*, inquit, *amate*; (w) ἐὰν γὰρ ἀγαπήσητε τοὺς ἀγαπῶντας ὑμᾶς, *si enim amatis* tantummodo (x) *qui vos amant*, propinquos et amicos, sodales et populares, uti saepius doctores vestros audivistis docentes, (y) τίνα μισθὸν ἔχετε, (z) *quadnam praemium habebitis?* Sic facientes nulla praemia exspectare potestis a Deo. (a) Οὐχὶ καὶ οἱ τελῶναι τὸ αὐτὸ ποιοῦσι, *nonne et portitores id ipsum faciunt?* Hoc igitur modo similes tantum estis hominibus, qui viles omnino et moribus perditissimi habentur. (b) Καὶ ἐὰν ἀσπάσησθε, sic pergit Conservator, τοὺς ἀδελφοὺς (c) ὑμῶν μόνον, τί περισσὸν ποιεῖτε; *et si fratres vestros*, h. e. populares (d) *tantum salutatis* atque adeo bona iis apprecamini, *quid eximii praestatis?* (e) si salutando et bona apprecando popularibus

---

(v) f. 46, 47. (w) f. 44. (x) Scilicet h. l. μόνον supplendum videtur ex consueta ellipseos ratione atque ex collata f. 47 ubi in eadem argumentatione additur. (y) Cf. f. 43 et ibi notata. (z) Ἔχετε, uti saepissime, est pro ἕξετε. (a) Μισθὸς proprie est *merces* atque metaphorice de quovis *praemio* usurpatur; hoc autem loco de *praemio a Deo exspectando* sermonem fieri, intelligitur e collata c. 6 : 1. (b) Vectigalium exactores propter vim et insolentiam, qua saepius agebant, et propter ipsam vectigalium iniquitatem, multis, Iudaeis imprimis, odiosi erant atque ut homines contemtu digni habebantur. Cf. MICHAËLIS in *annot. ad N. T.* ad h. l. KUINOELIUS ad h. l. (c) Haec lectio cum GRIESBACHIO videtur retinenda, cum nonnullorum codicum lectio φίλους glossema redoleat. Cf. KUINOEL ad h. l. (d) Ἀδελφὸς ut universe est quicunque cum altero aliquo modo coniunctus est, ut Hebr. אח, ita etiam ad rationem huius vocabuli Hebraïci dicitur de *populari*, de eo, qui ex eadem gente oriundus est. Cf. SCHLEUSNER in voce num. 1, 3. et KUINOELIUS ad h. l. Atque sic h. l. accipiendum videtur. Quod enim Cl. SCHLEUSNERUS in Lex. hac voce num. 5. dixit, h. l. intelligendos esse *amicos fratris quasi loco habendos*, hoc minus probabile videtur, cum iam f. 46. de *amicis* mentionem fecerat IESUS. Notio autem *popularis* hac in voce valde consueta est et in V. et in N. T. atque optime dicentis consilio convenire videtur, ita ut IESUS h. l. Iudaeos innuerit, qui *Iudaeos* salutarent, ceteros *non Iudaeos* contemtui haberent propter gentis adeoque etiam religionis diversitatem. Qua de re cf. MICHAËLIS ad h. l. (e) Cum non una sit verbi ἀσπάζεσθαι significatio, quae bonum h. l. praebeat sensum, difficilius est definire quaenam sit eligenda interpretatio. Nobis autem videtur non esse recedendum a maxime consueta huius verbi significatione *salutandi*, quod ex Orientalium more simul includit *apprecationem salutis et felicitatis*, ut e formula שלום לך apud Hebraeos usitata, abunde patet. Conferri possunt KUINOEL et MICHAËLIS ad h. l. Eandem enim ob causam, quare ἀδελφοὺς non de *amicis* dictum esse observavimus, videmur etiam nobis tuto sumere, ἀσπάζεσθαι h. l. non accipiendum esse sensu latiori *benevolentiae*

tantum vestris, quibuscum patriae et religionis vinculo estis coniuncti, benevolum demonstratis animum, quid magni atque praeclari agitis, quod non unusquisque faciat; quid agitis, quo filios vos praestetis Dei Patris coelestis? Οὐχὶ καὶ οἱ ἐθνικοὶ (f) οὕτω ποιοῦσι; *nonne et gentes*, ethnici, idololatriae deditі uniusque Dei Patris cognitione destituti, *eodem modo faciunt*, similiter mutuo agunt? Portitores et alienigenae aeque ac vos benevolentiam et amorem inter se invicem colunt, neque adeo si ita vos geratis, prae istis quicquam praestatis, dignum Dei filiis, quamvis ab alienigenis et portitoribus, quos contemnitis vos segregetis. Non decet vos hisce tantum hominibus similes esse, hoc ipsi probe sentitis. Ἔσεσθε οὖν ὑμεῖς τέλειοι, ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν, ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός ἐστι: (g) *Vos igitur perfecti sitis, prouti Pater vester coelestis perfectus est.* Ut in Deo omnes virtutes perfectissima ratione conspicuae sunt, sic vos perfectionem illam appetatis in amore exercendo, integro sincero que erga alios homines animo. Uti Deus continua sua benignitate beat omnes, atque adeo perfectum suum amorem quotidie probat, sic et vos ne sitis contenti manca ista ac paucos tantum complectenti humanitate, qua delectantur homines viliores, quam praecipiunt Pharisaei atque doctores vestri, sed consummatam exercere studeatis benevolentiam, quae omnes omnino homines complectatur, ne iis quidem exceptis, qui vobis sunt inimicissimi.

Quae igitur IESUS h. l. de amore erga alios et peculiariter erga inimicos praescribit, ea quamvis omnibus omnium temporum Christianis apte convenientia, praecipue tamen tunc commendanda videbantur Apostolis pro singulari, quae iam iam iis futura erat, ratione. Doctrinam erant annuntiaturi contrariam prorsus opinionibus atque animo suorum aequalium. Propterea novae illius religionis caussa offensionibus, calumniis et vexationibus continue forent expositi. Quod si igitur ceteris cum Iudaeis putassent, amandos tantum esse eos, qui ipsos benevole acciperent, odio vero habendos omnes, quos sibi inimicos

---

complectendi, amandi aliquem; sect. 46. enim de hac amoris demonstratione iam dictum erat. Atque mirari subit KUINOELIUM, virum cl. hanc praeferre interpretationem, cum in expositione eiusdem huius sectionis, paullo postea animadvertat, τοὺς ἀδελφοὺς h. l. *amicos* intelligi non posse, quippe quorum mentio facta iam fuerat. f. 46. (f) Ita enim pro vulgato οἱ τελῶναι, codicum et versionum antiquarum auctoritate videtur legendum. Vid. GRIESBACH ad h. l. quocum cf. KUINOEL ad h. l. (g) f. 48. Cf. H. N. FERF in Spec. laud. p. 27, 82. sq.

putabant; ita facillime odio invecti fuisſent in adverſarios doctrinae illius; quam denuntiandam iis dederat Optimus Magister. Itaque hic ſapientisſimo conſilio ipſorum animum hisce praeceptis componere ſtuduit ad doctrinam religionis illius, quam erant praedicaturi. Neque tamen hoc impedit, quominus haec commendatio univerſa habeatur, atque ut omnibus omnis aevi Christianis data conſideretur. Etenim in ipſius doctrinae Christianae natura fundamentum ea habet, quibuscunque rerum adiunctis atque temporibus convenit; ſemperque potest exerceri.

§ 10. Quae diximus ad illustrationem loci ex oratione IESU montana, eadem fere uſu veniunt in contemplando loco Lucano Euang. c. 6: 27, 28, 32—36. Quocirca paucis ad hunc locum notatis defungi poterimus. Quod in oratione montana; idem illud hoc loco praecipit CHRISTUS, partim iisdem, partim aliis verbis. (h) Quae dicit Conſervator ſ. 27, 28; iam expoſuimus antea. (i) Quae ſ. 29, 30. habentur; aeque ac Matth. 5: 39—41. dicta videntur in eos, qui vindictae ſtudio ferebantur erga alios, atque adeo talionis iure abutebantur. Porro ſ. 31. praeceptum de amore erga alios explicans, univerſam proponit regulam; qua *hominibus praeſtare* iubet, *quaecunque ab hominibus facta nobis cupiamus.* (k) Qua regula propoſita; quam aptisſime progreditur IESUS ad commendandam φιλεχθρίας virtutem, iisdem uſus rationibus, quas iam ad locum, ex oratione montana ſumtum, explicare ſtuduimus. Quamvis autem in hoc argumento exponendo non plane iisdem utatur verbis, tamen eodem modo procedit oratio. Quare haec quae et facilia ſunt et plana, hic iterum exponere, necesſe non est. (l)

§ 11. Cum vero alia ſuperſunt IESU dicta, quibus minus directe, at perſpicue tamen hanc φιλεχθρίας virtutem commendavit, de his etiam paucis videndum est. In fine orationis montanae (m) πάντα οὖν, inquit, ὅσα ἂν θέλητε ἵνα ποιῶσιν ὑμῖν οἱ ἄνθρωποι, οὕτω καὶ ὑμεῖς ποιεῖτε αὐτοῖς: iisdemque fere verbis idem refert Lucas. (n) Quo igitur praecepto aptisſimam proponit regulam univerſamque cum aliis agendi normam; qua ipſa ſcite explicat praeceptum il-

(h) Cf. H. N. PERV, Spec. laud. p. 26. ſq. (i) Ad Matth. 5: 44. p. 12. (k) Cf. Matth. 7: 12. (l) Conff. ergo hic, quae ſupra de Matthaei loco diximus p. 13—15. (m) Matth. 7: 12ª. (n) Euang. c. 6: 31.

lad Mosaïcum, quo etiam utitur in disputatione contra Pharisaeos instituta: (o) ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σοῦ, ὡς σεαυτόν. (p) Ita quidem ut alterum quemcumque amare nos oporteat, prouti nosmet ipsos ab eo amatos cupimus. *Quaecunque igitur vultis*, inquit, *vobis fieri ab hominibus, eadem et vos iis faciatis:* quodcunque quavis in conditione positis vobis factum cuperetis, idem aliis hominibus facite, si ea in conditione positi sunt. Atque hoc tam universe dictum est, non de amicis tantum aut popularibus, sed de *hominibus* omnino, ut officia etiam inimicis praestanda his in locis negligenda nullo modo videantur, sed vero perspicue doceamur, quo animo et erga hos esse nos oporteat.

Praeterea autem et in media oratione montana (q) et alia etiam opportunitate (r) de precibus fundendis sermonem faciens, benevolentiam etiam erga nobis infestos homines suis inculcat Conservator. Referente enim Matthaeo, τῶν ὑποκριτῶν reprehendens precandi rationem, atque ut tradit Lucas, alio tempore a Discipulis rogatus, ut eos doceret quomodo precandum esset, praebuit iis egregium quoddam precum exemplum, quo inter alia haec continentur apud Matthaeum: ἄφες ἡμῖν τὰ ὀφειλήματα ἡμῶν, ὡς καὶ ἡμεῖς ἀφίεμεν τοῖς ὀφειλέταις ἡμῶν: apud Lucam vero haec: ἄφες ἡμῖν τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν· καὶ γὰρ αὐτοὶ ἀφίεμεν παντὶ ὀφείλοντι ἡμῖν. Quibus quidem satis perspicue et quam gravissime docet, eum, qui propensus non est ad condonandum iis, qui ipsum aliquo modo laedunt, bono animo non posse ad Deum accedere veniam petens peccatorum, quibus ipse poena dignus est. Quod etiam diserte declarat Conservator Matth. 6: 14, 15., quem quidem locum ulteriore disquisitione nunc non egere, at hic tamen afferendum esse duximus. Etenim superiora illa verba, quae f. 12. continentur, explicans CHRISTUS, quam efficacissime docet, necesse esse, ut ad condonandum inimicis et quibuscunque adversariis proclivis sit quisquis sperare velit fore ut Deus ad sibi condonandum sit pronus. (s) Atque ita quidem omnibus universe *hominibus* idem commendat Conservator, quod alibi (t) de *fratrum* peccatis condonandis monuit. E quibus apparet non certis quibusdam,

(o) Matth. 22: 39. (p) Haec enim duo rite secum invicem conferri, efficere licet e collato loco Matth. 7: 12b cum Matth. 22: 40. (q) Matth. 6: 12. (r) Luc. 11: 4. (s) Cf. omnino Marc. 11: 25, 26. (t) Matth. 18: 21, sqq. Luc. 17: 3, 4.

fed qualibuscunque tandem hominibus fincerum amorem ex CHRISTI praecepto esse demonitrandum, quo inimicos etiam quoscunque amplectamur.

§ 12. Idem vere illud egregie elucet in duabus parabolis, quibus hanc doctrinam illustravit Confervator. Altera refertur a Matthaeo, (u) a Luca altera. (v)

Priorem illam propofuit CHRISTUS, rogatus a Petro, *quoties illata iniuria fratri ignofcenda esset.* IESUS ipfum admonebat, omni tempore et continue esfe laedentibus ignofcendum. Sed quo magis ea admonitio discipulorum animis infigeretur, parabolam iis propofuit, qua Deum pinxit agentem cum hominibus, uti rex aliquis ageret cum fuis ministris: eoque modo indulgentiae benevolentiaeque erga alios, eos etiam, qui nos offenderunt, necesfitatem ostendit ita ut quisque eam probet et non posfit non laudare. Ita fere fe habet parabola. „Rex aliquis rationes exigens a ministris, comperit unum esfe ex iis, qui debeat fibi permulta. Qui ergo cum non habeat quod folvat, pro more eorum temporum eum puniendum esfe Rex ftatuit. Quo audito, minister ftatim Dominum adit, fupplex eum orans ut fibi ignofcat. Benigne eum poena liberat Dominus, abfolvitque ab iis, quae debet, praeftandis. At paullo post certior fit Dominus, eundem ministrum feverisfime tractasfe hominem quemdam, qui ipfi perpauca tantum debebat. Eum ergo iterum arcesfit, ostenditque ei quam male quamque inhumaniter egerit in eo, quod cum paullo ante Domini commiferationem expertus ipfe fuisfet, nunc commilitonis fui mifertus non esfet. In carcerem igitur coniicit ingratum istum atque inhumanum, eum non liberaturus ante quam omnia debita esfent foluta." Qua propofita Regis illius agendi ratione, addit IESUS: „ita etiam aget Pater coelestis cum iis, qui non integro ac fincero animo ignofcunt fratribus, a quibus funt laefi." Sic igitur Dei, gravisfima quoque peccata remittentis, exemplum fuis proponit imitandum, ut ita manfuetudinem ac humanitatem colant erga homines omnes, inimicisfimos etiam, qui iniuria ac damno eos afficiant. Et fic quidem haec funt propofita, ut fimul fentias, omnibus hanc merito a Confervatore commendari animi dispofitionem.

Alteram parabolam propofuit IESUS, rogatus a Legis perito: *quis esfet fibi focius.* CHRISTUS enim legis fummam de Deo fociisque amandis unicam dixe-

(u) Matth. 18: 21—35. (v) Luc. 10: 29—37.

rat ad felicitatem viam. Quo responso hactenus ad silentium redactus legis peritus, ut suam rationem tueatur, hanc de *socio* suo quaestionem Conservatori obiicit. Hic vero, nunquam istorum deceptus calliditate, ita respondet, usus parabola de Samaritano homine misericorde, ut quid contradiceret legis peritus non haberet. Hac enim parabola pulcerrime CHRISTUS ipsi significat, quinam sint nobis socii habendi, quinam amandi ita ut nosmet ipsi amamus, atque simul egregie docet, quomodo nos agere oporteat erga nobis infestos, et infensissimos etiam inimicos sociis nostris omnino esse accensendos. Parabolae haec summa est.

„Vir quidam Hierosolyma Hierichuntem profectus, a latronibus violenter erat tractatus, spoliatus, vulneratus et fere mortuus relictus. Forte et sacerdos Iudaeus et deinde etiam Levita quidam eadem via procedebant; ambo miserum hominem popularem suum videbant, nec tamen ullam eius habebant rationem. At Samaritanus quoque vir per hanc viam iter faciens, miserum videbat Iudaeum, ipsumque adibat misericordia summa commotus, eius curam gerebat maximam, omnique modo auxilium ei ferebat." Hac proposita parabola, IESUS legis peritum interrogat, quemnam eorum hominum viri illius miseri socium esse existimet: qui sponte illum eius socium esse dicit, qui misero benigne succurrerat, Samaritanum non nominans quidem, sed tamen indicans. Quo responso contentus IESUS: abi, inquit, et tu quoque similiter facito!

Iam vero tenendum est, Samaritanos inter et Iudaeos magnas fuisse dissensiones propter religionis imprimis discrepantiam, odiumque adeo vehementissimum, maius etiam quam Iudaeos inter et alienigenas idololatras. Cum igitur homo ille, qui a latronibus vexatus proponitur, Iudaeus esset, exspectandum erat, Sacerdotem istum et Levitam succursuros fuisse suo populari, eandem religionem professo. Sed hi praetereunt, Samaritanus vero, vir e gente Iudaeis exosa, succurrit misero, eique opem fert, qua indigebat. Itaque non poterat Legisperitus, quin probaret Samaritani illius agendi rationem, ipsumque laudaret quippe qui melius legi Divinae esset obsecutus quam ipsi isti Iudaei. Cum vero IESUS item hanc agendi rationem laudet, eamque proponat imitandam, hinc satis elucet voluisse Conservatorem inculcare humanitatem amoremque universum, qui omnes omnino complectatur homines: et debere nos ad serviendum omnibus praesto esse, neque alienigenis tantum, sed iis etiam inter eosdem, qui hostes nobis atque inimici censeantur; neminem omni-

no esse excipiendum; sive natione, sive dignitate, seu religione, sive animo nobis oppositus sit atque invisus.

§ 13. Atque haec quidem de his sufficiant. Paucis nunc videndum erit de iis locis, quibus singuli, qui eius mentionem fecerunt, hanc virtutem commendarunt Apostoli. Ut autem brevitati consulamus, ita hanc disquisitionem instituemus, ut unum praecipue locum illustremus, reliqua loca huic quodammodo parallela, ei interspergamus.

Locum autem praecipue tractandum sumsimus ex epistola Paulli ad Romanos c. 12: 14, 17—21. Incipit Apostolus hoc capite proponere ac commendare ea officia, quae Christianos observare deceret, si vitam agere cuperent summo Dei amori consentaneam. Inter haec officia primum quemdam locum tribuit Apostolus humanitati atque benevolo animo omnibus praestando, ne exceptis quidem inimicis nostris.

Eodem fere modo, quo Conservator noster in oratione montana, (*w*) eamdem rem praecipit Paullus: εὐλογεῖτε τοὺς διώκοντας ὑμᾶς: (*x*) *benedicatis*, bona et fausta quaevis apprecamini *iis*, *qui vos insectantur* atque hostili animo persequuntur. Quod quo melius intelligant Christiani, atque universe omnibus praestandum esse sentiant, addit praeterea: εὐλογεῖτε *bona quaeque* aliis *optetis*, quicunque tandem sint, καὶ μὴ καταρᾶσθε *neve exsecremini* unquam, nemini omnino mala precando odiosi sitis, (*y*) ne inimicissimis etiam hominibus. (*z*) Quod idem alio loco Apostolus suo ipsius exemplo proposito commendat, suos monens ut ipsum sequantur postquam haec inter alia dixerat: λοιδορούμενοι εὐλογοῦμεν, διωκόμενοι ἀνεχόμεθα, βλασφημούμενοι παρακαλοῦμεν. (*a*) In nostro autem loco pergit Paullus proponendis aliis officiis, et cum alia quaedam magis universa dixisset, f. 17. redit ad officia quae peculiariter inimicis praestanda sunt, ut ex disciplinae Christianae praecepto vivamus. Commendat igitur indulgentiam erga eos et in ferendis eorum iniuriis patientiam. Quod quidem praestare primo loco possent Christiani, μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες, *nemini malum pro malo rependentes*. Nemini, inquit, quamvis malis vos affeci-

(*w*) Matth. 5: 44. de quo conferantur quae antea diximus. (*x*) Rom. 12: 14. (*y*) Cf. KOPPIUS ad h. l. (*z*) Hoc enim μὴ καταρᾶσθε quam maxime universe dicit, neque quicquam addit quod illud restringat. (*a*) 1 Cor. 4: 12, 13. coll. f. 16.

rit, propterea male facere ſtudeatis, neque adeo ulciscamini iniuriam illatam, malefactis malefacta punientes. Quod idem Paullus alibi monet (b) μακροθυμεῖτε πρὸς πάντας· Ὁρᾶτε μή τις κακὸν ἀντὶ κακοῦ τινὶ ἀποδῷ· ἀλλὰ πάντοτε τὸ ἀγαθὸν διώκετε καὶ εἰς ἀλλήλους καὶ εἰς πάντας, et Petrus Apostolus: (c) μὴ ἀποδιδόντες κακὸν ἀντὶ κακοῦ, qui exemplo hoc illustrans addit deinceps: ἢ λοιδορίαν ἀντὶ λοιδορίας, atque ſimul hac opportunitate idem commendat quod Paullus dicit (d) τοὐναντίον δὲ εὐλογοῦντες· Ubivis igitur Apostoli monent contra vindictam, aut ſtudium inimicos malis afficiendi, imo vero benevolentiam erga eosdem ac benignitatem maxime inculcant. Nostro etiam loco Apostolus addit: προνοούμενοι καλὰ ἐνώπιον πάντων ἀνθρώπων, *conciliate* vobis *benevolentiam omnium hominum*; ſtudeatis vobis omnium hominum gratiam animumque conciliare benevolum. (e) Alia autem ratione rem fere eandem commendat Apostolus aliis locis, ubi fuſius etiam hoc proponit. Sic in epistola, ad Epheſios dicta, indulgentiam erga inimicos et benevolentiam commendat, (f) primum ab iniusta ira ſuos avocans; atque omnem animi malignitatem ingratamque erga alios agendi rationem vetans; deinde intimum amorem ſuadens animumque benignum, miſericordem, ad condonandum pronum. Quod iisdem fere verbis proponit in epistola ad Coloſſenſes. (g) In loco autem ex epistola ad Romanos, de quo agimus, Paullus quod dixerat ſ. 17., idem fere repetit ſ. 18., aliis verbis manſuetudinem erga homines nobiscum iunctos commendans. Εἰ δυνατὸν, inquit, τὸ ἐξ ὑμῶν, μετὰ πάντων ἀνθρώπων εἰρηνεύοντες: *ſi fieri posſit, quod ad vos* attinet, *pacem colatis cum omnibus hominibus.* Praecipit igitur Christianis, ut quantum fieri posſit, omnibus viribus in id incumbant, ut pacem colant cum aliis, aut caveant ſaltem ne ipſi quicquam omittant, quo posſint pacem atque concordiam tueri; neve aliquid negligant, quo, ſi pax disrupta fuerit, eam reſtituant. Ita autem Apostolus vult agi erga quoscunque homines, cuiuscunque tandem ſint generis, (h) imprimis etiam eorum ratione qui magis minusve nobis ſunt inimi-

---

(b) 1 Theſſ. 5: 14^b, 15. (c) 1 Ep. c. 3: 9. (d) Rom. 12: 14. (e) Haec enim horum verborum ſententia nobis videtur coll. Prov. 3: 4. ubi formula שכל טוב בעיני אלהים ואדם ab interpretibus Alex. redditus: πρόνοου καλὰ ἐνώπιον κυρίου καὶ ἀνθρώπων aliam commodam interpretationem non admittit. Idoneam igitur rationem non videmus, quare ab hac explicatione recedamus. Omnis enim dictio ex Hebraeo ſermone ſumta videtur ac facile cum loco parallelo allato comparari poteſt atque ex eo explicari Cf. KOPPIUS ad h. l. (f) c. 4: 26, 31, 32. (g) c. 3: 12, 13. (h) Diſertis enim verbis dicit μετὰ πάντων ἀνθρώπων.

oi. (*i*) Idem praeceptum suis tradit scriptor epistolae ad Hebraeos: εἰρήνην, inquit, διώκετε μετὰ πάντων, (*k*) *cum omnibus pacem sectamini*, concordiam colere studeatis omnibus cum hominibus. Itemque Paullus *pacem mutuam* ac concordiam commendat in epistola ad Thessalonicenses, (*l*) idemque praeceptum enucleatius proponit ad Galatas scribens. (*m*) In hac enim epistola, τὰ ἔργα τῆς σαρκός damnans, ad ea refert id omne, quod mutuae benevolentiae et humanitati contrarium est, quod inimicitiae vel fontem constituit, vel ex ea profluit: ἔχθρας, ἔρεις, ζήλους, θυμούς et quae sunt his similia. Contra vero τοῦ πνεύματος καρπόν laudans, eas nominatim extollit virtutes, quae humanitatem erga omnes spectant, imprimis vero etiam eiusmodi virtutes, quae benevolos reddunt homines erga omnes, istos etiam qui iis animo factisve infensi sunt. Extolluntur nimirum ἀγάπη, εἰρήνη, μακροθυμία, χρηστότης, ἀγαθωσύνη, πρᾳότης. (*n*) Atque idem fere dicendum de praeclara Iacobi Apostoli commendatione, (*o*) de qua vero nunc ne longiores simus, uberius non exponemus, cum eodem fere modo sit comparata. Huius ergo generis praecepta cum dedisset Paullus, in loco illo, de quo iam diu agimus, admonitionem addit de modo, quo agere deceat, si ab aliis laesi simus aut revera oppressi. Μὴ ἑαυτοὺς ἐκδικοῦντες, ἀγαπητοί, inquit, ἀλλὰ δότε τόπον τῇ ὀργῇ: (*p*) *ne vosmet ipsi vindictam sumatis*, *amati*, ab adversariis vestris, *sed vero irae locum cedatis*; cedite iratis, neque vim vi repellite. (*q*) Eodem modo uti Iacobus Ep. c. 1: 19. a vindicta sumenda suos avocat, iis commendans ut *tardi* sint ad iram, neque ita facile incendantur quandoquidem minime id placiturum sit Deo. Paullus autem huius praecepti caussam addit, in eo quaerendam, quod Deus ipse a malis vindictam sit sumturus. Γέγραπται γάρ, dicit, *scriptum enim est*: Ἐμοὶ ἐκδίκησις· ἐγὼ ἀνταποδώσω, λέγει κύριος: *mihi est vindicta*, mihi competit vin-

---

(*i*) Hoc enim ex contexta oratione facile ac sponte sua fluit. (*k*) Hebr. 12: 14. (*l*) 1 Thess. 5: 13b. (*m*) Gal. 5: 20—22 ad quem locum cff. Cll. NORGERUS et KOPPIUS. (*n*) Hisce autem in vitiis ac virtutibus enumerandis, Apostolus censendus non videtur certam quandam normam secutus, ad quam haec omnia redigamus, vel etiam sollicite ea omnia distinxisse; sed potius verba verbis addidisse videtur, ut vitiositatis tanta et mala et scelera producentis, atrocitatem significaret, spiritusque divini efficacitatem laudaret praeclaris enumerandis eius fructibus. (*o*) Ep. c. 3: 13—18. (*p*) Rom. 12: 19. (*q*) Formula enim δοῦναι τόπον τινὶ hanc sententiam omnino fert coll. Luc. 14: 9. eaque cum oratione contexta optime congruere videtur, cum caussam suae admonitionis addat Apostolus, positam in vindicta Divina.

dictae sumendae ius ac potestas; *ego remunerabor*, iniuriam illatam ego ulciscar, *inquit Dominus.* (*r*) Itaque cum vobis vindicta non competat, non tantum mala malis ne compensate, sed ne inimicis quidem benevolentiam, quam universe quibuscumque aliis debetis, recusate. Ἐὰν οὖν πεινᾷ ὁ ἐχθρός σου, ψώμιζε αὐτόν· ἐὰν διψᾷ, πότιζε αὐτόν: *si igitur esurit inimicus tuus, cibum ei praebeas;* (*s*) *si sitiat, potum ei porrigas:* universe si qua re indigeat inimicus tuus, ope tua ipsi succurras, adiuves ipsum eiusque curas subleves. Qua in re ulterius etiam progressus Petrus in epistola sua (*t*) Christianis dicit, in malo, quod meruerimus, perpetiendo nullam esse laudem; sed vero id demum placere Deo, si toleremus mala, quae nobis obveniunt benefacientibus. Paullus vero sic pergit: τοῦτο γὰρ ποιῶν, adversario tuo ita opem ferendo, ἄνθρακας πυρὸς σωρεύσεις ἐπὶ τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ, *prunas ignis* ardentes *in eius capite coacervabis;* (*u*) efficies ut gravissimis poenis a Deo afficiatur, nisi beneficiis tuis ad meliorem mentem redeat. (*v*) Tuum non est vindictam sumere, hoc ad Deum pertinet: tu tantum benefacias adversario, et si ita ad te non revertatur, si

---

(*r*) Utitur h. l., uti saepius Paullus verbis, e V. T. codice desumtis, et eiusmodi iis, quibus ipse Deus loquens inducitur. Respici videtur ad Deutr. 32 · 35. aeque ac Hebr. 10: 30. et 1 Petr. 3:23. (*s*) Ψωμίζειν a ψωμὸς *bucca*, *frustulum*, frequenter apud τοὺς ό occurrit *alendi*, *cibum suppeditandi* notione. (*t*) 1 Ep. c. 2: 20. (*u*) Sive: *ipsum ardentibus prunis cumulabis*, aeque ac si scriptum esset ἐπ' αὐτὸν· Totus locus desumtus est e Prov. 25: 21, 22. atque adeo ex ratione Hebraea diiudicandus. (*v*) Haec enim mihi videtur cum praecedenti sectione, cui haec sectio annectitur, optime congruens huius dicti sententia, quaeque proverbiali huic dicendi rationi omnino inesse videtur. Optime etiam convenit ut contextae huius loci orationi, ita et loco Prov. 25 22. Ibi enim haec duo sibi invicem opponuntur: tu prunas igneas in *adversarii* caput collocabis; et Dominus *tibi* remunerabitur beneficia, quibus ipsum affeceris. Cff. GROTIUS, I. F. KREBSIUS, qui eodem iam modo haec reddidisse ORIGENEM, CHRYSOSTOMUM, THEODORETUM et THEOPHYLACTUM notat; KOPPIUS, qui simul Apostolo hoc non indignum esse perspicue docet, atque affirmat in ceteris interpretationibus communem dicendi usum omnino desiderari. Paullinum h. l. argumentandi modum defensum etiam videas apud MICHAËLEM in *Nieuwe overz. des N. T.* ad h. l. Ceterum si optio mihi facienda esset ex aliis interpretationibus, ea prae ceteris mihi placeret, qua de *faciei rubore* haec formula intelligatur, quem efficiant prunae ardentes capiti impositae, ex more Orientalium, qui plurima capiti imposita portare solent; ita ut de *pudore* apud adversarium movendo sermo sit: quod cum versiculo sequente non male cohaeret. Cf. Y. VAN HAMELSVELD ad h. l. Aliae interpretationes habentur apud WOLFIUM in *Curis* ad h. l. HEUMANNUM *Verkl. van den Brief aan de Rom.* ad h. l., W. F. HEZELIUM, *die Bibel mit anmerkungen* P. IX. ad h. l. SCHULTENSIUM et Cl. MUNTINGHIUM ad Proverb. loc. laud. et W. G. REDDINGIUM, qui in opuscu-

pergat tibi adverſari, neglectis tuis beneficiis, poena graviori ſe dignum reddet, eamque luet certisſime: Deus enim mala puniet pro ſua iustitia. At vero tu μὴ νικῶ ὑπὸ τοῦ κακοῦ· ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν: *ne malo vincaris, imo vero bono malum vincas;* ne ſinas te vinci malis, quibus afficeris, ita ut ad ſimiles iniurias adverſario afferendas traharis; ſed vero meliorem te praeſta et pro malis bona rependas, ut ita beneficiis adverſarium tuum vincas, in bonam partem trahas ipſumque tibi asſentientem reddas. Egregiam igitur hic locus Paullinus cum ceteris et Paulli et aliorum Apostolorum dictis collatus, praebet commendationem amoris erga inimicos, quem et Petrus Apostolus neglexisſe existimandus non est, ubi praeter τὴν φιλαδελφίαν, univerſe τὴν ἀγάπην Christianis commendat. (*w*) Quae omnia docent ſimul, quomodo in regundo hoc amore nos verſari oporteat in plurimis rebus; atque praeterea certo perſuadere nobis posſunt, quam maxime univerſam esſe debere humanitatem nostram, nemini cuicunque tandem, ne inimicisſimo atque infenſisſimo quidem hosti denegandam. Atque his igitur dictis defungi posſemus; ſed lubet pauca etiam adiicere de alio loco Paullino pulcerrimo.

§ 14. Paullus enim ad Christianos Corinthiacos ſcribens, ſummis laudibus effert amorem (*x*) eiusque effectus extollit ſalutares ac praeſtantisſimos. In qua laudatione ſponte ſua nonnulla immiſcet ad amorem referenda, quatenus ille ſpectat inimicos. De his igitur nonnihil addere, a propoſito alienum non est, magni vero ad rem de qua agimus momenti esſe videtur. Quamvis enim de amore inter Christianos colendo loquatur Apostolus, vel ſic tamen illius virtutis, in ſe ſpectatae, indolem egregie deſcribit, et posſunt haec omnia rite ad nostrum propoſitum referri, utpote univerſe vera. (*y*)

Paullus igitur univerſum amorem maximopere laudat, eiusque praeſtantiam ex effectibus, quos in homines eo imbutos habet, imprimis efficit. (*z*) Quomodo autem erga inimicos agere nos oporteat, docet cum de univerſo hoc amore inter alia hoc etiam affirmat: Ἡ ἀγάπη μακροθυμεῖ, (*a*) *amor* ſive is, qui amore imbutus est, (*b*) *magnanimus* est, condonat iis,

---

iis quibus titulus est *Kleine Schriften* P. I. a°. 1808. ſecum invicem comparavit Salomonis et Paulli dicta et aliorum ſententias laudavit. (*w*) 2 Ep. c. 1: 7. cf. POTTIUS, ad h. l. (*x*) 1 Cor. 13. (*y*) Cf. I. F. V. OORDT l. l, p. 132, *a*. (*z*) 1 Cor. 13: 4—7. (*a*) Sect. 4. (*b*) Haec enim Apostoli mens fuit, abstracto uſi pro concreto. De ipſo autem amore loquitur, ut eius vis eluceat

qui ipsum ad iram provocant, cum lenitate eorum vitia ferens, quae cum iniuria erga se sunt coniuncta (c) οὐ παροξύνεται, οὐ λογίζεται τὸ κακὸν (d) *non exacerbatur;* facile ad iram se incitari non patitur modumque in ea servat, (e) *malum in rationes non inducit* (f) non imputat alteri illatas iniurias, aut vicissim mala pro malis infert. Οὐ χαίρει ἐπὶ τῇ ἀδικίᾳ, συγχαίρει δὲ τῇ ἀληθείᾳ, *de iniquitate non laetatur, laetatur de integritate*, aliorum iniquitatem et iniuste facta dolet, de vera recteque eorum agendi ratione laetatur; (g) πάντα στέγει, *tegit omnia*, (h) quaecunque aliorum vitia, mala etiam sibi illata, tegere mavult, quam patefacere; πάντα πιστεύει, *credit omnia*, quae bona de alio referuntur, quaeque illius excusationi inservire possint; πάντα ἐλπίζει, *sperat omnia*, ad optima de aliis speranda pronus est; et ubi nil boni amplius credere potest et spe sua fallitur, tamen πάντα ὑπομένει *omnia fert*, leni animo tolerat aliorum vitia, et quae sibi inferuntur mala patienter perfert animoque constanti. (i)

Et haec quidem si conferamus cum antea dictis, praecipua quaeque loca nos examinasse putamus, breviterque, quoad potuimus, illustrasse. Quibus adeo docemur, quamnam et qualem commendaverint IESUS et Apostoli φιλεχθρίαν. Age nunc paulisper etiam moremur in contemplanda ipsius IESU CHRISTI *agendi ratione*, quatenus ea expressit quamnam qualemque hanc φιλεχθρίας virtutem praescriberet. Cui denique disquisitioni exemplum subiungemus nonnullorum, qui IESU CHRISTI fuerunt, sectatorum.

---

eo magis: *amor in amantem hanc vim habet, ut cet.*, sive simplicius: *homo amans μακροθυμεῖ cet.* Cf. ROSENMULLERUS in *Schol.* ad h. l. W. F. HEZELIUS in opere *die Bibel mit anmerkungen* P. IX. ad h. l. KLINKENBERGIUS ad h. l. alii. (c) Cff. ERASMUS et BEZA ad h. l. qui vertunt: *iram cohibet*, ut et HEZELIUS et KLINKENBERGIUS ll. ll. (d) sect. 5b. (e) Cf. omnino GROTIUS ad h. l. (f) GROTIUS ad h. l. vertit: *non facile mali quid suspicatur*, et sic etiam alii. Quamvis autem hic sensus verbis inesse omnino possit, nostram tamen potius interpretationem sequimur cum KUTTNERO, SCHLEUSNERO aliisque, quippe verbis et orationi contextae melius convenientem; sectione 7. enim de malo non suspicando dicit scriptor. (g) Cf. GROTIUS ad h. l. (h) Cf. SCHLEUSNERUS, qui rite animadvertit, ELSNERUM aliosque qui vertunt: *omnia sustinet, patienter tolerat*, non satis tenere hoc deinceps ab Apostolo dici verbis πάντα ὑπομένει. (i) Sect. 7. Videntur quae hac sectione dicuntur, arcte secum invicem esse coniungenda, atque adeo cum de malis tolerandis mentio fiat in fine huius sectionis, ea etiam quae praecedenti eius parte dicuntur referenda videntur ad animi dispositionem, qualis erga eos imprimis esse debet, qui erga nos male affecti sunt et perverse agunt.

§ 15. Conservator noster, ut *factis* saepius et *exemplo* suo gravissimas doctrinae suae partes illustrabat, (*k*) ita imprimis etiam id egisse censendus est ratione habita illius doctrinae, quam adhuc consideravimus. Quis enim IESUM contemplatus agentem versantemque cum inimicis, non statim videt, ipsum doctrinam quam de amore erga inimicos tradidit, exemplo suo plane atque perfecte expressisse, factisque adeo non minus quam verbis docuisse, qua ratione amandi sint adversarii. (*l*) Quomodo maius universe amoris erga inimicos exemplum dare potuisset, quam cum in hanc terram descenderet, quo sontes ac miseros homines liberare voluit a malis felicitatemque iis procurare praestantissimam? Cum in coelo maxima frueretur felicitate ac dignitate, Deo ipsi similis, coelum hoc et maiestatem suam reliquit, in terram hanc veniens, hominum rationem referens, servoque similis, ita ut Deo obtemperaret ad crucis usque supplicium; (*m*) idque in gratiam *hominum*, qui multis modis a Deo Ipsius Patre defecerant, Ipsique adversabantur continue, id agentes quod malis suis libidinibus conveniret, Deo autem displiceret quam maxime. Quae quidem eius ratio agendi erga universum genus humanum, uti Deo Patri, sic et Ipsi adversatum, satis iam probat, CHRISTUM φιλεχθρίαν quam commendabat praeceptis, exemplo demonstrasse egregio, cum nos ἐχθροὶ ὄντες κατηλλάγημεν τῷ Θεῷ διὰ τοῦ θανάτου τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. (*n*) Atque sic exemplum nobis praebuit quo doceamur ex eius disciplina amare inimicos acerrimos maximeque nobis oppositos, amare autem ita, ut velimus iis benefacere quamvis nobis adversentur, felicitatemque eorum veram, quantum in nobis est, provehere. Et quamvis hinc mala in nos redundent perpetienda, in bonis tamen iis procurandis pergere docemur. Εἰς τοῦτο γὰρ ἐκλήθητε, sic Christianis scribit Apostolus, (*o*) ὅτι καὶ Χριστὸς ἔπαθεν ὑπὲρ ὑμῶν, ὑμῖν ὑπολιμπάνων ὑπογραμμὸν, ἵνα ἐπακολουθήσητε τοῖς ἴχνεσιν αὐτοῦ.

(*k*) Cff. E. A. BORGER *de constanti et aequabili* IESU CHRISTI *indole, doctrina ac docendi ratione* etc. p. 49. I. L. HESS, *Het leven van* IEZUS, ed. Belg. P. II. p. XXII—XXIV. W. BEEKHUIS, *Voorb. v. I. C. in het vereenigen van voorzigtigh. en opregth.* Opp. Soc. Hag. pro def. rel. Chr. a. 1804. A. W. P. MÖLLER, in Comment. *over het ongeloof der Joden* etc. in eiusdem Soc. Opp. a. 1795. p. 217, 218. et in eiusdem auctoris comment. *Bewijs uit den aard der Zedel.* etc. a. 1803. p. 211, sq. (*l*) Cf. Ven. W. BEEKHUIS, l. l. imprimis § 6. p. 52—66. (*m*) Cf. Phil. 2: 6—8. (*n*) Rom. 5. 10. (*o*) Petrus 1 Ep. c. 2: 21. coll. s. 20.

Neque tantum universe ita nobis praeivit Conservator optimus, sed multis in rebus peculiaribus amorem erga inimicos suo exemplo luculenter demonstravit, simulque docuit, quomodo in eo demonstrando sit versandum.

Plurimi, inter quos versabatur, aequales ipsum contemnebant, in eumque invehebantur, tanquam qui populum deciperet, vanamque Dei legationem prae se ferret; quem igitur persequendum censebant, et si possent, omni modo vexandum. Nec tamen hunc populum reliquit, aut qua valebat potestate usus est, ut eum reprimeret poenisque afficeret promeritis. Contra vero qui amoris doctrinam annunciabat hominibus, perfectissimum et hac in causa amorem demonstravit. Deplorabat istorum mortalium sortem; qui, dum ipsum contemnebant, sese coniiciebant in perniciem, gentemque suam perdebant, quam ille conservare studuerat. Et in hac quidem gente beneficiis afficienda assiduus erat; terram enim peragrabat et circumibat benefaciens ubique quam plurimis, multis modis. (*p*)

Uti vero benevolus erat genti suae, ita non minus hominibus ex alia gente natis et aliam religionem professis, qui Iudaeis adeoque et ipsi adversarii erant et infensissimi. Hanc, quam egregia parabola (*q*) commendabat benevolentiam quacunque opportunitate continuo ostendebat. Qua benignitate, quo amore complectebatur Samaritidem illam, (*r*) ac mulierem Chananaeam! (*s*) Quam erat paratus ad succurrendum servo centurionis istius Capernaümitici, ipsius auxilium implorantis! (*t*) Qua benignitate leprosum Samaritanum, ipsius opem cum ceteris implorantem continuo sanabat! (*u*)

Qui in hanc terram venerat I. C., ut quoscunque homines, ex quacunque gente natos servaret; errantes quosvis in viam reducere studebat, et quosvis ad suam etiam gentem non pertinentes, ipsique saepe inimicos paternaeque religioni adversantes, omnes omnino, qui ipsius auxilio frui volebant, beneficiis suis gratentis cumulabat, ad benefaciendum semper proclivis. (*v*)

Neque tantum amorem suum probavit hominibus, *ipsi* non directe adver-

---

(*p*) Cf. Act. 10: 38. Matth. 4: 23—25. Marc. 1: 34, 38, 39. (*q*) Luc. 10: 29. sqq. de quo loco cf. Ven. E. KIST in Serm. Sacr. quibus titulus est: *over verschillende onderwerpen* P. III. p. 57. sqq. ubi etiam egregie exponitur doctrina, hac parabola contenta. (*r*) Ioh. 4: 7. sqq. (*s*) Matth. 15: 22. sqq. coll. Marc. 7: 25. sqq. (*t*) Matth. 8: 5. sqq. coll. Luc. 7: 2. sqq. (*u*) Luc. 17: 12. sqq. (*v*) Cf. Matth. 5: 44. Luc. 6: 27, 28. Rom. 12: 14.

fantibus; fed vero femper fefe indulgentem, lenem caritatis plenum ostendebat; ubi inimicitiam, acerbitatem adverfandique ftudium esfet ipfe expertus. Hierofolymam iter faciens, per Samariam profecturus fuisfet, nifi prohibuisfet Samaritanorum adverfus Iudaeos odium. Hi vero hospitalitatis officia, Orientalibus fancta, ei denegabant. Ille vero a vindictae ftudio, quo ipfi etiamnum flagrabant discipuli, plane alienus; hosce propterea increpat, indulgentiamque fuam et lenitatem, fapienti homine dignam, luculenter demonftrat: malum non rependit pro malo, acerbitati non opponit acerbitatem; (w) fed vero discipulos vindictam Divinam invocare volentes, monet fe non venisfe ut perderet homines; fed ut fervaret felicesque eos redderet. Tum vero in alium pagum proficifcitur nullo malo Samaritanos afficiens; omni abftinens vindicta, difficultatemque fibi a Samaritanis obiectam labore ac patientia fuperare mavult, quam ira fua eosdem poenis afficere. Quis est, quin in his indulgentiam eius et humanitatem latisfime patentem admiretur totoque veneretur animo? Ita agebat erga pravos homines, odio eum et contemta profecutos, ita erga Samaritanos, Iudaeis infenfos; factis adeo luculenter probans, quomodo deceat ipfius praeceptis obedientes verfari nos cum iis qui religionis caufa nobis adverfantur. (x)

Sed praeterea inter populares faepe luculentisfimum praebuit diverfis in rebus exemplum fui erga adverfantes amoris, indulgentiae benignitatisque; fapientia femper et prudentia moderatae.

Pharifaeos et Sadducaeos, Sacerdotes et Legisperitos cogitans, quis eos non acerrimos cogitat IESU inimicos? Hi continue difficultates ei creabant, vitam periculo exponebant, ftudebantque ipfum occidere. Etenim Divini doctoris fapientiam et fanctitatem, fuis et placitis et moribus valde oppofitam, cum ferre non posfent, quotiescunque daretur opportunitas eum offendebant, laedebant, iniuria afficiebant, opprobrio exponebant, calumniabantur, dolis circumveniebant, ftruebant infidias, ipfumque et doctrinam eius in malam populi fufpicionem adducere ftudebant. (y) Quo dolore, qua tristitia haec omnia affecerint Confervatorem, nil nifi boni et cupientem hominibus et facientem,

(w) Cf. Rom. 12: 19. (x) Vid. Luc. 9: 51—56. E. KIST l. l. P. III. p. 84. fqq. (y) Cf. Matth. 22: 15. fqq. 23. fqq. Marc. 3: 2. fqq. c. 7: 1. fqq. aliaque loca permulta.

facile quisque sentiat atque etiam lecta eius historia percipiat. Nec tamen aeri animo sese illis hominibus opponebat; serio quidem et sapienter eos reprehendebat, sancta nonnunquam indignatione in eos ferebatur, sed animo erga eos erat semper amoris pleno, ut tristis adeo esset de eorum socordia. (z) Cum autem hanc perversorum hominum ἀντιλογίαν (a) patienter toleraret; hoc erat ipsius studium, ut in rectam eos viam duceret. At vero infidum atque levem sese praestitisset doctorem, nisi malitiam eorum atque iniquitatem interdum severe perstrinxisset. (b) Quod tamen ipsum, ubi poterat, mitigabat, iis parcens lubenter, sed quod verum esset probumque numquam negligens. (c)

Leni semper atque miti erat animo erga acerrimos etiam adversarios, et quod de amore inimicorum ipse suos docuerat, id ab eo peractum esse testatur Petrus Apostolus, qui de eo dicit: ὃς λοιδορούμενος οὐκ ἀντελοιδόρει, πάσχων οὐκ ἠπείλει· παρεδίδου δὲ τῷ κρίνοντι δικαίως. (d) Quodsi vero vitae eius mortalis exitum spectemus, nihil est quod amplius desideremus in perfectissimo φιλεχθρίας exemplo. Videas enim illum hominum optimum, mitissimum, benignissimum, quem propter eximiam amabilitatem ab omnibus aequalibus amatum fore putaremus: videas illum, ut maleficum prehensum, ad iniquos Iudices raptum, opprobrio, iniuriis, exsecrationibus, falsis criminationibus, crudelissimis vexationibus quassatum, imo crudelissimo supplicio turpissimoque trucidatum: videas illum, qui semper idem est et sui compos, amoris plenus erga omnes, crudelissimos etiam inimicos, patiens, indulgens, clementissimus, benevolentissimus, omninoque amore ductus sincero illo vividoque, quem discipulis ante omnia commendaverat. Coram Iudicibus stanti, a ministro quodam colaphus ei impingitur; nil vero reponit nisi hoc: male si dixerim, de hoc male dicto contra me testare; si vero recte dixerim, cur me verberas? (e) Falso ipsum criminantur, ille vero pro sapientia sua et animi magnitudine, silet. (f) Omni iniquitatis et iniuriarum genere obrutus, stat immotus, amorisque sui sensum ac benevolentiam frangi aut debilitari nulla re patitur. Crucem, qua oneratus est, multo labore

---

(z) Cf. e. g. Marc. 3: 5. (a) Hebr. 12: 3. (b) Matth. 12: 34. c. 22: 18. (c) Cf. Matth. 22: 29. (d) 1 Petr. 2: 23. quocum cf. Matth. 5: 44. Luc. 6: 28. coll. Rom. 12: 19. (e) Ioh. 18: 23. (f) Matth. 26: 63. Marc. 14: 61.

post ſe trahens, non ſuam ſed aliorum miſeriam cogitat, miſeretur eorum, qui ſua ipſi culpa infelices erant, ſortemque deplorat, quae ingratae impiaeque et ipſi infenſisſimae Hieroſolymae impendebat. (*g*) Imo vero cruci affixus pro hominum peccatis, inter maleficos ſuſpenſus, dolores gravisſimos perpesſus; erga inhumanos istos interfectores, qui de doloribus huius innocentisſimi hominis laetantur, ille miſericordiam indulgentiamque fovet in animo; et dum illi furunt inimicisſimi, ipſe iis benedicit: cruciatibusque vexatus horrendis et omni cogitatione maioribus, moribundus pro hisce carnificibus tortoribusque ſuis precatur: „Pater! iis ignoscas; neſciunt enim quid agant!" (*h*)

§ 16. Est hoc profecto Conſervatoris nostri egregium quoddam et a nemine quoquam adaequatum, nedum ſuperatum φιλεχθρίας exemplum, eo maioris pretii aestimandum, cum is nobis illud reliquerit, qui ante ſe neminem habuerat hanc virtutem ita commendantem. (*i*) Elucet vero egregia huius exempli ratio multo etiam magis; ſi in mentem revocemus ſummam animi ſanctitatem quam per totam vitam ostendit (*k*); ſique cogitemus ipſum animo praeditum fuiſſe rebus et iucundis et molestis facillime affecto penitusque commoto, quibus ipſis rebus fiebat, ut malignorum ſuorum inimicorum iniquitatem atque turpitudinem animi eo melius perſentiret; et ſi denique, quantum posſimus ob oculos ponamus ſummam IESU ac divinam, qua prae omnibus hominibus excellebat, praeſtantiam, potestatemque illam, qua potuisſet facili negotio inimicos gravisſime plectere, eosque iure vita privare, ut ſibi iustisſimo benignisſimoque eorum Domino non amplius ſeſe opponerent et adverſarentur.

Neque igitur moveri nos patimur inſulſis eorum cavillationibus, qui inhumanum, intolerantem atque discordiae ſtudioſum haberi volunt Conſervatorem nostrum, propterea, quod ſubinde illud *vae* dixerit in Phariſaeos et Legisperitos hypocritas, (*l*) et in Chorazzinam et Bethſaïdam (*m*) urbes pertinacisſimas; aut quod emtores venditoresque e templo eiecerit; (*n*) aut quod dixerit ſe venisſe non ut pacem, ſed ut gladium bellumque in terram afferret. (*o*) Quae quidem

(*g*) Luc. 23: 27. ſqq. (*h*) Luc. 23: 34. coll. Matth. 5: 44[a]. Luc. 6: 28[b]. Ceterum de hac CHRISTI indole amoris plena cf. etiam Ven. VAN DER ROEST in Serm. Sacr. de exemplo Domini IESU CHRISTI imprimis p. 564—574. (*i*) De hac re P. III. plura erunt dicenda. (*k*) Cf. 1 Petr. 2: 22. (*l*) Matth. 23: 13. ſqq. Luc. 11: 42. ſqq. (*m*) Matth. 11: 21. Luc. 10: 13. (*n*) Ioh. 2: 14. ſqq. (*o*) Matth. 10: 34.

omnia tam facile explicantur *et* ex extraordinaria IESU CHRISTI, utpote legati Divini, dignitate, *et* ex rite interpretatis ipsis IESU dictis, ut pluribus haec vindicare opus non videatur. (*p*)

§ 17. Sed animadvertendum etiam videtur; non desiderari exempla sectatorum IESU CHRISTI, qui divinum Domini exemplum secuti, suis etiam factis nos docuerunt, quid velint IESUS eiusque Apostoli, cum φιλεχθρίαν omnibus commendant. Apostoli sane universe dici possunt huius virtutis praebuisse exemplum in ipso annunciando euangelio; qua re ostenderunt, se quaerere salutem omnium, eorum etiam, qui ipsis aut Domino suo dilectissimo erant infensi. Ne autem fusius excurrat oratio neque plures memorabimus, neque singula facta notabimus; sed omnium loco ponemus divi Paulli Stephanique exempla, quae nominasse fere sufficiat. Et Paulli quidem exemplum ad rem nostram gravissimum esse, unusquisque videbit, secum reputans, acerrimum eum fuisse inimicorum, qui antequam CHRISTI doctrina imbutus esset, suo ductus sensu omnibus modis persecutus est eos, qui religionem avitam, uti putabat, relinquebant. (*q*) Qui tamen idem CHRISTO addictus; maximopere in id incubuit, ut amorem Christianis commendaret non tantum, sed et suo demonstraret exemplo, quanti illud amoris praeceptum faceret. Et tunc quidem is erat Paullus qui de se quoque scribere posset: „Ad hoc usque tempus esurimus ac sitimus, et nudi sumus, et gravissime vexamur, et vagamur sedibus incertis, et victum quaerimus nostra ipsorum manu laborantes: maledictis lacessiti benedicimus, insectantur nos et persequuntur, nos vero id toleramus, calumniis petiti, precamur: omnium hominum nequissimi et contemtissimi habemur, omniumque abiectissimi!" (*r*) Et hic adeo quod commendabat Christianis, exacte ipse exercuit amoris officium erga quoscunque etiam sibi inimicos: (*s*) quo ipso nos suo docuit exemplo, quomodo re et factis nostrum erga adversarios amorem demonstrare oporteat ex Conservatoris mente, a quo edoctus Paullus, hanc Christianis luculentam dare voluit commendationem.

(*p*) Cf. Cl. CLARISSE in Opp. Soc Hag. pro def. rel. Chr. in diss. *Bewijs voor den Goddelijken oorsprong v. h. euang. uit den aard der Zedel* a. 1804. p. 65. sq. (*q*) Cf. Act. 8: 1, 3. c. 9: 1, 2. c. 22: 4, 5, 20. (*r*) 1 Cor. 4: 11—13. (*s*) Cf. Rom. 12: 14, 17, 19, 21. aliisque loca.

Denique Stephanum appellare sufficiat, qui primus pro vindicanda religionis Christianae auctoritate mortuus est. Hic enim lapidibus ab inimicis obrutus, iamiam moriturus, flexis genibus, pro inimicis ipsum interficientibus supplex Deum oravit, divinumque Magistri exemplum egregie secutus, hoc precatus, ne istis hoc malefactum imputaretur. (*t*)

Haec exempla qui intuitus sit, postquam ipsius disciplinae Christianae commendationem perpenderit, poterit eo melius huius virtutis Christianae indolem atque rationem definire, neque quicquam inveniet impedimenti in iis, quae nonnunquam malo quodam studio contra egregiam nostrae religionis indolem adducuntur. (*u*)

Itaque sperantes fore, ut universe satis dixisse videamur de ipsa φιλεχθρίας commendatione; nunc ad secundum nostrae disquisitionis partem progredimur.

(*t*) Act. 7: 60. (*u*) Prima fronte impedire nos quodammodo videantur quae habentur v. c. Gal. 5: 12. 2 Tim. 4: 14. 1 Ioh. 2: 15—17. 2 Ioh. 10, 11; sed si rite haec loca perpendamus, facile videmus nihil iis inesse, quod cum caritate, quam praecipit lex Christiana, ullo modo pugnet. Imo vero adiuvare nos possunt in determinando praecepto Christiano, utpote quod non iubeat omnia, quaecumque sint, probare, sed velit omnino nos malum aversari, bonumque amare, et cum benevolentia erga socios, nos coniungere animum prudentem. Cf. Ven. HINLÓPEN in *Opmerkingen over de leere der Schrift aangaande de Christel. tucht*, in opusculo cui titulus est: *Vervolg van Overdenkingen*, p. 138. sq. et Doct. I. I. RAMBONNET, in Spec. Acad. *de secunda epistola Iohannea*, Trai. ad Rhenum a. 1818. p. 187. sqq. impr. p. 193.

PARS SECUNDA.

De indole atque ratione φιλεχθρίας Christianae.

§ 18. Cum iam universe viderimus IESUM atque Apostolos omnino commendare amorem erga inimicos, nunc investigandum erit: *quaenam* et *qualis* sit illa φιλεχθρία. Qua ergo in disquisitione naturam atque indolem huius virtutis, eiusque rationem singularem adumbrare studebimus.

Ut autem rite hoc fiat, primum videndum erit de iis, circa quos ea virtus versatur, i. e. inquirendum *quinam habendi sint* ἐχθροὶ, *inimici*, tum vero investigandum quis et qualis sit amor erga hosce quem commendant IESUS et Apostoli, i. e. *quaenam et qualis sit* φιλεχθρία *Christiana.*

PARTIS SECUNDAE

SECTIO PRIOR.

De ipsis, qui amandi sint, inimicis.

§ 19. Inimicos; quos amare nos praecipit doctrina Christiana; non censendos esse eos, quos nos odimus aut hostili animo prosequimur, (v) res ipsa atque ratio docet. Etenim hi si essent intelligendi, hoc foret de iis amandis praeceptum: *ama, quos oderis!* Quod profecto absurdum habeatur. Sed praeterea, qui Christiani nomine dignus est neminem odit, atque adeo quod ad se attinet, neminem ut inimicum tractat, neminem laedit aut offendit. (w) Neque ii etiam inimicorum numero accensendi sunt, qui a nobis laesi, nostra culpa nos minus bene habent. Contra, nostrum est iis obviam ire, omniaque, quae possumus, instituere ut nostrae nobis condonentur offensiones, atque adeo nos in eorum gratiam redeamus. Egregie hoc docet Conservator, (x) unicuique Patris coelestis favorem negans, qui fratre offenso sine reconciliatione tentata Deum adeat. (y)

§ 20. Porro unicuique rem interius perspicienti patebit, inimicorum numero excipiendos esse eos omnes, qui universe malo erga nos animo non ducuntur, sive nunquam, sive subinde tantum minus bene erga nos affecti. Plurimi nobis displicent homines sine ipsorum culpa; atque adeo quam maxime foret improbandum, si eos haberemus inimicos nostros, qui ipsi nullo malo studio, nulla malitia adversus nos ducuntur, sed simpliciter aliqua re, forsitan

(v) Cf. I. W. KELLNER *die Gebote Jesu Christi* s. 190. edit. 3ae. Bamberg. et Würtzburg. a. 1794. (w) Cf. KLINKENBERG *Onderw.* T. X. p. 645. (x) Matth. 5: 23. sq. (y) Neque tamen hoc impedit, quominus eiusmodi homo revera inimicus noster evadere possit, si in sua opinione perseveret, nec velit reconciliari. Sed de hac re postea.

ipſis etiam ignota, nobis displicent. Unusquisque, ni fallar, hoc facile conceſſerit: at perſpicuitatis cauſa haec addantur exempla.

Saepe aliquis de re quadam graviori ſententiam ſuam pronuntians nobis magnopere displicere potest, utpote nostrae ſententiae contraria profeſſus. Iam vero ſi ille hac in cauſa nos offendere nequaquam ſtuduerit, omni profecto dubio caret, num ſit propterea inimicus putandus. Potuit enim vel neſcire, quid nos ſentiremus, vel ſi noverit, iustis induci rationibus ut aliter ſentiret. Praeterea viri boni est, non aliorum ſemper proferre ſententiam, propterea quod hi ita ſtatuunt, ſed ſuum etiam modeste interponere iudicium. Quamvis enim ἡ ἀγάπη οὐ φυσιοῦται, (z) est tamen unicuique libere iudicandi facultas, eamque et nobis concedi cupimus. Atque hoc ante omnia tenendum est, ipſi propoſitum non fuiſſe, nobis ſe opponendi ut molestus eſſet, ſed verum profitendi conſilium ei fuiſſe, neque ullo malo eum erga nos animo duci.

Quis etiam est, qui quempiam inimicum eſſe propterea arbitretur, quod is, pro ratione ſua, dicteriis aut riſibus nonnunquam ipſum expoſuerit facile largiendis? Contra vero ſaepius illos homines ipſi offenderemus, ſi eos, nullo malo erga nos ſtudio abreptos, propter illam ſimpliciter agendi rationem, ipſis natura propriam, inimicos haberemus. Etenim ἡ ἀγάπη οὐ παροξύνεται. (a)

Pariter imprudentiam proderet atque ſuperbiam, ſi quis eum inimicitiae accuſaret, qui dubia quadam agendi ratione aut negligentia aliqua invitus ſuſpicionem moveret, minus ſe ipſi favere. Ἡ ἀγάπη enim, quae omnes regere debet, πάντα ὑπομένει. (b)

Qui autem ſenſu, affectibus, moribus a nobis differunt, nullo modo hanc ob cauſam cenſeantur nobis adverſari. Quid enim, nonne ſua quisque natura ducitur, ſtultumque ſit postulare, ut nos duces quisque ſequatur?

Denique hoc moneo. Nonnunquam ſit, ut ſuo quodam ſtudio nobis molesti ſint homines, nec tamen propterea inimici putandi. Etenim in hac, qua vivimus, ſocietate non raro plures homines eandem rem appetunt, qua tamen ſimul frui nequeunt. Ita cum ſit alter alterius aemulus, fieri aliter nequit, quin ſaepe ſibi invicem noceant et efficiat alter, ut aemulus ſpe ſua excidat. Quodſi

(z) 1 Cor. 13: 4ᵉ. (a) 1 Cor. 13: 5ᵉ. (b) 1 Cor. 13: 7ᵈ.

vero hic aequis iustisque utatur subsidiis ad rem acquirendam, quam et nos cupimus: nullo modo est inimicus propterea nominandus. Saepissime enim id ipsum postulat eius officium; et re bene perspecta posset sic uterque alterum eodem iure inimicitiae accusare. Sed quod ab initio de ceteris istis diximus, id valet imprimis de his: oportet enim, ut aemuli animus ab omni studio nobis nocendi sit alienus. (c)

§ 21. Inter cognatos atque amicos, aut similes homines, qui bono erga se invicem animo esse solent, existunt nonnunquam controversiae quaedam atque simultates. Si quid sit, quod minus iis placeat, aliquando mutuae coniunctionis officiique sui immemores affectu quodam abripiuntur, contrario iis sensibus, quibus semper erga nos feruntur. Itaque offendunt nos malisve afficiunt, quorum ipsos postea poenitet, quippe ab iis abhorret animus eorum nobis universe amicus. Hi ergo homines, qui pro tempore quodam et inviti fere a nobis quodammodo sunt alieni, male profecto dicantur inimici. Uti enim amicos non dicimus, qui interdum bono erga nos sunt animo, ceterum a nobis alieni; ita neque inimicos merito dicimus, qui interdum malo, ceterum bene erga nos affecti sunt. Tum demum fiunt inimici, cum mutato universo animo, affectus ille in perpetuum convertitur studium. Itaque hos semper ut amicos consideremus, iisque facile condonemus quae male egerunt, neglectamque coniunctionis officiique observationem ne in malam continuo partem accipiamus! (d)

§ 22. Sunt praeterea homines, qui nullo peculiari vinculo nobiscum iuncti, non magnopere nobis placent, neque propterea inimici aut hostes putandi: civitate dico, aut regione, aut natione diversos. Possunt ii esse inimici, uti dein videbimus, at inimici nequaquam dici propterea debent, quod nobis nulla cum iis intercedat coniunctio, qua grati nobis acceptique sint. Eodem enim iure illi nos ipsos, etsi nullo in eos malo studio ductos, hostes habere

---

(c) De toto hoc loco cf. REINHARD l. l. Th. IV. § 302. (d) Cf. Luc. 17: 3, 4. coll. Matth. 18: 15—17. Ex his enim, quamvis proprie ad rem nostram non pertineant, possumus tamen rite quaedam hinc deducere, quatenus in re simili versamur. Quae enim IESUS h. l. praecipit, peculiariter referenda videntur ad populares Iudaeorum inter se invicem, ad ἀδελφοὺς, fratres Iudaeos; nos autem de fraterna consanguineorum amicorumque caritate dicimus.

Ceterum his in locis docet etiam CHRISTUS velle se, ut poeniteat amicos, fratres, populares nostros malefacti, et ut id confiteantur, quo possimus id iis condonare cumque illis reconciliari.

posſent. Antiquorum igitur ratio minime probetur, qui alienigenas quosque barbarorum nomine vocarent, eosque, ſi patriae ſalus postulare id videretur, ut hostes tractarent. Sed vero teneamus ſemper, quascunque gentes iisdem quibus nos, eſſe iuribus, eadem ratione habendas utpote gentes, neve eas hostes dicamus prius, quam factis ostenderunt, velle ſe revera tales a nobis haberi.

Atque hoc ſatis dilucide nunc óstendiſſe nobis videmur, inimicos iuste haberi non poſſe, qui vel nulla peculiari re nobis placent, vel ſine ipſorum culpa nobis displicent, ceterum non male erga nos affecti, vel denique qui non univerſe malo erga nos ſunt animo. Videndum nunc erit, quinam ex nostro quidem iudicio inimicis iure accenſeantur.

§ 23. Inimici igitur ii habeantur, qui univerſe malo erga nos ſunt animo, idque ſine nostra culpa. Dicimus autem ſine culpa nostra malo erga nos animo duci eos quoque, qui postquam a nobis laeſi erant, invitati etiam a nobis ſunt ad reconciliationem, ſed vel ſic tamen pergunt nos male habere. (e) Huic enim inimicitiae quamvis nos primi opportunitatem dederimus, nunc tamen eius cauſa in nobis quaeri amplius non potest. Sunt ergo inimici, homines nobis male et cupientes et facientes: (f) qui continue nobis infenſi, quaecunque tandem fuerit inimicitiae opportunitas, (g) ſine iure in nos invehuntur et continuo feruntur ſtudio nos laedendi. (h)

Quae quidem ſi compäremus cum antea allatis IESU et Apostolorum dictis, ſtatim videbimus hos eos ipſos ſpectaſſe, ſi ἐχθροὺς iuberent amore proſequendos, eosque in ſermonibus ac ſcriptis pro diverſa adiunctorum ratione vocarent vel nos καταρωμένους, vel μισοῦντας, vel ἐπηρεάζοντας καὶ διώκοντας. (i)

§ 24. Quantopere autem nos oderint inimici, hoc alii aliter produnt, effectusque inimicitiae apud alios alius eſſe ſolet. Sunt, qui animum ſuum inimi-

---

(e) Cf. § 19. (f) Vid. PESTEL, *Fund. Iur. Nat.* P. I. p. 342. § 203. cf. Matth. 5: 44. et quae de h. l. diximus. P. I. (g) Cf. KLINKENBERG *Onderw. in den Godsd.* T. X. p. 645. ſq. (h) Saepius etiam certa de cauſa a nobis inimici habentur, qui re vera inimici non ſunt. Sed de hoc iudicii errore hic non agimus. Habentur ii pro inimicis; adeoque quae inimicis, eadem iis etiam praeſtentur. (i) Vidd. quae P. I. dicta ſunt de hac re. Cff. TITTMAN *Christl. Mor.* § 654. et KLINKENBERG *Onderw.* l. l. p. 657.

cum non adeo factis demonſtrent; ſunt etiam, qui eundem produnt quacunque opportunitate vel oblata vel quaeſita. (k)

Illi quidem quamvis ira incendantur ſubinde, diſſimulant eam, odiumque intra pectus abſcondunt, quo pergunt nos proſequi. Felicitati nostrae invident, de eaque dolent; ex calamitatibus vero et miſeria atque ex interitu nostro voluptatem capiunt, gaudent de nostro dolore. Deſerunt nos, neque ubi posſint ac debeant nobis ſuccurrere gestiunt; et quamvis mala nostra ipſi non augeant, propter ea tamen quae nobis accidunt mala, toto animo laetantur.

Horum vero, qui odium, quo feruntur, re factisque ostendunt, alii quidem tardiores ſunt, vehementiores alii, pro varia inimicitiae cauſa, diverſaque hominum indole et conditione. Invidiae adeo atque livori addunt nocendi ſtudium, ſolentque adeo inhiare cuilibet opportunitati, ingrati quid et noxii nobis faciendi. Verbis ſaepius nos inſectantur: iniuriis afficiunt, exſecrantur, honori nostro famaeque nocent, iniquum de nobis iudicium ferendo, criminando, calumniando, maledicendo, irridendo. Factis etiam nobis adverſantur quovis modo: aliorum animos a nobis alienare ſtudent, propoſitis nostris obſtant, dolo nos fraudibusque circumveniunt, detrimentum inferunt, periculis nos obiiciunt, tranquilla vita nos frui impediunt, aut quo posſunt modo nos perſequuntur. Et quamvis rarius hoc fiat, eo nonnunquam procedunt inhumanitatis, ut odium ardentisſimum ſanguine nostro explere tentent. (l)

§ 25. Ut vero accuratius etiam inimicitiarum ratio definiatur, inimici non modo cenſendi ſunt, qui nobis ipſis propter ſolam nostram ipſorum rationem adverſantur; ſed variae etiam nostrae cum aliis coniunctionis est ratio habenda. Quo facto videbimus quibusnam in rebus inimicitiae vario modo ſint conſpicuae, poteruntque facile, quae nunc de vario inimicitiarum gradu diximus, ad haec ſingula ſpeciatim referri.

Est enim inimicitiarum ratio diverſa pro diverſo, quo cum aliis hominibus coniungimur vinculo. Et quamvis doctrina Christiana non ſingula enume-

(k) Cf. Matth. 5: 44. Rom. 12: 14. ſqq. (l) De hoc loco cff. REINHARD o. l. Th. IV. § 302. PESTEL *Fund. Iur. Nat.* P. I. § 203. p. 342. ſq.

ret officia, fingulis in rerum adiunctis erga fingulos cuiusque generis inimicos praeftanda; φιλεχθρίας tamen commendatio in hac doctrina ad omnes illos inimicorum fpecies est omnino referenda, uti res ipfa docebit.

§ 26. Quicunque *homo* est, eatenus ipfa duce natura, nobiscum est coniunctus; (*m*) fed ex hac ipfa conditione unice fpectata, oriuntur faepius inimicitiae. Coniuncti autem praeterea fumus cum nonnullis hominibus *peculiaris focietatis* unius cuiusdam vel etiam plurium vinculo; (*n*) qui alter fons est inimicitiarum, fuo modo fpectandarum. Omnes autem utpote homines *cum Deo coniuncti* fumus, (*o*) fed alii alia ratione: ex qua coniunctionis diverfitate fit haud raro, ut in fe invicem invehantur homines, inimicitiaeque exfiftant acerrimae. Operae pretium ergo videtur, ut antequam amoris erga inimicos rationem definiamus, paucis etiam exponamus, quomodo fingula illa hominum vincula fingulas pariant inimicitias.

§ 27. Utpote homines intelligentia valemus omnes, et ut veri indagandi ftudio ducamur oportet. Quodfi fententia nostra cum aliorum fententiis conveniat, eo ipfo fponte cum iis coniungimur. Sin vero iudicium nostrum ab aliorum iudicio discrepet, non raro hos videmus aegre id ferentes nobisque infenfos; atque faepe perverfo ducti veri ftudio, aut potius fuae fententiae propugnandae ardore incenfi, neque ratione, ut par est, utentes, ad fuam opinionem tuendam vindicandamque nos invadunt, neque tantum fententiae nobis contrariae patronos fe produnt, fed eo etiam procedunt, ut quocunque posfint modo nobis adverfentur. Ex quo intelligentiae iudiciique disfenfu inimicitiae faepe gignuntur diuturnae.

Neque iudicio tantum et intelligentia discrepantes, a fe invicem alienantur homines, fed etiam fenfu fuo maxime diverfo in inimicitias aguntur. Quis enim est, quin obfervaverit aliorum hominum alium esfe fenfum et faepe prorfus contrarium? Iam vero cum fenfu imprimis vivat homo vigeatque, mirum profecto non est, fi inde animorum pugnae excitentur, adeoque in fe invicem invehantur homines, inimicitiaeque oriantur acerrimae ex ea ipfa animi facultate, quae fi homines coniungat, fuavitatem creat maximam vitamque reddit vere vitalem. Quarum inimicitiarum exempla faepe praebuerunt illi vi-

---

(*m*) Cf. Act. 17: 26. (*n*) Cff. Rom. 13: 1. fqq. aliaque loca. (*o*) Cf. Act. 17: 28.

ri, qui in poësi et eloquentia iudicanda versantur et perquam inhumaniter subinde eas tractant artes quae ab humanitate nomen habent.

Sed uti haec et intelligentiae et sensus discrepantia in voluntatis inclinationes agens odia aliquando parit; ita longe pleraeque inimicitiae prodeunt ex ceteris huius ipsius voluntatis desideriis atque cupiditatibus, quae saepe in hominibus solent esse plane oppositae. Quodsi ergo alter velit, quod nolit alter, alteruter vero sui, quod putat, iuris nihil quicquam amittere velit, neque vel paululum ab eo discedere, quod saepius omnino experimur, huius animus alteri oppositus sensim sensimque ab eo magis alienatur, in eumque vehementiori deinceps impetu invehitur. Sic coniunctionis inter utrumque sensus perit, odium aliquando exsistit fervidissimum, neque raro fit, ut malus iste homo alterum inimice persequatur.

Has autem omnes ob caussas nonnunquam nobis ipsis adversantur homines; et hi quidem inimici sunt, quos diximus propter nostram ipsorum rationem nos odisse et propter voluntatis nostrae, nostrique sensus et intelligentiae nostrae modum peculiarem. Sed saepe etiam easdem ob caussas aliis hominibus adversantur, quibuscum eo ipso naturae humanae vinculo coniuncti sumus; quorum ergo iura, homini debita, et felicitatem cordi habere nos oportet. Adeoque illos etiam aliorum hominum inimicos et iniustos eorum adversarios vir bonus iura humana violare existimabit, gentique ipsi humanae, adeoque et sibi adversari, qui cum *homo* sit, *humani* nihil a se alienum putat.

§ 28. Et haec quidem omnia ad omnes homines, propter id ipsum quod homines sunt, pertinere censeantur, etiamsi nulla alia iis intercedat necessitudo. Sunt autem alia etiam vincula, quibus adstrictos nos sentimus nonnullis hominibus, quaeque adeo eo ipso, quo arctius nos coniungere deberent, inimicitiae et disiunctionibus ansam praebent. Quaeque eadem faciunt praeterea, ut inimicos nostros censere debeamus, qui societati, ad quam ipsi pertinemus, adversantur eamque offendant.

Natura autem ipsa societatem quamdam constituit familiam cuiusque, quacum arctissime iunctum se existimet, ita ut cognatos sui veluti partem habeat, aut familiam suam corpus quoddam efficere putet, cuius ipse pars habeatur. Similiter cum sententiarum, studiorum voluntatumque consensione amicitiam cum aliis contraximus, haec amicorum coniunctio efficit, ut quae amicorum sunt, eadem et nostra esse existimemus; κοινὰ γὰρ τὰ τῶν φίλων.

Quocirca haecce societatis ratio et haec intima et cognatorum et amicorum coniunctio facit, ut qui iis adverfantur nobis carisfimis, cenfendi fint nobis adverfari. Cum enim inimicos fefe ostendant eorum quibuscum in unum veluti corpus fumus redacti, hos laedentes, nos quoque ipfos laedunt.

Praeterea vero eadem haec arcta coniunctio disiunctioni maximae anfam fubinde praebet. Nam pro rerum multitudine, quas fimul experimur cum amicis et cognatis, et quas fimul expetimus et una iudicamus, multa etiam funt opportunitates disfenfuum fimultatumque, quas nifi mutuus compefcat amor, inimicitiae facile ex iis oriuntur. Et quamquam, iudice CICERONE, (p) *nihil est turpius, quam cum eo bellum gerere, quicum familiariter vixeris*, accidit tamen nonnunquam, ut *etiam in graves inimicitias convertant fe amicitiae.* (q) Quod idem faepius etiam in familiis locum habere et odia gignere vix restinguenda, tristis docuit experientia.

Cum vero agatur de focietatis vinculis, quae novarum inimicitiarum opportunitatem praebent, imprimis in cenfum venit ea focietas, quae civili vinculo nos cum aliis coniungit; quo fit ut mutuam civium totiusque aut civitatis aut patriae felicitatem provehere nos oporteat. Quodfi enim eiusdem patriae cives de publicis rebus disfentiunt, faepe hinc ex ipfis civibus nostris funt, qui nobis fiant infesti. Quodfi praeterea alienigenae patriam vel civitatem nostram aggrediuntur dominandi aut rapiendi aut nocendi ftudio, hi patriae civitatisque hostes, nostri quoque hostes funt atque inimici.

§ 29. Neque tantum quae hominibus intercedunt vincula inimicitias pariunt; fed et id ipfum nostrum cum Deo vinculum, quod deberet arctisfime homines coniungere, faepius in caufa est, ut multi a fe invicem disiungantur fibique invicem adverfentur. Uti autem in ceteris illis, ita etiam in hac ipfa re aut nobis ipfis peculiariter adverfantur homines, aut toti cuidam focietati adverfantes, cui nos ad Deum colendum fumus addicti, nostri quoque funt inimici putandi. Quot autem quantasque inimicitias excitaverit diverfa in rebus facris cogitandi fentiendique et Deum colendi ratio, testis est historia, quae docet hanc ipfam rem homines reddere fibi invicem infenfisfimos. Exemplo fint Samaritani Iudaeis, Iudaei alienigenis inimici atque Christianis,

(p) *Laelius* c. 21. (q) CICERO l. l.

Christiani Christianis, aliam rationem secutis, et his denique ipsis infesti Muhammedani.

§ 30. Quodsi iam quaeramus, haec aliorum adversus hominem aliquem inimicitia, quamnam vim per se in eum habitura sit, si nullam praecepti de amore erga inimicos rationem habeat; erit illa profecto maxima et ingratissima. Ille enim istos homines continue cogitabit sibi inimicos, perversamque eorum rationem, felicitati suae noxiam semper in animo habebit: cetera vero quae illis hominibus insunt praestabilia et vincula, quibus est cum illis coniunctus, negliget. Efficiet autem illa cogitatio sensum molestissimum, qui cum vehementior fiat, in affectus prorumpet atque iram aliquando maximam. Quam quidem molestiam et haec obstacula felicitati suae obiecta cum removere studet, aversabitur ab ipsis inimicis in eosve invehetur; imo vero mala malis haud minoribus rependet. Ut brevi dicam, haec istorum hominum tanquam inimicorum continua cogitatio et hic molestissimus ab iisque abhorrens sensus, in affectus erumpens, et haec denique voluntas, qua mala iis et cupiet et aget; haec igitur efficient, ut homo naturae impetu feratur ad inimicos *odio* habendos.

Quo quidem odio cum nihil sit homine Christiano indignius, nihil magis noxium et ipsi et toti generi humano, unum in paucis gravissimum est indagare, quomodo in aliam eamque meliorem viam homo deduci queat. Est autem homini praeter intelligentiam, sensum voluntatemque etiam data *rationis* facultas: qua ratione praedito viam illam ei monstrat doctrina de amore inimicorum. Hunc igitur amorem paullo accuratius examinare nunc aggredimur, sperantes fore, ut eius rationem secundum religionis Christianae principia exponere possimus.

PARTIS SECUNDAE

SECTIO ALTERA.

De natura et indole amoris erga inimicos praestandi secundum doctrinam Christianam.

§ 31. Amare aliquid solemus quando rem cognovimus, nobis vel aliis nobiscum iunctis utilem aut suavem aut per se eximiam. Dicimur autem eam amare si ea cognita delectemur, eandemque appetamus. Amamus hominem, si ipsum quatenus nobiscum est coniunctus cognoverimus, et in his ipsis, quae ad nostram pertinent coniunctionem, eo delectemur, si placeat nobis propensaque erga eum simus voluntate in iis rebus, quibus iuncti cum eo sumus. Sic puer amore prosequitur parentes, amicus sic amicum amat. Puer si patrem noverit, quocum tenerrimo sanguinis vinculo coniunctus est, qui ipsum curat atque fovet, cui bona quaecunque debet, quocum ergo multis arctisque iunctus est vinculis, non potest non iucundo sensu perfundi, eique pater certissime placebit: flectetur autem simul pueri animus, ut patrem tanquam sibi benevolentissimum amet, et voluntate ipsum prosequatur propensa. Amicorum similis ratio est. Iuvenem cognosco, eius indolem sensim sensimque perspicio, eamque video sentioque egregie consentire cum mea ratione: et hoc quidem ipsum vincula constituit, quae me cum illo iungant: placet ille mihi, eoque in iis omnibus quae cognovi delector: quocirca animus meus sensim paulatimque in eum magis inclinat, voluntatisque meae ad ipsum propensio efficit, ut ipsum amare merito dicar.

§ 32. Ex his, ni fallar, apparet, amorem genere suo semper esse eundem, specie tantum differre posse et revera differre saepissime. Pro varia enim cuiusvis coniunctione cum aliis amor varie dirigitur variamque habet rationem. Est enim vel perpetuus atque ardens, vel inconstans, mediocris,

communis, vel cum veneratione quadam coniunctus vel cum benevolèntia, qua inferiores complectimur. Attamen, quod ad illius naturam attinet, amor idem est ſemper, est enim animi ad hominem propenſio. Atque hoc tantum obſervari volumus, ad omnem amorem haec requiri: ut primum quidem hominem cognoſcamus quatenus nobiscum est coniunctus; dein ut ipſo delectemur nobisque placeat in iis quae ad eam coniunctionem pertinent; denique ut in iis ipſis propenſa erga eum ſimus voluntate.

Ut igitur φιλεχθρίας rationem exploremus, primum videndum erit, quaenam inimicis nobiscum intercedant vincula, propter quae eos amare oportet; dein expoſituri, quisnam igitur ſit qualisque inimicorum amor.

§ 33. Conſervatorem nostrum eumque ſecutos Apostolos praecepto de amandis inimicis, nequaquam id voluisſe, ut hos amaremus propter id ipſum quod nobis inimici ſunt, quodque adeo coniunctionis vinculum a ſua parte diruperint; facile quisque intelligat. Pugnaret hoc cum ipſa natura nostra; (r) ſed contrarium praeterea et verbis (s) et exemplo ſuo (t) docuerunt IESUS et Apostoli, quippe qui peculiaria officia amicos docent amicis, eos, qui beneficia accepere, fautoribus ſuis praeſtanda. Quocirca ſunt alia quaedam in inimicis ſpectanda, quae cum intercedant iis nobiscum, eos amare oportet. Haec autem oriuntur *vel* e rebus univerſis, quae ſemper locum habent, *vel* ex aliis non univerſis, quae nobis cum aliis inimicis intercedunt, cum aliis non intercedunt.

§ 34. Sunt igitur univerſa quaedam ſemper locum habentia, quae nos coniungunt, ut cum unoquoque homine, ſic et cum inimicis nostris; propter quae amare ipſos decet.

Laetamur nos homines esſe natos. Eadem autem qua nos gaudemus, gaudent quoque inimici, natura humana, una nobiscum ſunt homines. Una nobiscum ceteris praeſtant animalibus, pari gaudent corpore egregio, animoque ratione praedito et immortali. Simili in conditione verſantur: eandem incolunt terram; iisdem rebus indigent; eodem modo eadem univerſe ſtudia explere nituntur. Imprimis vero attendendum est, quod communi nobiscum peccandi labe infecti, eodem male agendi periculo ſemper expoſiti per ſe, aeque ac nos;

(r) Cf. § 30. (s) Cf. Cl. HERINGA *Verkl. der Bergr. v. Jeſ.* p. 84. (t) Cf. § 15.

infelices funt atque miferi. Sed quae nobis, eadem et iis felicitatis recuperandae fpes facta est, eadem ad hanc via est aperta. Ex eadem porro ftirpe unoque nobiscum fanguine funt oriundi, ab uno eodemque Deo procreati et procurati, unus iis idemque ac nobis est Pater, qui omnibus fimul eandem incolendam dedit tellurem. (*u*) Ab hoc autem Deo ad unam omnes fortem destinati, in unum omnes tendimus finem.

§ 35. Sed praeter haec univerfa, funt et alia nobis infuper cum nonnullis inimicis communia, cum aliis non item. Quae fi accedunt, novum conftituunt infuper coniunctionis vinculum, amoremque dirigunt. Sunt autem ea *vel* in peculiari hominum cum hominibus coniunctione pofita, *vel* in peculiari cultu divino, quo invicem confociantur homines.

Plurimis igitur cum inimicis eiusdem patriae fumus participes, cum aliis in eadem habitamus regione, faepe unius civitatis cives, eiusdem urbis incolae. Quae omnia, ut cum ceteris hominibus, ita cum inimicis arctius nos coniungunt. Sed magis etiam coniunguntur homines fanguinis vinculo: quocirca et hoc in inimicorum amore regundo imprimis est attendendum, fi forte illi ex iisdem parentibus nati, vel cognatione et affinitate nobiscum iuncti funt. Quibus addatur peculiarium fodalitatum vinculum, mutuo quodam pacto initarum; in quibus fi oriantur inimici, hos peculiari quodam modo amare oportet. (*v*) De quibus omnibus egregie fcripfit CICERO; ubi de *caritate generis humani* dicens, *quae nata*, inquit, *a primo fatu; quo a procreatoribus nati diliguntur, et tota domus coniugio et ftirpe coniungitur; ferpit fenfim foras cognationibus primum, tum affinitatibus, deinde amicitiis: post vicinitatibus cum civibus, et iis qui publice focii atque amici funt: deinde totius complexu gentis humanae.* (*w*)

Tandem vero his omnibus accedit etiam coniunctionis ratio inter homines, orta a cultu Divino. Cuius rei uti disfenfus disiungit homines, ita confenfio eos coniungit arctisfime. Cum nonnullis autem inimicis unum colimus Deum,

---

(*u*) Gen. 1: 27, 28. coll. Act. 17: 26. (*v*) Sic in disciplina Christiana femper etiam attenditur ad vincula quibus cum fingulis coniungimur. Erga populares peculiaris commendatur amor Luc. 17: 3, et mutuus Christianorum amor prae ceteris inculcatur in epistolis Apostolorum; e. g. 1 Cor. 13. Gal. 6: 10. 2 Petr. 1: 7. (*w*) *De Fin. Bon. et Mal.* V. 23

forte etiam eodem modo; immo ſubinde ad eandem plane ſocietatem pertinemus Deo ſacram, quod arctisſimum omnino conſtituit vinculum.

§ 36. His ergo ſpectatis, quae vel ſemper nobis cum inimicis communia ſunt, vel quae nonnunquam inſuper accedunt, nunc de eorum amore melius dicere poterimus. Itaque *primum* paucis dicemus, quamnam haec omnia per ſe vim habere debeant, ſi nulla inimicitiae habeatur ratio; *dein* diligentius inquiſituri, quomodo haec ipſa inimicitiae cogitatio amorem illum nostrum moderetur, et quis igitur peculiariter inimicorum amor ſit ex praecepto IESU et Apostolorum.

§ 37. Eo autem modo conſtituti ſumus, ut quae in quacunque natura reperiamus nobis communia, ſimilia nobis aut paria atque nostrae rationi congruentia, ea ſenſum nobis infundant iucundum, animique adeo ſtatum efficiant, quem conſervare conamur: eo autem iucundiorem ſenſum illum, quo plura habeantur nobis cum illa natura communia. Cum hac igitur nos illa coniungunt, eiusque appetitum in nobis excitant, animumque in eam reddunt propenſum. Qui quidem amor eo debet eſse maior, quo plura atque arctiora cum ſingulis hominibus nobis intercedunt vincula. (x)

Itaque uti ceteros homines, ita et inimicos eo amore complecti nos oportet, quem requirit humani generis vinculum. Sed praeter hunc univerſum amorem, qui ſemper iis debetur, accedit etiam nonnunquam in amore inimicorum peculiaris illa ratio, qua aut cives, aut quoscunque ſocios ſingulares, aut cognatos, aut eiusdem cultus divini participes complecti nos decet. Quae quidem vincula quo plura cum ſingulis inimicis nobis intercedunt, eo magis hos, uti ceteros homines omnes, tanquam tales cogitare, iisque omnium earum rerum ratione delectari oportet; animumque habere erga eos propenſum.

(x) Digna mihi videntur quae hic opponam M. CLAUDII verba: *Einerley Gefühl, einerley Wunsch, einerley Hoffnung einigt; und je inniger und edler dies Gefühl, dieſer Wunsch und dieſe Hoffnung ſind, desto inniger und edler ist auch die Freundſchaft, die daraus wird.*

Aber denkst du, auf die Weiſe ſollten ja alle Menſchen auf Erden die innigſten Freunde ſeyn? Freylich wohl! und es ist meine Schuld nicht, daſs ſie es nicht ſind. Opusculi venustisſimi: *Asmus omnia ſua ſecum portans, oder Sämmtliche Werke des Wandsbecker Bothen.* Part. IV. edit. novisſimae Hamburgiae a. 1819. Vol. II. p. 9.

§ 38. Sed haec simpliciter dicta de ceteris quidem hominibus sufficiunt; de inimicis non sufficiunt. Sunt enim ii de quibus amandis hoc loco dicimus, inimici nostri, nec possumus, neque etiam IESUS et Apostoli unquam iusserunt, huius inimicitiae cogitationem prorsus excludere, nullamque eius habere rationem. Et haec quidem ipsa inimicitiae cogitatio sensum nostrum afficit, animique dirigit inclinationes. Itaque videndum est, quamnam haec res vim habere debeat in animum nostrum, et quomodo id ipsum congruat cum iis, quae effici diximus cogitatione vinculorum, quibus cum inimicis iuncti sumus.

Inimicos nostros tanquam inimicos cogitare, natura nostra iubet, (y) iubet universae societatis humanae salus, iubet peculiaris, quo amicos complecti decet, amor, ab ipso IESU commendatus. Docet hoc universae doctrinae Euangelicae contemplatio. Quicunque enim concesserit, IESUM atque Apostolos non tantum non prohibuisse, sed excitasse etiam atque aluisse iustum nostri ipsorum amorem, non facile idem sibi persuadebit id eos voluisse, ut nullo ingrato sensu afficeremur, si iniuste ab inimicis tractaremur. Quod quidem vel levissimae nostrae salutis curae contrarium commendari nulla ratione potest per religionem Christianam, quae homines maximae salutis participes reddere studet. Sed praeterea ex Euangelii praecepto malum quodcunque omni modo est aversandum. Quod si verum est, uti est verissimum, quis unquam crediderit, iuberi Christianos nullam habere rationem mali, quo ipsi petuntur? Cumque moveamur, si alios homines tranquillitate, honore, bonis, felicitate, vita impie privatos videmus: quis non moveatur iniuriis, sibi illatis? Homo ille non sit, qualem eum esse vult et ipsa naturae vox et Euangelii doctrina! Denique hoc ipsum docet CHRISTI exemplum. Hic enim, cuius agendi ratio quam exactissime ipsius doctrinae indolem expressit, saepissime ipse ostendit se inimicorum suorum, mala contra ipsum molientium, conamina damnare, videque iis se esse affectum, quae adeo verbis non raro severe reprehendit. (z) In re notissima unum sufficiat exemplum illustre. CHRISTUS e cruce pendens pro inimicis iniquissimis, ipsum interficientibus, precatus est, adeoque splendidissimum φιλεχθρίας exemplum dedit; sed in ipsis his precibus ostendit, se eorum malitiam probe sentire, minimeque eam negligere, cum precetur, ut ipsis Pater

---

(y) Cf. IOH. LAUR. V. MOSHEIM *De Zedenl. der Heilige Schrift.* P. IV. p. 257. edit. Belg.
(z) Cf. dicta § 15.

velit *condonare*. Neque vero ullam haberet commendationem hoc praeceptum, neque esset ille amor virtutis nomine dignus, si inimicitiae nullam habere rationem oporteret, sed considerandi inimici tantummodo essent ut amici, aut saltem arcte nobiscum iuncti. (*a*)

§ 39. Sed difficile hinc oritur iudicium de amore inimicorum, quis tandem esse debeat. Quid enim? Licet eos cogitare tanquam hominibus adversantes, et eosdem tamen ut homines amare decet. Nonnunquam civitati nostrae aut cuicunque societatum generi ipsique adeo religioni, atque sic nobis etiam ipsis inimici sunt atque iniurii; et hanc quidem iniuriam vindicandam, et inimicis resistendum esse docet Christiana religio; (*b*) quae vero eadem docet inimicissimos etiam homines esse amandos. Quorum praeceptorum si alterutrum observemus, alterum negligamus, aut homines, quos nobis cogitamus inimicos, non poterimus non odisse, aut inimicos, neglecta eorum malitia, amando et nobismet ipsis et ceteris hominibus et ipsi Deo adversabimur; atque adeo hoc ipso cum inimicos amemus, nosmet ipsos ceterosque homines et Deum illum supremum odio habebimus. Hoc autem velle nequaquam potuit religionis nostrae Conditor supremus, et sic quidem secum ipse pugnaret. Illud igitur satis constat, neutrum praeceptum negligendum, utrumque esse coniungendum. Sed quomodo sint coniungenda et ad consensum redigenda, et quibus limitibus sit coërcenda inimicorum aversatio et quousque progredi possit eorum amor; haec igitur, antequam ex ipsa religione Christiana effecerimus, non modo qualis sit ille amor dici nequit, sed ne intelligi quidem potest, quis ille sit et quaenam eius natura et indoles propria.

§ 40. Facile autem hanc rem ita dirimere possimus, ut dicamus haec offi-

---

(*a*) Rite hoc observavit VAN VLOTEN *in Prakt. des Byb.* ad Matth. p. 205. ubi haec scribit: *Jezus Zedeleer wil niet, dat wij onzen vijand als een' edelmoedig vriend zullen behandelen; vijand moet hij in onze schatting blijven, wien wij onze goedwilligheid, ja onze grootmoedigheid, willen doen ondervinden, en dan eerst wordt dat bestaan in ons deugd, als het zoo omtrent den onwaardigen geoefend wordt.* (*b*) Propterea enim principes habentur in unaquaque societate bene constituta, voluitque ipse Deus, ut iis subesset quisque civis. Cf. Rom. 13: 1—7. Deinde etiam hoc docemur ipsius IESU exemplo, Ioh. 18: 4—8. Luc. 22: 48. Ioh. 18: 23. Luc. 22: 67—69. Ioh. 18: 33—38. et alibi; ut et exemplo Paulli Act. 22: 25, c. 25: 11. Neque contrarium eius iubetur Matth. 5: 39. aut 1 Cor. 6: 1—9. aut alicubi in N. T. Inimicis autem sese opponere, expresse suos iubet Paullus Phil. 1: 27b. 28a. ceterum erga eos lenissimus Phil. 3: 18b.

cia ita esse exercenda, ut alterum alteri non repugnet. Et re vera sic alicuius praecepti indoles, ex ceterorum, quae cum illo coniuncta sunt, praeceptorum consideratione, rite cognoscitur: et sufficiat omnino in CHRISTI doctrina, ut iubeamur inimicos amare, cum huius amoris limites facile cognoscere possit quicunque omnia observet praecepta. At vero est hoc et ad praecepti sententiam investigandam tutius, et ad officii vim intelligendam exquisitius, et ad auctoritatem mandati vindicandam efficacius, si ipsius Legislatoris aut sententiam quandam aut praeceptum habeamus, quod nostri praecepti rationem restringat, illiusque rationem ita definiat, ut cum ceteris omnibus facile componatur. Hoc igitur praeceptum, si quod sit, tale sit oportet, quod et inimicorum amorem complectatur, et simul eius limites indicet, quibus contentus consentaneus sit inimicorum amor ceteris religionis nostrae officiis cunctis. Quale quidem praeceptum, quod simul primarium in tota IESU CHRISTI doctrina est habendum, (c) dedisse mihi videtur sapientissimus Doctor, cum iuberet: „Deum supra omnia ama, alios vero ama, uti te ipsum!" (d) Et vero omnino egregium est hoc praeceptum, neque ullum unquam datum esse mihi videtur, hoc CHRISTI mandato praestantius. Omnia enim officia et Deo et nobismet ipsis et aliis debita non tantum complectitur; sed et naturae nostrae est convenientissimum. Eandemque ob causam mihi videtur optimam constituere normam, ad quam officia nostra erga inimicos exigamus.

Quo autem praestantius est hoc praeceptum, eo cavendum magis, ne divini illius effati vim frangamus interpretando, aut ipsam legem debilitemus, ut nostrae succurratur imbecillitati, aut aliunde petamus, quae huius mandati rigorem aut mitigare aut quodammodo enervare possint, quandoquidem nimis arduum nobis videatur illud officium. (e) Cuiusmodi interpretationes, quales saepe de hoc etiam praecepto excogitantur, religionis nostrae existimationi ac

---

(c) Cff. quae diximus hac de re § 1. (d) Cff. Matth. 22: 37—40. Marc. 12: 30, 31. Luc. 10: 27, 28. (e) Quamvis enim homo hac in terra non eo perveniat, ut perfecte huic legi obtemperet, tamen propterea minime damnandus est religionis nostrae Conditor, qui hanc nobis legem scripsit. Superet illa imbecillem nostram rationem, nequaquam tamen cum ea pugnat, imo vero ipsi convenit egregie. Ea exerceamur, evolvamur, aptique reddamur, qui aliquando ad illum perfectionis gradum ascendamus. Conferantur cum his, quae animadvertit de doctrina morali Christiana universe REINHARDUS l. l. § 173. not. 1.

divinae dignitati obſunt magis quam proſunt. Sic enim ſi legem ad nostrum detorqueamus arbitrium, non tantum illa valde est inconſtans, ſed violatur etiam magis quam obſervatur.

§ 41. Itaque ſi ipſa CHRISTI legislatoris verba probe perſpiciamus atque praecepti vim rite ſentiamus, collatis etiam aliis eiusdem generis praeceptis; (f) haec tria in iis obſervanda ſunt, ad nostram rem ſpectantia. *Primum* hoc est oportere, nos alios homines atque adeo inimicos etiam amare plane uti nos ipſos. *Deinde* non inimici tantum, ſed et ceteri omnes amandi ſunt, atque pariter nosmet ipſos amare decet. *Denique* ita dirigatur amor inimicorum, ut cum amore ſupremo, quo Deus ipſe est complectendus, ſit coniunctus.

§ 42. Haec igitur *prima* lex ſanciatur in amore inimicorum, ut eos amemus pariter atque nos ipſos. Quod tamen praeceptum minime ita est intelligendum, ut ceteros homines omnes nobis pares habeamus atque ab omni parte ſimiles, eademque igitur iis faciamus, quae nobis. Illud nunquam iusſit Conſervator, et ſic ad abſurda fere delabamur. Nam quid quaeſo inde ſequeretur, ſi liberi parentes amarent unice tanquam aequales ſuos; aut ſi regni cives regem unice amarent tanquam civem, quia ipſi ſunt regni cives? aut ſi vel inferiore vel altiore loco poſiti quoscunque alios homines nobis haberemus omnino pares? Sed id commendavit CHRISTUS, ut quod nobis factum velimus, aut aliqua in conditione poſitis nobis praeſtitum cupiamus ab aliis, id illis in eadem illa conditione conſtitutis faciamus ipſi. Et id demum vere est alios amare uti nos ipſos, ſi in pari aut ſimili re aequalem illis amorem ostendamus et nobismet ipſis. Quaecunque ergo in fortuna ſive beata ſive miſera ſint poſiti inimici, aut quocunque vinculo nobiscum aut cum aliis hominibus coniuncti; ita eos amare, ita et ſentire et velle et vero etiam agere nos oportet pro iis, uti de nobis ſentiremus et vellemus et pro nobis aut ipſi ageremus aut ab aliis cupere-

(f) Imprimis Matth. 7: 12. Luc. 6: 31. de quibus locis conferantur quae antea diximus § 11. Atque ut id h. l. univerſe moneam, cum iis, quae nunc deinceps ex P. I. adducuntur, locis conferenda erunt, quae ibi uberius expoſuimus, ſimulque comparanda loca, quae ibi ad Paulli imprimis dicta illustranda adduximus.

mus agi, si ie in conditione positi nos essemus. — Itaque hoc teneant, quicunque inimicos amare cupiunt, manere inimicum semper hominem, adeoque ob id ipsum quod homo sit, oportere hominem ab homine non alienum videri. (g) Sed et praeterea quae iura sibi tribuunt, utpote hominibus, eadem esse et illis tribuenda. Aequi igitur simus erga inimicos nostros, neque ullo modo iniquum de iis feramus iudicium. (h) Quod eo magis cavendum est, quo facilius huc delabi solent, qui inimicorum odio indulgent. Etenim peiores vulgo eos existimat, quam re vera sunt: multa quidem sibi contraria atque noxia male inimicorum studio tribuit, et quae minus in iis sunt probanda semper observat, virtutes eorum negligit, vitia animadvertit, iniusteque adeo iudicat. Qui vero CHRISTO obediens, inimicum amat uti se ipsum, iudicium de eo fert, uti ipse iudicari cupit, secumque adeo reputat nullum esse hominem, quin aliqua parte sit probandus, imo uti optimi quique sunt vitiis inquinati, ita vel pessimos virtutibus interdum insignes esse, quibus aliquantum se commendent. Iuste adeo de ipso iudicat, quod ei inest bonum, quae imprimis virtus, id omne observat, agnoscit, aestimat et laudat ubicunque potest. Verbo: uti humana omnia in nobis aliisque hominibus amantur a nobismet ipsis aut ab aliis, pariter illa ament in inimicis, quicunque ex CHRISTI mandato inimicorum amorem colere student.

Quodsi praeterea inimici aut societatis civilis, aut unius familiae, aut peculiaris cuiusdam sodalitatis, aut eiusdem religionis socii sint et participes nobiscum, in iis omnibus parem atque aequalem iis amorem tribuamus illi amori, quo omnes iisdem vinculis iunctos et in his etiam nosmet ipsos complecti decet. Quaecunque igitur iura bonaque his competunt, ea tribuamus inimicis aeque ac ceteris omnibus: eo autem magis quo plura eaque arctiora nobis cum inimicis intercedunt vincula. Ut paucis dicam, hoc teneamus: quod de ceteris hominibus valet, id valet etiam de inimicis, ut quacunque in conditione versentur, quocunque vinculo nobiscum aut cum aliis iuncti, ita ipsi erga eos simus animati, uti alios homines erga eos animatos esse vellemus, et hos laudaremus, si ita agerent. Aut, ut melius etiam CHRISTI praeceptum exprimamus; nos in inimicorum conditione positos esse cogitemus, inimicis nostri loco ponamus, et quod

---

(g) PESTEL *Fund. Iur. Nat.* P. I. § 203. p. 342. (h) Cf. Matth. 7: 1. Luc. 6: 37. sqq.

hac facta commutatione nobis fieri velimus, id ipsum iam inimicis faciamus, atque ita et velimus et sentiamus.

§ 43. At a ceteris tamen hominibus, qui aut bene nobis cupiunt, aut certe non male sunt erga nos affecti, aut ab amicis nostris magnopere differunt inimici! Differunt magnopere, et differt propterea amor, quem singulis praestare decet. Non licet enim inimicos ita amare uti amicos. (*i*) Cum amicis enim iuncti sumus iis vinculis, quae faciunt, ut et nos ab his magis quam ab aliis hominibus cupiamus amari. Haec autem vincula nobis cum inimicis intercedere nullo modo possunt. Quocirca amor ille peculiaris erga ceteros, aut benevolos nobis aut non adversantes, exercendus, et singularis ea benevolentia, gratique animi sensus, et amicitia et quae sunt his similia, ex amore inimicorum tollantur et excludantur penitus.

Quaeritur ergo, et est hoc in re nostra praecipuum, cum, quos decet amare ut homines, nonnunquam ut cives aut Christianos etiam, aut omnino uti socios, iidem cum sint nobis inimici et adversantes, id, quid efficiat in amore inimicorum constituendo? Atque hoc etiam, ni fallar, ex summo illo CHRISTI praecepto, de quo agimus, optime definitur, cum eo doceamur alios amare uti nos ipsos. Si igitur, ut hoc proponam exemplum, si civis aliquis noster aliis nobis ignotis hominibus male fecerit, nobis non fecerit, nemo profecto dixerit eum propterea a nobis non esse amandum, et si miser sit non adiuvandum, aut laetandum esse neque ullo modo miserendum si iustas det malefacti poenas. Sic igitur perspectum quoque habemus, quomodo inimicos ipsi nostros tractare deceat. Ex CHRISTI enim praecepto nos ipsos non magis amare oportet, quam illos homines, quorum iste est inimicus. Cum ergo, aliis si malefecerit inimicus aliquis, illi condonemus, et quamvis ipsum quod fecerit malum abhorreamus, ab eoque caveamus, iustasque dicamus eum luere poenas, tamen ipsius misereamur ipsumque ut hominem et civem amemus; eodem modo ipsum amare decet, si noster sit inimicus, si nobis male et velit et faciat.

Et magis etiam perspicue id ipsum docemur, ex CHRISTI praecepto inimicum amantes uti nosmet ipsos amamus. Ipsi enim si mali quid fecerimus alteri, decet omnino poenitere nos malitiae, minusque nos aestimare propter istam per-

---

(*i*) Vid. § 38 et cff. REINHARD l. l. § 302, p. 235. et Cl. L. HERINGA l. l. p. 84.

versitatem nostram. Sed vel sic tamen nos amamus ipsi, bene nobis volumus et sentimus felicitatemque nostram provehere studemus: atque oportet iis omnibus prospicere, quibus constringimur in hominum societate. Ita ergo a malo quod egerit inimicus pariter abhorreamus, eumque amemus, uti nos ipsos amamus, si perverse animati ipsi fuerimus. (*ii*) Malum adeo, quod et ratio et Euangelium in unoquoque aversandum esse docet, in inimico quoque damnemus. Ne vero ita damnemus, ut ipsum propterea inimicum aversemur, et acri animo in ipsum invehamur. Hunc nihilominus leni feramus animo ipsique condonemus semper. (*k*) Itaque non continuo eum cogitamus malo quodam studio et infenso animo nobis adversari: ipsum nobis proponimus potius ut communi pravitate nobiscum infectum, viventem nobiscum inter homines peccato inquinatos, idque semper tenemus, potuisse eum errore quodam aut debilitate animi eo pervenire, ut male nos haberet. Atque Conservatoris optimi exemplo edocti recordemur, fieri saepius, ut praeiudicatis opinionibus obcoecati inimici *nesciant quid agant*. (*l*)

Propterea igitur in omni nostra agendi ratione, in colloquutionibus et consuetudine cum inimicis, et in ceteris omnibus lenes simus atque mansueti. Malum pro malo rependere nefas ducamus, ne maledicamus iis, qui maledicunt, neque iniuria afficiamus, qui iniuriis nos cumulant! (*m*) Sed contra benedicamus maledicentibus omniaque iis bona cupiamus: (*n*) moderato semper animo erga inimicos affecti, in mediis etiam infensissimis adversariis, ad CHRISTI exemplum, amorem semper ostendamus, verbisque ac sensibus eum prodamus, quaecunque tandem accidant.

Et, quod primo loco fuerat dicendum, quicunque CHRISTO obtemperat, condonat inimico quaecunque male facta. Si quid ipsi male egerimus, id cupimus ab aliis nobis condonari, tum etiam si poenas luamus promeritas, omniumque maxime optamus, ut nobis peccatorum veniam largiatur Deus. Itaque eodem modo ex doctrina Christiana inimicis condonare nos oportet: longeque adeo abest, ut acriter atque severe inimicum condemnemus, aut poena ipsum afficiamus, si necesse non sit. Cupimus ex animo, oblivisci iniuriarum,

---

(*ii*) Eph. 5: 11. (*k*) 1 Cor. 13: 4, 5. 2 Thess. 3: 14, 15. (*l*) Luc. 23: 34. (*m*) Rom. 12: 17, 19. 1 Petr. 2: 23. c. 3: 9. (*n*) Matth. 5: 44. Rom. 12: 14.

quibus affecti eramus, et lubenter condonamus poenitenti. (o) Neque quicquam accidat iucundius, quam ut inimicum in nostras trahamus partes, eumque faciamus amicum: (p) ita ut mutua societate et familiaritate gaudeamus, nobisque invicem prosimus, aut id saltem studeamus. Sic quidem CHRISTO placebimus, atque tum demum ex CHRISTI praecepto Deum adire nobis licet, eumque precari: „Pater noster, nobis debita solvas, uti et nos solvimus debitoribus!" (q)

§ 44. Sed *secundum* etiam est, quod in supremo illo CHRISTI praecepto observandum esse antea diximus. Neque enim inimicos tantum, sed et ceteros, quibuscum coniuncti sumus, homines amare decet, pariterque oportet nos amare nosmet ipsos. Hoc, ni fallar, limites constituit, quibus contentus recitus erit inimicorum amor, unde exsistit quidam velut consensus amoris, omnibus hominibus debiti. Nos ipsos enim ita amare decet, ut alios iisdem cum societate humana vinculis iunctos, eademque in conditione constitutos pariter amare possimus; et hos item sic oportet amare, uti nos ipsos in eadem fortuna positos diligamus.

Unde efflorescit iustitia illa, suum cuique tribuens, qua fit ut nemo se aliis potiorem habeat, sed et se et alios quosvis eodem loco ponat atque aequaliter amet. (r) Quod quidem officium praestari non potest, nisi omnes omnium iura vindicent, quantum possunt. Quod qui agit, eos quoque puniendos curat, qui ita agunt ut ceteri non possint suum et erga se et erga alios amorem ita demonstrare, uti decet, eamque propugnare iustitiam. Agunt autem ita inimici plerumque, sive nos ipsos laedant, sive aliis noceant hominibus, qui nobiscum sunt coniuncti. Quocirca limites, quibus ex CHRISTI praecepto contineri debet, transgredi dicendus est amor inimicorum, si illos amantes, et nostri et ceterorum nullam habeamus rationem. Ex qua observatione perspicuum etiam est, nullo modo postulare doctrinam Christianam, ut fiduciam collocemus in inimicis, prouti amicis fidimus. Imo vero maximam nobis in

(o) Cff. Matth. 18: 21—35. Luc. 17: 4. (p) Multum tamen haec res differt a reconciliatione amicorum; nisi hi ipsi plane inimici fuerint facti, tum enim eadem sunt iis, quae ceteris inimicis praestanda officia, addita etiam quadam reverentia et prudentia propter veterem illam coniunctionem. (q) Matth. 6: 12. Luc. 11: 4. coll. Matth. 6: 14, 15 et Matth. 18: 35. (r) Cf. 1 Cor. 13: 5.

inimicorum consuetudine commendari prudentiam, neque iis nos oportere nostras res committere, qui detrimentum nostrum quaerunt, facile perspiciet qui CHRISTI praeceptum de nobismet ipsis pariter atque aliis amandis consideraverit, ipsiusque sequi voluerit CHRISTI exemplum. (s)

Sed prudenter ita cum inimicis versantes caveamus, ne ingratus, quo eorum factis afficimur, sensus in odium mutetur atque prorumpat; semperque nosmet ipsos atque ceteros omnes amantes, inimicos etiam amore prosequamur. (t) Animum igitur nostrum ita flectamus, ut ingrata illa sensa cohibeamus eaque vincamus. (u) Quoties ergo ita se gerunt inimici, ut ingrati quidem sint et nobis et amicis nostris, nobis invideant et mala cupiant, nec tamen magnopere noceant, sed sinant nos tranquille agere et iis prospicere quae ad nostra ceterorumque officia pertinent; toties plene est inimicis condonandum, neque ulla ab iis poena sumenda, (v) quamvis prospiciendum ne ulterius isti progrediantur. (w) Interim in id semper incumbamus, ut ad meliorem mentem inimicos reducamus; ea, qua par est, humanitate errores iis ostendamus, ut in meliorem redeant viam. Ita saepe multa antevertemus mala et haud raro inimicos reconciliabimus; quod omnino praestat, quam patientia nostra corroborare eorum malitiam; et vero iubet hoc amor, nobis aliisque debitus. Quodsi vero hac spe excidamus, nihilominus eodem illos amore prosequamur semper, neque ipsos puniamus, nisi ulterius etiam progrediantur.

§ 45. Eo autem si procedunt inimici, ut impediant, quo minus aequalem illum nobis ceterisque hominibus debitum amorem exerceamus, coërcendi omnino sunt et vel leniter vel si opus sit severius cogendi, ne rerum ordinem perturbent. Videri quidem possit IESUS in oratione montana omnem omnino sui defensionem, iustissimam quoque prohibere. (x) At vero dicentis consilium qui

(s) Hic enim singularem amorem, quo tenebatur erga Iohannem et ceteros amicos, nunquam Pharisaeis demonstravit. Imo vero quanta prudentia semper egerit CHRISTUS ubi versaretur inter inimicos luculentissime docet eius exemplum. Vid. Matth. 12: 15. Ioh. 2: 24. c. 7: 1. c. 11: 54. Cf. W. BEEKHUIS, *J. C. een voorbeeld van voorzigtigheid en opregth.* p. 58. sq. (t) Matth. 5: 44, alibi. (u) Cf. I. L. V. MOSHEIM *Zedenl. der H. S.* P. IV. p. 257, sq. in edit. Belg. (v) Col. 3: 12: 13. (w) Quae h. l. de singulis singulorum inimicis dicuntur, valent pariter de hostibus publicis, et in religione adversariis, de quibus id maxime usui venit. (x) Matth. 5: 39—41.

considerat, facile videt, non universa esse Conservatoris dicta, neque ad omnes homines aut tempora omnia pertinere. Dixit haec contra doctores sui temporis Iudaeos, et peculiari quidem consilio tunc Apostolos et illius temporis discipulos haec docere voluit. (y) Quod adeo male ad omnium temporum Christianos omnes referamus. Apostoli enim, ubicunque Euangelium erant annuntiaturi, ceterique regni Christiani cives primis istis temporibus, multos adversarios erant experturi: quibus si sese opponerent, non tantum frustra erant acturi, sed in peius etiam ruituri, cum nusquam, ne apud magistratus quidem, iustos essent inventuri defensores. Propterea ergo eorum Dominus idemque amicus sapientissimus suis commendabat lenitatem ac patientiam summam, qua omnia tolerarent potius, quam frustra sese adversariis opponerent. A vindicta autem et ab omni vindictae studio abstinere omnes omnino sectatores suos iussit, egregia illa commendatione benevolentiae omnibus, iniustissimis etiam istis et iniquissimis adversariis demonstrandae. (z) Et hoc ergo inde peti potest universum praeceptum; cetera vero, quae suis dedit CHRISTUS mandata peculiaria, sequantur quicunque in iisdem, atque illi, rerum adiunctis positi sint; ceteros vero ea sequi nullo modo oportet. Longe enim alia res est in societate quacunque bene ordinata, adeoque etiam Christiana. Vult enim Deus, ut unicuique tribuatur, quod ipsi iure competit, et ut nosmet ipsos pariter atque alios amemus. Ne vero impediatur, quominus ordine omnia procedant, ipse Deus principes in civitate adesse iussit, qui iura omnium vindicent, poenisque afficiant quoscunque male se adversus alios gerentes. (a)

Itaque sive inimici nos laedant, aliorumque contemtui exponant atque opprimant, sive bonis nostris inhient iisque nos privent, sive vitam nostram periculis exponant, sive alio quocunque modo malis nos afficiant; quibus vel ipsi vel alii nobiscum iuncti in miseriam coniiciantur, et impediantur, quominus fungantur officiis suis; nostrum est, si mitiori modo inimicos vincere nequeamus, coërcere eos vi, et si opus est, puniendos eos curare. Neque enim frustra principes constituit Deus, qui iustitiae praeessent, gladiumque ferrent. Il-

---

(y) Cf. omnino Cl. HERINGA l. l. p. 79—82. (z) Matth. 5: 42. (a) Rom. 13: 1—4. Tit. 3: 1. 1 Petr. 2: 13, 14.

lud vero semper tenendum est, nunquam vi aggrediendos esse adversarios, cum Deo soli competat vindicta. (*b*) Sed defendamus nos ab aliorum iniquitate; non ipsi quidem rem nostram iudicantes aut vindicantes, quod novis semper rixis ansam praebeat, sed, quoties fieri id potest, iudicem adeuntes legitime constitutum, qui Dei quasi locum tenet in hoc rerum terrestrium ordine. (*c*) Si vero iudices adeundi, aut aliorum auxilium adhibendi, aut alia denique malum evitandi occasio non adsit, urgente necessitate in summo periculo, nostri ipsius defensionem contra iniustum aggressorem licitam esse, imo vero nos decere, sequitur ex amore nobismet ipsis, e CHRISTI doctrina, debito. (*cc*)

§ 46. Cum autem et in civili et in quacunque tandem societate; non nostra tantum sed omnium sociorum commoda tuenda, et vindicanda sint iura, oportet profecto ut huius societatis saluti ita quisque prospiciat, ac suae ipsius felicitati. Itaque ratione habita aliarum societatum ita sit quisque animatus, uti alias illas societates erga se sociosque suos agentes cuperet. Eadem igitur hic valet norma, quam praescribit singulis hominibus Christiana religio. Ne igitur altera civitas alteri adversetur; si vero ipsa ab alia quacunque in angustias redigatur, decet omnino iura nostra ab hostibus vindicare, et arma etiam gerere pro patria et civitate nostra. Quod negligere non possumus, nisi minore amore complectamur eos, quibuscum arctiori vinculo iuncti sumus, quam eos ipsos, qui- buscum minor nobis intercedit necessitudo: quod Christianae indoli contrarium esse, satis iam ex dictis liquet. (*d*) Sed hostibus nos opponere non oportet, nisi vi et necessitate coactos; et tum etiam tenendum est, ne in eos saeviamus, sed ita eos tractemus, uti eorum in conditione positi ab iis cuperemus tractari. Est vero hoc, quod universe de inimicorum amore dici debet, paullo etiam ulterius explicandum.

§ 47. Etenim si ita inimicis quibuscunque, propter causas modo memoratas, nos opponimus, sique eos puniamus aut puniendos tradamus, fit illud ex CHRISTI praecepto sine ullo inimicorum odio. Ne ergo voluptatem ex eo capiamus, quod inimicus promeritas luat poenas; sed triste hoc nobis sit officium, quod ita eum tractare oporteat. Est enim, uti iam vidimus, inimicis

---

(*b*) Rom. 12: 19. (*c*) Cf. Rom. 13: 1, 2, 4. coll. Rom. 12: 19. (*cc*) Hoc etiam effici potest e praecepto Apostolis dato Luc. 22: 36. et firmari potest pluribus aliis argumentis. Cff. GROTIUS, *de Iure belli ac pacis* L. I. c. 2. § 1. L. II. c. 1. § 3. PUFFENDORFIUS, *de Iure Nat. et Gent*, L. II. c. 5. § 1. *de Offic. Hom. et Civ.* L. I. c. 5 § 11. sqq. (*d*) Ceterum de patriae amore cff. REINHARD l. l. § 193, 333—335 et Doct. I. F. V. OORDT in Disput. laud. p. 152. sq.

condonandum, uti nobis condonari cupimus, nullo relicto odii loco. (*e*) Quocirca dum ipſam eorum perverſitatem abhorremus, malis eorum facinoribus reſiſtimus, ab iisque cavemus, et minus eos aeſtimamus quam probos iustosque homines; eosdem tamen ſimul amare oportet propter ea omnia, quibus nobiscum et cum ſocietate humana ſunt iuncti. (*f*) Quas ob cauſas ita inimicos amemus, uti nos ipſi, quamvis malis inquinatos, propter easdem cauſas ab aliis cuperemus amari. (*g*) Ita igitur, ſi opus ſit, puniamus inimicos aut puniendos tradamus; uti nos ipſos ſubmiſſe poenas luere oportet, ſi quid contra alios peccaverimus. Sed prouti ipſi poenam nostrorum malefactorum promeritam luentes doleremus et nosmet ipſos conſtanter amaremus; ita quoque inviti puniamus inimicos eorumque miſereamur, conſtanti erga eos amore ducti. Uti autem ante omnia plenam nostrorum peccatorum veniam a Deo peteremus, ſic et Deum precemur, ut inimicis condonet gratuito, (*h*) faxitque ut aliquando ad meliorem mentem revertantur, a malo deſiſtant, et quod bonum est iustumque appetant. (*i*)

Et ſic quidem CHRISTO obediens Christianus, ita amat inimicos, ut ſimul rectum *et* ſui ipſius *et* ceterorum colat amorem. Sic in coërcendis etiam ac puniendis inimicis, non horum odio ducitur, ſed eximio quodam ceterorum hominum amore. Imo vero quos punit inimicos, eosdem ſincere diligit et amat eos, uti ſe ipſum.

§ 48. *Tertium* denique, quod ex CHRISTI praecepto, de quo iam diu agimus, obſervandum venit in definienda φιλεχθρίας Christianae natura, hoc est: ita dirigendum eſſe inimicorum amorem, ut cum amore ſupremo, quo ipſe Deus est complectendus, ſit coniunctus. Quod cum univerſe in eo cernatur, ut et cetera omnia praecepta et hoc ipſum mandatum obſervemus duc-

(*e*) Cf. Gal. 5: 20—22. Eph. 4: 31, 32. Col. 3: 12, 13. (*f*) Sic ipſe IESUS ſemper ostendit damnare ſe iniusta adverſariorum conamina, et perquam ingrate ſe iis affici malis, quae ei inferebat hominum ſui temporis malitia. Sed idem tamen nunquam eos odit, imo vero eorum miſertus est. Luc. 19: 41, 42. Et omnibus modis, doctrina factisque et precibus etiam eorum ſaluti quam maxime proſpexit. Videantur, quae diximus de hac re antea § 15. (*g*) Cf. Gal. 6: 1. (*h*) Cf. Luc. 23: 34. (*i*) Cf. Matth. 5: 44a. Luc. 6: 28b. His autem precibus ſimul animus noster facile flectetur, ut adverſarios magis etiam amemus.

Ex his autem, ut hoc obiter moneam, ſatis intelligitur, nunquam licere precibus id a Deo implorare, quod inimico noceat. Sed longe alia res est, minimeque illicita, ſi in rebus difficilibus, quas nobis contraxerunt inimici, divinum imploramus auxilium, eo tamen modo praeſtandum, quo placeat Deo Optimo Maximo. C. REINHARD l. l. § 302. p. 238. ſq. *nota h.*

ti amore Legislatoris nostri atque Patris optimi; ita peculiariter in hoc praecepto reverentia Deo debita est spectanda.

Non enim decet, dum homines amamus inimicos, Deum non amare benignissimum et amicissimum. Imo vero cum hic sit supra omnia amandus, ipsius honori semper est consulendum, et quoad fieri potest, curandum, ut id fiat, quod Deo gratum est acceptumque; et aversandum quodcunque ei est contrarium. Attamen cavendum est, ne ulterius progrediamur, quam iussit CHRISTUS. Non decet enim homines odisse, eo delapsos, ut de Deo non satis magnifice existiment, aut eius honori quid detrahant. Imo vero eos amare nos oportet prouti nos ab aliis amari cuperemus, etiamsi tam infelicibus esse nobis accideret, ut a Deo aberraremus. (*k*) Sed simul nos teneat sincera erga Deum reverentia et amor omnia superans. Ne igitur in periculosam illam et valde damnandam incidamus opinionem, placide contemplanda esse neque magnopere curanda quae Deo ingrata ipsiusque maiestati et benignitati contraria, fiant. (*l*) Contra quacunque opportunitate eius defendamus honorem, laudemque celebremus, idque ea qua decet prudentia, sapientia et gravitate. (*m*) Neque enim ita amare inimicos oportet; ut eorum vitia aut probemus verbis, aut silentio semper praetereamus, aut ad ea nos, placendi studio, accommodemus factis; sed ut ea tollamus potius erroresque inimicorum in Dei cultu et in moribus perversitatem impietatemque vincamus. Quod vero si efficere non posfimus, non nobis, sed Deo est relinquenda vindicta. (*n*) Omnium vero minime existimemus cogendos esse inimicos ut Deum eodem, quo nos, modo colant. Ipsi potius Deum amemus, atque praeterea videamus, ut et nos et ceteri omnes possint Deum revereri. Quod si non impediant aut impedire non studeant inimici, multo etiam magis si uno modo nobiscum Deum colant, maiori propterea amore eos complectamur. (*o*) Sin vero hac in re nobis adversentur, vel manifeste nobis molesti, vel dolis fraudibusque nos circumvenientes, eo minus profecto sunt aestimandi. Prudenter ac mitissimo modo, sed constanter etiam et ea

---

(*k*) Cf. omnino G. LESZ *de Christ. Zedek.* edit. Belg. p. 120. (*l*) Cf. Ven. E. KIST in Serm. S. laud. P. III. p. 75. et D. I. KÖPPEN *de Bijbel een werk der Godl. wijsheid*, opus e Germanico in belgicum sermonem versum a Ven. I. VAN DER ROBST edit. Belg. P. I, p. 316, 317. (*m*) Sic demum IESU exemplum imitabimur, cui nil magis cordi erat, quam ut Patris gloriam celebraret. cf. Ioh. 17: 4. (*n*) Rom. 12: 19. (*o*) Vid. Gal. 6: 10.

qua par est gravitate iis nos opponere eosque coërcere nos oportet: exemplum nobis imitandum proponentes Apostolorum, qui omni ſtudio in id incumbebant ut falſorum in eccleſia doctorum conamina irrita redderent, religionemque Christianam contra ſeductorum ſui temporis calumnias rite defenderent; amorem tamen ſemper animo foventes erga Christianos non tantum, ſed vero erga infenſisſimos etiam eorum adverſarios. (*p*) Neque vero unquam, qui nobis ob religionem inimici ſunt, odio ſunt habendi ex CHRISTI praecepto; non magis quam nos ipſos odio haberemus, ſi forte Deum non rite amaremus. Cum vero id ipſum nos poeniteret postea, et melius a nobis actum cuperemus; eodem modo inimicorum miſereamur ſi ita agant, Deumque precemur ut eorum mentes collustret, animosque ſincero ipſius amore perfundat: quo ipſo increſcat inimicorum ſalus, increſcat etiam numerus eorum, qui pia ſinceraque mente Deum colant patrem coelestem per IESUM CHRISTUM Dominum nostrum atque Conſervatorem.

Quodſi autem ideo nos odio proſequantur, quod alio, quam ipſi, modo Deum colimus, leniter id feramus, neque eam ob cauſam amore eos excludamus, quem debemus iis propter vincula, quibus ſunt nobiscum iuncti. Eundem vero ſemper iis demonſtremus, ſalutique eorum proſpicientes, bono conemur evincere malum. (*q*) Ita neque Dei cultum relinquemus propter mala, nobis ab inimicis illata, neque ab his vindictam ſumemus, ſed amore eos proſequentes, hoc ipſo patefaciemus, ſumma nos Deum proſequi reverentia.

§ 49. Haec igitur, quae nunc de amore inimicorum diximus, ſi rite obſerventur, φιλεχθρίας natura perſpicietur facile, qualis ea definitur praecepto hoc ſummo: „Deum ſupra omnia ama, alios vero ama uti te ipſum!" Perſpicietur adeo doctrinae Christianae vis, docentis ita amare inimicos, ut amorem nobis ceterisque hominibus debitum non negligamus, ſummamque erga Deum ostendamus reverentiam. Quibus perſpectis, iam et rei ratio flagitat, et vero iubet quaestionis nostrae argumentum, ut de huius virtutis ratione, *qualis* ea

(*p*) Facile hoc in Apostolorum ratione animadvertat, quicunque conſulit epistolas ab Iohanne ad Christianos ſuos aut a Paullo ad Galatas aliosque dataſ. cff. v. c. 1 Ioh. 1: 6. ſqq. c. 2: 4. ſqq. c. 3: 13. ſqq. c. 4: 1. ſqq. Gal. 1: 6. ſqq. c. 4: 17. c. 5: 9, 10, 12. c. 6: 12—14. etc.
(*q*) Cf. omnino Luc. 10: 3—37. Rom. 12: 21.

ſit; nonnulla addamus obſervata. In quibus tamen brevitati, quoad fieri potest, ſtudendum esſe video.

§ 50. φιλεχθρίας quam IESUS et Apostoli commendant, rationem comtemplantibus, continuo hoc nobis in oculos incurrit, esſe eam quam maxime *universam*; atque id quidem primum est, quod hoc loco obſervandum duximus.

Univerſam autem eam dicamus hanc virtutem, intelligimus *primum* nullos non inimicos eam complecti, *deinde* vero omni omnino tempore ad eam exercendam paratos nos esſe debere et esſe ſemper in hoc amore perſistendum.

Inimicorum igitur amorem, quem praecipit doctrina Christiana, omnes quoscunque tandem inimicos, quacunque in re adverſantes complecti, ex iis iam effici potest, quae antea de hac virtute diximus. (r) Sed idem illud egregie docemur exemplo Patris coelestis, ad cuius amorem, nostri amoris rationem exigere nos docuit CHRISTUS. (s) Hic enim Deus O. M. ut bona quaeque largitur improbis aeque ac probis, et favet ipſum ex animo colentibus non tantum, ſed et ipſi factis ſuis displicentibus, (t) ſic et nos iniquisſimos etiam adverſarios amemus, quo filios nos praeſtemus Patris clementisſimi, qui est in coelo. (u). Ea ergo, qua antea diximus, ratione amemus eos, qui nobis invident, minusque bene cupiunt, qui vel minus vel maius erga nos ſuſceperunt odium, qui nobis maledicunt, omnibus modis damnum inferre ſtudent, et eos quoque qui hostili animo nos perſequuntur. Ii omnes ſive nobismet ipſis, ſive aliis nobiscum iunctis, ſive ſocietati ad quam pertinemus, ſive Deo ſive Conſervatori nostro optimo ſeſe opponant; omnes, nullo excepto, inimici ſunt amandi. Sive ergo ingrati beneficiis nostris mala reponant, ſive perfidi abutantur fiducia nostra, ſive iniusti bonis nostris atque patriae inhient; ſive dominandi ſtudio abrepti nos opprimant ſuamque felicitatem nostrae fortunae ruderibus ſuperſtruere tentent, ſive cruenti vitae nostrae inſidias ſtruant; quocunque tandem modo infestum ſuum prodant animum; nunquam huius praecepti Christiani immemores ſimus, ſemper recordemur divini exempli quod in Patris coelestis agendi ratione nobis propoſuit IESUS: atque eos ſemper ob oculos nobis ponamus qui crude-

---

(r) Vidd. quae de inimicis diximus, quinam cenſendi ſint P. II. S. 1. et cff. quae de ipſo inimicorum amore dicta ſunt eadem Sectione, ut et loca P. I. S. 2. illustrata, itemque I. C. exemplum luculentisſimum. (s) Matth. 5: 48. Luc. 6: 36. cf. L. W. KELLNER *die Geb. J. C.* ed. I. p. 191. ſq. (t) Matth. 5: 45[b]. (u) Matth. 5: 44, 45[a].

lissimos etiam tortores moribundi diligebant proque iis precabantur, Stephanum ipsumque Conservatorem nostrum IESUM CHRISTUM! (v)

Verum universus etiam dicendus est ille inimicorum amor, quandoquidem omni tempore ad eum exercendum paratos esse nos oportet, ut adeo benevolum nostrum erga inimicos animum ostendere velimus, quotiescunque nobis sese offert opportunitas. Quoties experimur inimicum nobis adversantem, toties leniter eum feramus. Quoties eum malefactorum poenitet, ipsum benigne accipiamus si ad nos revertatur, et, quicquid tandem egerit, plane ei condonemus. (w) Stabilis praeterea sit hic amor atque constans: et quem amamus inimicum, semper eodem prosequamur amore, neque quicquam sit, quod possit hunc amorem in inimici aversationem, ne dicam in eius odium convertere: Idque efficere ne valeant unquam quae novae subinde accedunt iniuriae, neque mali nobis illati recordatio, nec quae aliquando praeter spem sese offert vindictae sumendae occasio. (x) Etenim huiusmodi si sit amor noster, quo quaeso modo comparari poterit aliquatenus cum summo, quem semper experimur, Dei amore? Aut quo modo imaginem ille referret illius amoris, quem constanti minimeque mutato exemplo suo commendavit Conservator? Est profecto, nisi universus sit, virtutis nomine non dignus inimicorum amor.

§ 51. Neque vero rite inimicos amare dici quisquam potest, nisi amor ille sit *sincerus*, sine fuco, et ab omni simulatione alienus. (y) Uti enim, quamvis omni effectu careant, laudanda sunt Deoque grata bonae voluntatis conamina; sic qui dolo fraudibusque aliquem circumvenit, aliter sentiens aliter agens, Deo veracissimo placere nunquam poterit, neque ulli viro bono verique amanti. Ne quis igitur putet, se amoris Christiani indolem exprimere, si externa sua ratione humanus sit, affabilis et comis, ceterum contrario erga inimicos et malo animo ductus. Imo vero animum suum ad amorem prorsus componat, ex animo inimicis condonet, ut nulla supersit odii species, sed verus sit inimicorum amor atque sincerus. Quis enim est, qui φιλεχθρίαν simulans, ausit ad Patrem coelestem accedere; ex CHRISTI mandato peccatorum veniam implo-

(v) Cf. Act. 7: 60. Luc. 23: 34. (w) Matth. 18: 21, 22. Luc. 17: 3, 4. collata parabola Matth. 18: 23—35. (x) Cf. HERM. VENEMA *de ware Christel. religie onderz. en nagesp. uit Matth. Ven. VI.* P. II. p. 462. (y) Cf. Rom. 12: 9. 1 Petr. 2: 1. 1 Ioh. 3: 18. collato CHRISTI exemplo 1 Petr. 2: 22.

rans? (*z*) Quis est qui φιλεχθρίαν, nisi sincera sit, virtutem dicat Christianam, cum ipse CHRISTUS ab omni abhorreret simulatione, eamque semper in Pharisaeis damnaret? Et in hac quidem sinceritate secundum erat, quod de inimicorum amore observaremus.

§ 52. Tertium vero hoc est. Si sincera est φιλεχθρία, id etiam in eo conspicuum sit; ut *factis* sese prodat, utque adeo quantum possimus, revera conferre studeamus ad inimici felicitatem provehendam. (*a*) Itaque ne diu moremur prius quam bene nos animatos ostendamus, neque requiramus, ut multis semper rationibus consideratis, et hortantibus demum aliis hominibus, aegre eo trahamur. Sed promti simus et sine ulla cunctatione inimicorum saluti prospiciamus. Et uti amoris sui efficacissimi documenta quotidie adversariis etiam praebet Deus, atque Filio suo pro peccantibus tradendo dedit tanta specimina, ut iis maiora ne cogitari quidem a nobis possint: ita et nos, quaecunque ceteris officiis haud neglectis inimicorum saluti impendere possumus, ea diligenter adhibeamus et praestemus. Et ut Deus peccantibus, necdum eius opem efflagitantibus, bona quaeque offert, sic et nos ultro inimicis opportunitatem praebeamus beneficiis nostris fruendi. Praeterea homo Christianus inimicis semper benevole adest, et si adversa premantur fortuna, eos erigit, auxiliumque iis praestat atque solatium: et cupit etiam si possit efficere ut vita fruantur tranquilla ac placida. Porro eorum honori consulit, famamque contra calumniantes defendit. Ante omnia vero cum ipse animi bona omnibus praestantiora existimet, veram inimicorum felicitatem, quantum fieri potest, curat, adeoque operam dat, ut in rectam eos viam ducat, qua verum cognoscant, recte sentiant, sancteque et convenienter Divinae voluntati vivant. Quare si opus est, eos docet, monet verbis, semper vero exemplo suo praeire studet. Atque sic quidem qui amor in animo sedem habet et in sensu positus est atque voluntate, efficax tamen est, et quod in vero amore semper cernitur, vim suam exserit, quoties id fieri potest.

(*z*) Matth. 6: 12. Luc. 11: 4. (*a*) Quod ergo ad verum Christianorum inter se invicem amorem excitandum suis scribit Iohannes, 1 Ep. c. 3: 18. τεκνία μου, μὴ ἀγαπῶμεν λόγῳ, μηδὲ γλώσσῃ, ἀλλ' ἔργῳ καὶ ἀληθείᾳ; hoc etiam inimicorum amorem ornet, reddatque eum efficacem. Cff. Matth. 5: 44. Luc. 6: 28. sqq. Rom. 12: 14, 20, 21. 1 Cor. 4: 12, 13. 1 Petr. 2: 23. c. 3: 9 et alibi.

§ 53. Haec autem omnia, ut rite exsequamur, quarto loco opus est, ut in amoris nostri demonstratione caveamus omnemque adhibeamus curam, ne graves simus aut molesti inimicis, sed decore atque *humaniter* cum iis agamus. (*b*) Ne ergo iis obtrudamus beneficia, et quae iis praestamus, ea sic praestemus, ut non videamur hac virtute nostra gloriari aut meritum quoddam nostrum prae nobis ferre: sed occulte potius quam publice benefaciamus, ne aliorum agendi ratione inimicus offendatur. Omnis porro absit severitas; acerbitas omnis et inimici contemtus. Neve unquam id aut verbis aut gestu quodam agamus, ut sentiat inimicus, quantum nobis debeat; quantumque infra nos sit positus. Sed haec omnia studiose evitantes, lenitate et mansuetudine nostra atque humanitate probemus vero nos erga eum amore duci.

§ 54. Omnia autem de φιλεχθρία a nobis dicta nihil prosint, si, quod voluerunt nonnulli, id verum est, non posse hominem inimicos suos amare. Ne autem dicamus, multorum exemplo huius rei contrarium abunde probari, (*c*) hoc loco ex ipsius virtutis indole, id ipsum demonstrare nunc lubet. Etenim quinto loco de inimicorum amore id observandum est, pertinere eum non tantum ad sensus nostros et appetitus, sed ad ipsam *rationem* humanam: qua re fit, ut minime cum conditione nostra pugnet hicce amor, sed sit naturae humanae convenientissimus.

Profecto si sensu unice duceremur, eoque solo semper determinaretur voluntas nostra, non magnopere ad inimicorum amorem idonea dicenda foret natura humana. Uti enim quae iucunda sunt et placent, ea appetimus, ita quae nobis molesta sunt et displicent, aversari solemus: cumque adeo sensui nostro molestissimi sint inimici, naturae certe impetu inimicis amorem denegaremus, eosque odio haberemus. Quis vero est, qui de natura humana et de se adeo ipso tam abiecte sentiat, ut hominem solo hoc coeco naturae impetu agi statuat? Gratos oportet nos optimo Creatori acceptum referre donum illud, quo cunctis praestamus animantibus, quo ipso demum in homine agnoscimus hominem. Adest enim in homine actionum moderatrix ratio, quae quid faciendum sit, decernat voluntatisque adeo impetum vel cohibeat, vel in certos dirigat fines;

(*b*) 1 Cor. 13: 4. cff. H. VENEMA l. l. p. 461. obs. 4. REINHARD l. l. § 203. obs. 6. et FEITEL l. l. P. I. S. 5. § 204. p. 345. (*c*) Cf. Ven. I. VAN LOO in *Nieuwe Leerred.* P. II. in sermone, quem inscripsit: *tegen de wraakzucht* p. 310—314.

Est haec *ratio*, quae ſtudiis nostris e ſenſu ortis accedens, moralem nostram conſtituit naturam; qua feris cunctis praeſtamus. (*d*) Et ex hac quidem natura nostra morali conſiderandum est praeceptum religionis Christianae de amandis inimicis. Etenim amorem illum ex naturae impetu ortum, ſupprimere quidem posſumus, eum ipſi pro arbitrio in nobis excitare non posſumus: quare ille ne iuberi quidem unquam potest, cum pendeat totus a rebus externis earumque in animum nostrum vi actioneque, nostro arbitrio non ſubiecta. Amor vero ille moralis, a ratione profectus commendari omnino potest homini rerum moralium capaci et libertate gaudenti: qua facultatem habet cohibendi impetum voluntatis, donec ratio, quid faciendum ſit, decreverit. (*e*) Hac autem duce ratione, etiamſi inimicorum agendi modo moleste affecti, posſumus omnino ad eorum dotes facultatesque attendere et vincula cognoſcere quibus nobiscum iuncti ſunt, tanquam homines et nonnunquam etiam tanquam cives aut cuiuscunque ſocietatis nobiscum participes. Quae omnia ſi rite perſpiciamus ſemperque animo penitus infigamus, fieri non potest, quin eos tanquam tales amemus. Ita enim natura facti ſumus conformatique, ut quaecunque nobis cum aliis naturis intercedant vincula, eorum cogitatio, dummodo omni ſua vi animo obverſetur, grato nos afficiat ſenſu, et ad eas ipſas naturas propenſos nos reddat, cumque iis nos coniungat. Itaque non vult CHRISTUS, ut coeco quodam impetu agamur et ad benefaciendum amandumque impellamur; ſed ut rationali quodam ducamur amore inimicorum, eoque cum morali nostra natura optime convenienti. Id ergo praecipiunt IESUS et Apostoli: ne molesto inimicitiae ſenſu prorſus abripi nos patiamur, ſed attendamus ſemper quaenam vincula, uti cum aliis hominibus, ita et cum inimicis nos coniungant; quorum ergo cogitatione continue alenda caveamus, ne ingrati isti ſenſus nos impediant, quominus haec ipſa vincula ita nos afficiant, uti fert ipſorum natura; eamque adeo in nos vim exerceant, ratione inimicorum nostrorum, quam in nos exercere ſolent, ratione habita aliorum quorumvis hominum. Quibus ſi addamus praecipere Christianam religionem, ut mali etiam, quo nos aliosve homines afficiunt inimici, rationem omnino habeamus,

---

(*d*) Cff. *Quaestiones* adiectae *Disſertationi Iurid. inaug.* Doct. A. G. VOS DE WAEL *de Errore in Conventionibus* Trai. ad Rh. a. 1821. Quaest. XI. p. 102—104. (*e*) Cf. PESTEL, *Fund. Iur. Nat.* p. 9.

rei ipſius naturae conſentaneam; facile, credo, perſpiciemus neque ullum iuſtius praeceptum dari poſſe hoc ipſo φιλεχθρίας mandato, neque *rationi* magis conveniens; cuius hoc ipſum est officium ut nostras actiones, ſenſumque ipſum atque voluntatem nostram ita dirigat, ut cum iis omnibus conſentiat, quibus aut cum hominibus aut cum rerum quarumcunque natura ſumus coniuncti. Hoc ergo ſi teneamus, moralem eſſe et a ratione profectum Christianorum erga inimicos amorem, non dubitabimus profecto affirmare, poſſe eam virtutem ab hominibus omnino exerceri, rectèque eam commendari in morum doctrina. Imo vero eo magis eam laudandam cenſebimus, quod ex praeſtantiſſima hominum facultate, ratione, et ex natura eorum morali proficiscatur. Est ergo ad φιλεχθρίας indolém perſpiciendam haec obſervatio una omnium maxime tenenda, doceri quidem odium, quod ſenſuum in nos actione existat, eſſe reprimendum; ſed nullo modo phyſicum erga inimicos amorem nobis commendari; ſed moralem illum atque rationalem. (*f*)

§ 55. His vero omnibus, quae ad inimicorum amorem pertinent, *hoc* denique accedat praeceptum, ut *purus* ſit *fons*, e quo profluat ille amor. (*g*) Caveamus enim ne eximio virtutis nomine inſigniamus illam nonnullorum hominum benevolentiam, quae e naturali quodam impetu et animi ad miſericordiam proni, debilitate unice oritur: (*h*) et minoris etiam aliorum aeſtimemus rationem, qui non curantes, quid tandem fiat, nullo *adhibito iudicio*, eodem prorſus modo erga bonos ſe gerunt et erga malos, et utrisque adeo ſubinde pariter favent. (*i*) Neque etiam inimicos, ſed ſe potius ipſos amare dicendi ſunt, qui bona largiuntur inimicis, ut honorem inde laudemque conſequantur, aut ut plura deinceps et maiora bona ab inimicis accipiant. Qualis nostri amor doctrinae Christianae prorſus est contrarius. (*k*)

Haec contra praecipit, ut amemus inimicos propterea, quod ſentiamus hoc nostrum eſſe officium, nobis a Deo benigniſſimo impoſitum, a CHRISTO Conſervatore nostro ac Domino eiusque legatis commendatum; quod niſi obſervemus neque peccatorum nostrorum venia ipſi potituri ſimus aut vera fruituri

---

(*f*) Cf. H. C. BERGEN *Onderw. in de Christ. Geloofs en Zedel.*, qui idem illud de amore erga alios univerſe animadvertit p. 222. § 130. (*g*) 1 Tim. 1: 5. 1 Petr. 1: 22. cf. REINHARD l. l. § 203. Obſ. 7. (*h*) Cf. LESZ *Christ. Zedek.* p. 123. (*i*) Cf. VENEMA l. l. p. 462. Obſ. 6. (*k*) Matth. 5: 42, 46, 47. Luc. 6: 34. 1 Cor. 13: 5. cf. MOSHEIM l. l. P. IV. p. 250. ſq.

felicitate. Prouti ergo Dei obedientia atque amore ducimur ad omnes naturae focios amandos, fic et inimicos amare nos oportet propterea, quod et illi a Deo amantur, qui ipfis bona quaeque largitur eorumque felicitatem cupit provehere; (*l*) et quod Deus Pater clementisfimus, IESUSque Dominus benignisfimus ac fanctisfimus tali nobis praeeunt exemplo; (*m*) denique quod naturae humanae nobiscum funt participes, iisdemque quibus nos beneficiis frui posfunt, per I. C. Confervatorem oblatis, atque multis adeo vinculis nobiscum funt iuncti.

Atque haec iam de prima atque de altera gravisfimae quaestionis parte nobis fufficiant. Explicare conatus fum commendationem amoris erga inimicos, a IESU Apostolisque profectam, atque definire quis qualisque esfet hic amor. Parum autem a me dictum esfe, multumque neglectum, quod a doctiori fuisfet prolatum, et haud pauca adeo in hac fcriptione defiderari, ipfe probe fentio, postquam gravisfimum hoc et late patens argumentum paulisper elaboravi. Sed qualiacunque tandem protulerim, haec fi vobis, Viri Clarisfimi et Eruditisfimi! non prorfus displiceant, habebo de quo laeter magnopere. Iucundum enim hactenus hoc mihi fuit fcribendi exercitium, iucunda haec doctrinae Christianae investigatio; quae magis magisque de illius indole falutari atque de eius praeftantia, omnium maxime celebranda, mihi perfuafit. Est autem hoc ipfum, quod nostrae quaestioni additum, ultimo loco indicandum nobis reftat.

Qua tamen in re enucleanda, quam brevisfime fieri poterit, verfabor, quandoquidem non adeo in hac parte verti videtur quaestionis propofitae cardo, fed magis in priori illa, iam expofita. Et fufficere omnino videtur, fi paucis indicetur, quomodo Christianae disciplinae ex hac commendatione eluceat praeftantia. Quodfi enim latius hoc exponere vellemus, commentationis Academicae terminis excedendum foret. Quocirca ut pauca haec quaestionis confilio fatisfaciant, fore fperamus.

(*l*) Matth. 5: 45. (*m*) Col. 3: 13. 1 Petr. 2: 21, 23. conff. quae diximus § 15.

P A R S T E R T I A.

Doctrinae moralis Christianae, in commendando inimicorum amore, praeſtantia.

Quicunque alicuius rei praeſtantiam celebrat, hanc fere ſolet duplicem intelligere. Quamquam enim praeſtantia proprie id est, quo quid alteri praeſtat, tamen, ſi univerſe de rei praeſtantia dicatur, primo loco illius ſeorſim ſpectatae pretium ſolemus cogitare, nulla ratione habita rei, quacum comparetur. Itaque cum in nostra quaestione de doctrinae moralis Christianae praeſtantia in hac commendanda virtute univerſe dicatur, neque comparationis cuiusdam rationem eſſe habendam iubeatur: latiſſimo ſenſu vocabulum illud accipiendum eſſe duximus.

Cum autem quaeratur, *an ex hac* φιλεχθρίας *commendatione etiam eluceat Christianae doctrinae moralis praeſtantia*; nullo modo dubitamus, id plene affirmare in huius disquiſitionis initio. Quod adeo probare conabimur iis rationibus, quas pro doctrinae Christianae in hac re praeſtantia, nunc duabus ſectionibus afferemus. *Priori* ergo ſectione docere conabimur, magni omnino aeſtimandam eſſe hanc doctrinam propter φιλεχθρίας commendationem ſeparatim ſpectatam, agemusque adeo de ea, quae hac in re est doctrinae Christianae ſeorſim ſpectatae praeſtantia. *Altera* vero ſectione probare tantabimus, ceteris doctrinae moralis inſtitutionibus in inimicorum amore commendando longe praeſtare unam hanc doctrinam Christianam.

PARTIS TERTIAE

SECTIO PRIOR.

De doctrinae moralis Christianae praeſtantia, conſpicua in φιλεχθρίας commendatione, ſeparatim ſpectata.

§ 56. Christianae doctrinae praeſtantiam in φιλεχθρίας commendatione, ſeparatim conſiderata, omnino elucere videbimus, *ſive* ipſius, quae commendatur, virtutis, *ſive* commendationis illius rationem habeamus. Quodſi enim probaverimus maximum pretium huic virtuti ſtatuendum eſſe, agnoſcamus neceſſe eſt illius doctrinae praeſtantiam, quae eiusmodi virtutem commendat. Quae eadem praeſtantia elucebit etiam, ſi ipſam virtutis commendationem in religione Chriſtiana noſtrae conditioni optime accommodatam eſſe, oſtenderimus.

§ 57. Φιλεχθρίας igitur commendationem in magnum cedere doctrinae Chriſtianae honorem quisque iam intelliget, qui *primo* loco conſideraverit, quanta haec virtus tollat obſtacula, quibus impediatur homo, ne genuinae ſuae ſatisfaciat naturae. Est enim hoc a Creatore O. M. natura homini inditum, ut quae in rerum natura cum ſua natura conveniant, ea ſecum quodammodo coniungere ſtudeat. Voluptatis ſtudio appetit, quae corporis rationi conveniunt, pulcri ſtudio ductus quaerit quod ſenſui ſuo est conſentaneum, veri denique amore expetit ea omnia quae intelligentiae iudiciique legibus ſunt congrua. Neque tantum quae cum diverſis hisce naturae ſuae partibus et facultatibus conſentiunt, ſed imprimis etiam appetit, quae cum hac ipſa natura ſua conveniunt, naturam adeo ſui ſimilem, hominem maxime quaerit homo: nullumque ſtudium altius ſibi ſentit infixum, quam illud quo fertur ad eius-

dem naturae participes secum coniungendos, ad amandos homines. (*n*) Quae quidem egregia hominis indoles multiplicis ipsi iucunditatis fons est, vinculumque constituit societatis arctissimum, atque ad ipsum hominem excolendum et ad perfectionem adducendum, una omnium maxime est accommodata. Cum autem inimicitiae pariant odium, lites, altercationes, rixas vehementissimas, non possunt non illae homines ab homine alienare, eosque disiungere, qui ad coniunctionem sunt nati. Quod quam sit perniciosum et cuique homini et generi ipsi humano, quantumque adeo debeatur huic praecepto, quod iis coniunctionis impedimentis tollendis inservit, unusquisque facile intelligit. Etenim inimicorum amore commendando doctrina Christiana ita instituit hominem, ut salvis uniuscuiusque iuribus, sese cum omnibus, quibuscunque tandem, naturae sociis coniungere discat, atque satisfaciat adeo naturae suae hac in re maxime egregiae. Quod adeo qui rite perficiat, attingat ille profecto summam, ad quam destinatus est homo, perfectionem: quod vero qui negligat, a perfectione simul et a vera sua felicitate recedet certissime. A quo ergo cum cohibeat homines inimicorum amor, qui ad quoscunque homines coniungendos tendit, nemo facile negaverit summis laudibus celebrandam esse doctrinam, quae hanc ipsam commendat virtutem; perversis hominum studiis prorsus oppositam eoque ipso excelsiori eorundem naturae consentaneam. (*o*)

§ 68. Sed crescit etiam huius doctrinae existimatio, si perspicimus, *ipsam* hunc inimicorum amorem nobilem quandam et eximiam esse virtutem ac generosissimam: quod *secundo* loco animadverto.

Multo generosius esse inimicis condonare, quam iniurias ulcisci, hoc a multis iam dudum fuit observatum, et communi confirmatur hominum experientia. Quicunque enim ita agentem viderit hominem, non potest non eum admirari et venerari adeo. Quis enim est, qui aliquem etiamnum habeat pulcri moralis sensum, quem non moveat huius virtutis pulcritudo? Ubinam, quaeso, hac in terra naturam invenies amabiliorem, nobiliorem, generosioremque eiusmodi homine, qui calumniis infectatus, affectus iniuriis, cruciati-

---

(*n*) Cff. quae hac de re egregie disputavit F. HEMSTERHUIS *Oeuvres Philosophiques* Paris 1809. T. II. p. 69—71. et A. G. V. DE WAEL in Dissert. laud. *Quaest.* XI. p. 103 sq. (*o*) Cf. D. BOGUE, *Proeve over het Godd. gezag v. h. N. T.* opus ex anglico sermone in belgicum versum a Ven. G. I. T. CRAMER VON BAUMGARTEN, a. 1815. P. I. c. 2. S. 3. p. 85—89.

bus; vulneribus, vivide quidem malis istis omnibus moveatur, eaque sentiat; nec tamen mali quicquam cupiat adversario, sed vindictae cupidinem reprimat, imo vero in id incumbat, ut benefaciat inimico, ipsique benedicat, precesque adeo pro eo fundat coram Deo O. M.? Hunc illius animum si cognoverit inimicus, ferreus ille sit et omnis humanitatis expers, si possit ei laudem venerationemque denegare. Aut quemnam generosiorem censebimus atque fortiorem, eumne, qui perverso sui amore, vindictaeque studio ductus, immoderatis affectibus abduci se patiatur; an vero eum, qui his sese opponit, rationisque auxilio adhibito eos compescat meliusque dirigat? Esse hoc difficillimum lubenter concedimus; est enim hominis ad vindictam sumendam propensio, propter nimium plerumque sui amorem, una omnium maxima: neque ullus fortasse affectus est qui difficilius vincatur. Sed eo ipso pulcrior est eoque magis laudandus Christianus ille inimicorum amor, sunt enim *ardua quae pulcra*, quoque plures sint atque graviores in aliqua re superandae difficultates, eo praestantior ipsa est censenda victoria. Cum autem nihil fere difficilius, atque adeo nihil etiam praestantius sit, quam si se suosque affectus vincat homo, cum habendus sit *fortior qui se, quam qui fortissima vincit moenia;* (p) is quoque qui Christianam exercet φιλεχθρίαν, ad summum magnitudinis fortitudinisque gradum escendisse censendus est, quem possit homo unquam attingere; nam qui ex animo inimicos amat, is profecto qualibuscunque superatis difficultatibus se ipsum vincat, necesse est.

Neque dubitamus ergo, ex hoc etiam Christianae doctrinae efficere praestantiam, quod inimicorum amorem nobis praescribat pulcerrimam ac generosissimam virtutem; qua quidem, necessario colenda, ipsi exerceamur, et magis magisque nobilitemur, atque ad veram evehamur animi magnitudinem.

§ 59. Sed vero *tertio* loco observanda quoque ea sunt, e quibus pateat, inimicorum amorem esse utilissimum, unde denuo eluceat doctrinae Christianae praestantia, hanc virtutem commendantis.

Quid enim; si, quo impetu atque hostili animo erga nos ducitur inimicus; eodem nos in inimicum inveheremur: quid tandem inde sensim oriretur? Nonne inimicus magis magisque nobis adversaretur et animo acerbiori in nos nos-

(p) Cf. Prov. 16: 32.

trosque inveheretur; nonne ſic et nostris et illius iniuriis novis accedentibus, ad alios atque alios proſerperet inimicitia, donec tandem totam aliquam familiam, imo vero gentem univerſam in perniciem coniiceret atque ruinam? Cuius rei exempla non pauca praebent populi barbari.

Quodſi vero aequo, manſueto benignoque animo inimicum proſequamur, et hanc benevolentiam ipſi ſignificemus; ille ad meliorem forſitan mentem est rediturus. Qui enim vi atque poena violenta ad officium reduci non potest homo asper et incultior; is ſaepe lenitate atque amoris ſignificatione permovetur ac penitus adducitur ad manſuetudinem. Quod ſi fiat, inimicorum nostro amore mala avertimus multa, magnisque bonis, ceteroquin nunquam aſſequendis, opportunitatem praebemus. Neque iis tantum ipſis inimicis, ſed univerſae hominum ſocietati ſic optime conſulimus, beneficia in eam conferentes plurima et maximi omnino aeſtimanda ad ipſam ſocietatis ſalutem.

Sin vero ſpe nostra excidamus, atque inimicum nobiscum reconciliare nequeamus; vel ſic tamen longe praeſtat amare inimicos, quam eos odisſe. Est enim amor, atque inde nata erga alios benevolentia virtus quaedam iucunda, placida ac gratisſima, quaeque adeo ſuum ipſa praemium affert. Etenim animi, ſuae ſibi virtutis conſcii, quietem procurat, laetosque nos reddit atque hilares ſemper, optimis quibusque hominibus, imo Deo ipſi Christoque gratos probatosque et aptiores quotidie qui vita illa fruamur coelesti, quae amoris vinculo omnes ſecum invicem coniunget beatos. Contra vero odium atque vindictae ſtudium, in quae, hac neglecta virtute, delabimur, felicitati nostrae maxime nocent, eamque perdunt prorſus. *Uti enim acrimonia humorum nocet corpori, ita conſtans odii cuiusvis amaritudo tranquillitati animi; fitque ea tanto nocentior, quanto profundius in animi recesſus intimos penetravit.* (q) Qui inimicum odit, eum videns vel cogitans tantummodo, ſeſe ipſe ultro torquet, quietem animo ipſe excludit, ſemperque vagatur ſollicitus et affectibus abreptus vehementisſimis. Et ſi vel expleverit vindictae cupidinem, plerumque huius rei effectus animum eius excruciant, et haec ipſa ei est poena gravisſima per totam ſubinde vitam duratura, quae tollat eius felicitatem, etiamſi cetera quae putantur ſupplicia effugerit. Haec ſibi ipſe mala contrahit, qui ini-

(q) Verba ſunt PRETELII l. l. P. I. S. V. § 203. p. 343.

mici odio ducitur, et iis omnibus sese bonis ultro privat, quibus inimicorum amore colendo frui potuisset.

Sentimus igitur quantopere ab hac etiam parte sit laudanda doctrina Christiana, quae non tantum gravissime commendat hanc virtutem fructuosissimam, sed vero eandem etiam ut necessario colendam inculcat: cui quidem illius doctrinae parti obtemperantes, mala avertemus gravissima, nostramque et aliorum hominum felicitatem continue augebimus. (qq)

§ 60. Atque haec quidem, si ipsam commendatam virtutem spectemus, abunde Christianae doctrinae praestantiam, hac in re conspicuam, demonstrare nobis videntur. Eluect vero haec magis etiam si ipsam huius virtutis *commendationem* paullo attentius contemplemur.

Ut autem in quacunque doctrina hoc laudi censetur, si *perspicuitate* sit insignis; ita de Christiana doctrina morali in hac virtute commendanda iure id ipsum affirmare licet. (qqq) Tam dilucide enim suam de inimicis amandis mentem expresserunt IESUS et Apostoli, ut quinam et quomodo amandi sint, plene ex hac commendatione effici queat. Non tantum universe praecipitur naturae socios amandos esse, sed expresse *inimici* memorantur, non tantum non excipiendi, sed et amore prosequendi, sincero atque constanti. Neque tantum universe inimicos amandos esse docemur, sed *omnis generis* indicantur *adversarii*, ita, ut nulli, ne acerbissimi quidem et vehementissimi excipiantur. Praeterea, nullius conditionis, aut gentis, aut religionis discrimen hac in re esse, quod nos impedire debeat, aperte demonstratur. Deinde non modo odium nostrum cohibendum esse, et beneficia inimicis esse largienda, docemur, sed ita est comparata huius virtutis commendatio in religione Christiana, ut ex animo amandos esse inimicos, sponte intelligamus, ita quidem, ut propenso erga eos simus animo, bene iis cupiamus, doleamus cum iis si in adversa versentur fortuna, aut si rebus utantur prosperis laetemur; beneque facere ipsis et ve-

---

(qq) Multorum, contra hanc doctrinae Christianae partem, aut dubitationes, aut calumnias, retulerunt et egregie refutarunt Vir Cl. H. C. CRAS, in Disp. *de Ethica Christiana*, quae est in LEGATI STOLPIANI *Dissertt. ad Christianam morum doctrinam spectantibus*, Vol. IV. p. 75—88. coll. p. 10, 11, 66, 67. et P. VERSTAP, in Disp. de eodem argumento, ibid. p. 148—151. Cf. etiam I. PAP DE FAGARAS, item in Disp. de hoc argumento, ibid. p. 269. sq. et 277. sq.
(qqq) Cf. de perspicuitate doctrinae moralis Christianae universe, Cl. I. CLARISSE, in comm. Soc. Hag. pro vindicanda religione Christ. a. 1803. p. 119. sqq.

limus, et, si quae sit opportunitas, revera faciamus, et optima quaeque pro inimicis, uti pro nobis ipsis, optemus atque a Deo O. M. precemur. Haec ergo aliaque plura tam perspicue proponuntur, ut hoc amoris erga inimicos officium nulli fere subesse possit dubitationi. Idque eo minus, cum huius virtutis natura ex eo etiam perspici possit, quod eius commendatio arctissime coniungitur cum universi amoris erga omnes homines praestandi officiis; quo ipso patet, huius partem eam efficere, adeoque eiusdem esse naturae. Imo vero haec ita cum ceteris doctrinae Christianae praeceptis cohaerent, ut coecus sit, qui non videat nullum aliud officium cum hoc inimicorum amore pugnare, aut eo quodammodo labefactari. Quae omnia si nondum satis sint perspicua, habemus quod intueamur ipsius IESU variis in rerum adiunctis saepissimeque cum varii generis adversariis versantis exemplum perfectissimum, ex quo velut oculis videre possimus, quomodo exercendus sit ille inimicorum amor.

§ 61. Cum hac autem perspicuitate maxima est summa quaedam coniuncta commendationis *gravitas:* qua cum maior sperari nequeat, est haec profecto non parvi momenti habenda ad laudem nostrae doctrinae augendam. Est autem gravitas illa in pluribus rebus conspicua, quarum ad paucas has attendamus. Non universe tanquam virtus quaedam commendatur φιλεχθρία in doctrina morali Christiana, sed eam colendam proponunt huius disciplinae doctores, tanquam universae morum doctrinae partem quandam praecipuam, nobilissimamque et omnium minime negligendam, qua imprimis excolamur, ad Dei similitudinem efformemur, perfectionemque nostram magis magisque attingamus. Et alio quidem loco odium proponitur, ut vitium, quo humanitatis iuribus adversemur et in iustum incurramus Dei nos condemnantis iudicium: ita ut πᾶς ὁ μισῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ἀνθρωποκτόνος dicatur καὶ οὐκ ἔχων ζωὴν αἰώνιον. (r) Alio loco consideratur ut pugnans cum pietate et amore, qui Deo debetur: ψεύστης enim dicitur, qui fratrem odio habens, Deum se amare dicat. (s) Porro iniuriarum condonationem necessariam pronuntiat Euangelium unicuique suorum peccatorum veniam a Deo cupienti. (t) IESUS ipse φιλεχθρίαν proponit tanquam virtutem, quae maximum secum ferat praemium nominisque honorificentissimi nos reddat participes: ἀγαπᾶτε, inquit, τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν — καὶ ἔσται ὁ μισθὸς ὑμῶν πολὺς, καὶ ἔσεσθε υἱοὶ τοῦ ὑψίστου. (u) Et idem ille

---

(r) 1 Ioh. 3: 15. (s) 1 Ioh. 4: 20. (t) Matth. 6: 14. (u) Luc. 6: 35.

Apostolus, qui ſine amore nihili nos esſe dicit, (v) ubi in eo est, ut hanc amoris virtutem laudet, ut totius Christianismi caput conſtituentem, imprimis etiam ſummis laudibus effert manſuetudinem erga adverſarios ac benevolentiam, de hoc amore optima quaeque praedicans. (w) Habeturque in doctrina Christiana haec virtus tanquam nota, qua cognoſcamus, utrum genuini ſimus Euangelii discipuli, nec ne: *ὁ λέγων ἐν τῷ φωτὶ εἶναι*, inquit Iohannes, *καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μισῶν, ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐςὶν ἕως ἄρτι.* (x) Atque Patris ipſius coelestis imaginem expresſuri dicimur, ſi inimicis amoris praebeamus documenta: ſic enim Conſervator noster: *ἔσεσθε*, inquit, *ὑμεῖς τέλειοι ὥσπερ ὁ πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς τέλειός ἐςι.* (y)

Tanto igitur in pretio habet hanc virtutem ipſa Euangelii doctrina tantisque ad eam inculcandam utitur argumentis, ut merito illius virtutis commendationem Christianam dixerimus gravisſimam, et hanc ob cauſam omni laude dignisſimam. (z) Est enim hoc, quod in commendanda re paullo difficiliori et hominum plerumque ſenſibus et affectibus depravatis contraria, imprimis vim habet, ſi ſatis graviter, id vero est, rei gravitati accommodate, ea commendatio facta ſit. Quod quidem ipſum cum probe teneret religionis nostrae Conditor ſapientisſimus animique humani perſpicacisſimus, ut in aliis rebus, ita et in hac virtute commendanda omni ſua ut legati Divini auctoritate uſus est, atque ea gravitate locutus est, quae regni, quod conderet, Principem unice deceret. Imo vero cum ſciret, quantopere a recta via abesſent ſui temporis homines, perverſis doctorum eius aevi opinionibus imbuti, regia quadam dignitate periculoſis noxiisque horum praeceptis ſuam opponit doctrinam ſaluberrimam. Nam Doctorum Iudaïcorum de vindicta ſumenda doctrinam improbans, eamque funditus evertens, gravitate ea quae ſolet in audientium legentiumque animos vim habere maximam: „Ego, inquit, aliud vobis do praeceptum, ego hanc ſectatoribus meis trado regulam, hoc a regni mei civibus postulo: *Amate inimicos vestros.*" (a) Idemque plus ſemel hanc ſuam doctrinam tanta gravitate tantaque perſuadendi vi propoſuit, parabolis uſus, ut unusquisque ea virtute alliciatur facile, totusque Divino Doctori asſentiatur. Quid, quod ipſi illius adverſarii ad asſenſum ei praebendum esſent coac-

(v) 1 Cor. 13: 2 (w) 1 Cor. 13: 5, 7. (x) 1 Ioh. 2: 9—11. (y) Matth. 5: 48. (z) Cf. D. BOGUE, *Proeve over het Goddelijk gezag van het N. T.* Edit. Belg. a. 1815. P. I. c. 4. S. 9. p. 166. ſq. (a) Matth. 5: 43. ſqq.

ti, neque haberent quicquam, quod ei opponerent. Tantam ergo in docendo vim ac gravitatem in re gravisſima adhibitam, maximaque ſemper cum ſuavitate coniunctam, quis non probaverit ex animo et in maximum eam duxerit honorem doctrinae Christianae? Imo vero haec omnia reputantes, non poſſumus ſatis admirari IESUM eiusque Legatos, religionis nostrae doctores: neque ſatis unquam gratias agere Deo O. M. Patri clementisſimo, qui pro eximia ſua benignitate tanta in nos collocavit beneficia, et tam eximium nobis per Filium ſuum eiusque Apostolos annuntiavit Euangelium!

§ 62. Est autem, quamvis genuinae hominum naturae convenientisſimum, (b) hominibus tamen praeſenti in conditione depravata verſantibus per ſe difficulter exercendum hocce amoris officium. (c) Et tanta quidem est haec difficultas, ut niſi ei ſuccurreretur, nimium postulare doctrinam Christianam, dicendum omnino foret. Cum vero eidem egregie ſuccurratur in religione Christiana, idem hoc eximiam praebet huius doctrinae celebrandae opportunitatem. Quod enim univerſe ipſe dicit Conſervator, iugum ſuum mite esſe onusque leve; (d) quodque obſervat Iohannes Apostolus: mandata divina non esſe molesta: (e) id ſummo iure de hoc peculiariter φιλεχθρίας praecepto affirmamus, doctrinamque Christianam praeſtantisſimam dicimus, quippe quae rem per ſe difficillimam, hoc mandato contentam, non tantum minus molestam ſed vero *facilem* reddat. Ut ergo huius virtutis Christianae commendationem et a perſpicuitate et a gravitate laudavimus, ſic et facilitatis laudem ei tribuendam esſe ſtatuimus.

Haec enim commendatio ita est instituta, ut ei iuncta ſint optima quaeque et probatisſima, quibus, qui CHRISTO obtemperat, quam efficacisſime ad egregiam hanc virtutem exercendam moveatur et in ea re adiuvetur quam maxime. Ne vero quae antea dixi, ea omnia nunc repetam, ſufficiat iam paucis indicasſe quae attulimus de vinculis, quibus ex ſapientisſimo Dei conſilio cum inimicis quoque iuncti ſumus, (f) et quae diximus ad explicandam egregiae huius virtutis naturam, (g) quaeque in φιλεχθρίας Christianae laudem adduximus, (h) et quae de ipſa huius virtutis commendatione, qualis ea est in religione Christiana, protulimus, imprimis etiam, quod tam frequens est in ea huius doctrinae commendatio: (i) haec igitur omnia in memoriam revocasſe

(b) Cf. § 57. (c) Cf. § 58. (d) Matth. 11: 30. (e) 1 Ioh. 5: 3b. (f) Cf. § 34, 35. (g) P. II. S. 2. (h) § 57—59. (i) § 60, 61.

ſufficiat; ut videamus iis omnibus egregia ineſſe incitamenta, quibus ad hanc virtutem excolendam alliciamur et moveamur. His vero omnibus ſi addamus, ut ad omnia, ſic et ad hanc colendam virtutem promiſſum nobis eſſe auxilium Divinum efficaciſſimum, libertatemque nobis conceſſam eſſe hoc auxilium a Deo expetendi; agnoſcemus profecto, uberrimum eſſe ſubſidiorum fontem, quibus facillime huic praecepto obſequi poſſimus.

Ne vero in re quadam praecipua negligentius verſari videar, lubet hoc unum tanquam ſubſidium egregium, uberius exponere, quod *exempla* nobis proponuntur in Euangelio circa hanc virtutem perfectiſſima. Haec enim et ſectatorum IESU CHRISTI et ipſius Conſervatoris et vero Dei Patris coeleſtis exempla primum quidem docent quomodo hoc praeceptum de inimicorum amore ſit intelligendum; (k) deinde vero etiam ipſius huius virtutis magnitudinem et eximiam naturam nobis ob oculos ponunt; et docent quantopere nos deceat hanc colere virtutem. Quid ergo, ſi illi qui bona quaeque praeſtiterunt, malis affecti ab aliis, his ipſis inimicis benefaciant, atque manſuetudine et caritate maxima eos tractent; nonne et nos, qui plerumque inimicitiarum opportunitatem dedimus ipſi, nonne igitur nos amemus adverſarios iisque bona omnia et cupiamus et faciamus, ſi poſſimus? Quodſi Paullus aliique Apoſtoli calumniis, periculis, cruciatibus expoſiti et ad mortem iniuſte condemnati, nihilominus benevoli pergant in Euangelio inimicis etiam denuntiando, hominum ſua culpa miſerorum ſalutem quaerentes; ſi Stephanus ad crudeliſſimum ſupplicium raptus, preces fundat pro adverſariis; ſi CHRISTUS, nullo peccato inquinatus, pro hominum ſalute unice vivens, et quocunque veniret, beneficia in eos conferens, ſi optimus ille et ſanctiſſimus Conſervator, ab iniquis, maleficis et impiis hominibus peſſime habitus, iniuriis laceſſitus, trucidatus, in ipſa adeo morte ſemper adverſariorum cupiat atque procuret ſalutem; ſi Deus O. M. qui ſummo iure continuis malis punire poſſet ingratos peccatores, ipſi adverſantes, eos continuis proſequatur beneficiis; ſi idem ille Deus, qui nulla re externa impediebatur, quominus Filium in terram peccatis inquinatam mitteret vindictae Divinae nuntium, et malorum ultorem ſeveriſſimum, eundem contra miſerit Filium ſuum, ut gratiam hominibus annunciaret Divinam et perpeſſionibus ſuis morteque adeo violenta eorum procuraret ſalutem, hominumque eſſet Conſervator; — haec ergo omnia ſi vera ſint, uti ſunt veriſſima: nonne his

(k) Cf. P. I. S. 2. ad locum Matth. 5: 45. item § 15, 16 et 60.

moveamur, ut nos nostra quidem natura miseri et peccatorum venia quotidie indigentes, iidemque tantis ornati tamque gratuitis beneficiis, inimicis quoque nostris ex animo condonemus, iis benefaciamus, eosque amore complectamur? Cumque haec omnia inveniantur in Euangelio IESU CHRISTI, et doctrinae morali Christianae insint; nonne agnoscamus, eo haec egregie valere, ut nos adducant ad tam eximia exempla imitanda, eaque aptissima esse ad hanc virtutem faciliorem reddendam; nonne agnoscamus praestantissimam esse hanc doctrinam Christianam, quae virtutem per se difficillimam commendans, eam ita commendat, ut simul adiuvemur quam efficacissime ad summam hanc virtutem rite colendam? Nemo profecto erit paullo liberalior, qui haec rite consideraverit, quin grato animo id agnoscat, Deoque referat acceptum. Exempla enim non tantum praeceptis atque admonitionibus omnibus longe sunt efficaciora ad animum movendum flectendumque; sed haec saepe sola sunt, quae nobis probent, superari omnino posse difficultates rei exsequendae proprias: atque adeo effugia omnia et excusationes penitus tollunt, et non possunt non animum, pulcri, honesti bonique sensu non plane destitutum, ad egregii exempli imitationem excitare. Et est haec plurimorum hominum ratio, ut magis ad exempla sese componant, quam regulam quaerant atque principia, secundum quae actiones suas instituant atque dirigant. Quod si ergo in morum doctrina ipsis praeceptis addatur exemplum, quod ab omni parte sufficiat atque probandum sit, eo sane nihil excogitari potest praestantius. Illud vero exemplum ita constitutum sit, oportet, ut et perfectissimum sit et vero etiam naturae humanae accommodatum. Hominis autem peccatis inquinati exemplum omnibus numeris absolutum esse cum nequeat, cumque contra Dei exemplum sublimius sit, quam quod nos plene assequamur imitando; ante omnia observandum imprimis est, quanti sit aestimandum IESU CHRISTI Conservatoris exemplum. Hoc enim humanae naturae convenientissimum, neque tamen ulla macula infectum, perfectissimum est, et imitatione nostra dignissimum eidemque aptissimum: quo adeo ad succurrendum debilitati nostrae nullum excogitari potest melius. Quod adeo ipsum CHRISTI in amandis inimicis exemplum, imprimis maximi est ad rem nostram momenti. Hominibus enim nimium fere se ipsos amantibus, superbeque adeo de se existimantibus, difficulter persuadeatur, mansuetudinem illam et erga inimicos benevolentiam fortitudini atque dignitati ipsorum contrariam non esse, neque humili abiectoque aut molliori animo tribuendam. At omnem de hac re dubitationem tol-

lit CHRISTI exemplum. Hic enim homine natus Dei tamen fuit Filius, et ut homo inter homines verſatus, natura atque potestate valuit hominibus longe maiori: et hic tamen idem per totam vitam exemplum amoris erga inimicos praebuit luculentisſimum. Potestate ſua nunquam uſus est, ut inimicis ſeſe opponeret aut poenas iis infligeret promeritas, ultro ille ſe ipſum nihili fecit peccantium ſervus factus atque Conſervator: (*l*) quod profecto nos movere debet, ut eodem et nos animo ſimus. (*m*) Neque quicquam esſe potest, quod magis nos incitet et facilius nos moveat ad hanc colendam virtutem, quam huius exempli comtemplatio, quae ſimul ipſi huius virtutis commendationi ab IESU profectae, vim et efficacitatem conciliat quam maximam. (*n*)

Profecto cum *primum* de ipſius virtutis pretio conſtet, nobisque perſuaſum ſit, *deinde* vero videamus illius virtutis commendationem etiam *et* perſpicuitate, *et* gravitate, *et* tanta facilitate esſe inſignem; non posſumus non laudare doctrinam moralem Christianam ab hac parte praeſtantisſimam. Et grato ſane animo de hoc coelesti vereque divino dono laetatur, quicunque ſuae aliorumque hominum ſalutis cupidus eique favens, Deo ſimul Patri Clementisſimo placere ſtudet.

PARTIS TERTIAE

SECTIO ALTERA.

De Christianae doctrinae moralis prae aliis inſtitutionibus praeſtantia in commendando inimicorum amore.

§ 63. Posſit quidem nunc ad finem perductum cenſeri, quod tractandum ſuſcepimus argumentum. Etenim iam ostendere conati ſumus, quam maxime

---

(*l*) Phil. 2: 6. ſqq. (*m*) Phil. 2: 5. (*n*) Plurima de hoc I. C. exemplo in doctrina morali maxime laudando inveniuntur dicta a Viris plurimum venerandis I. VAN LOO, in opusc. *Gedagten en gevoelens van een Christen*, p 192. ſqq. et I. VAN DER ROEST in Serm. Sacr. *de exemplo I. C.* ſupra laudatis, imprimis p. 540—552. ut et a Viris Cll. A. W. P. MÖLLER, *Bewijs uit den aard der Zedel.* etc. in opp. Soc. Hag. a. 1803. § 36. p. 195—204 et § 38. p. 212. ſq. et in disſ. *over het on-*

elucere doctrinae Christianae praeſtantiam in inimicorum amore commendando. Sed ut magis etiam nobis gratulemur de accepto hoc in doctrina Christiana praecepto, lubet etiam paucis inquirere quantum abſit, ut ante doctrinam Christianam eodem modo fuerit commendata: ex qua obſervatione eluceat Christianae doctrinae prae ceteris etiam doctrinis moralibus praeſtantia. Hac quidem minori ceterarum doctrinarum perfectione aut defectu non augetur ipſum Christianae religionis pretium, neque ſalubrior inde fit eius indoles propria; ſed eo tamen valere poteſt huius rei obſervatio, ut perſpiciamus quantum hac in re debeatur egregio I. C. Euangelio; unde creſcat nostra huius doctrinaé existimatio, cum videamus quantas Deo gratias debeamus, quamque digna ſit eius lex, cui ex animo obtemperemus.

Hanc ergo disquiſitionem ita ſumus inſtituturi, ut *primum* doceamus, Graecos Romanosque, quamvis acutisſimis philoſophis claros, egregiam doctrinae Christianae in commendando inimicorum amore rationem nequaquam asſecutos esſe; *tum* vero paucis item ostendamus, ne Israëlitas quidem, quamquam praeſtantisſima inſtitutione donatos hoc attigisſe hac in re faſtigium.

§ 64. Prouti autem opus non est ad probandam Christianae doctrinae prae ceteris inſtitutionibus praeſtantiam, ut omnia, quae a quarumcunque gentium ſapientibus tradita ſunt praecepta moralia examinemus, ſed ſufficit ſi cultisſimorum populorum rationem habeamus: ſic etiam ſi horum ipſorum Graecorum Romanorumque rationem contemplandam ſumſimus, variarum, quae apud eos exſtitere, ſectarum, omniumque adeo philoſophorum placita perlustrare, nobis quidem iudicibus, ad rem nostram opus non est. Nos vero pro huius commentationis ratione proque doctrinaé nostrae mediocritate paucos quosdam conſiderabimus, ſed communi illorum populorum opinione imbutos illos et ingenio excellentes: ex quorum ratione ſi ſapiamus, ſatis hoc conducturum videtur ad id efficiendum, quod volumus.

Quodſi vero doctrinae Christianae praeſtantiam prae Graecorum Romanorumque philoſophia perſpicere velimus, optima haec ratio videtur, ut non ſingula loca cum ſingulis locis, ſed univerſam doctrinam Christianam cum univerſa Graecorum Romanorumque doctrina comparemus. Neque enim illius doctrinae praeſtantia tantopere elucet, ſi ſingula ſpectemus praecepta, cum eorum plurima iam aliquo modo probata aut commendata invenire lice-

---

geloof der Joden etc. Opp. Soc. Hag. a. 1795. p. 216—221. et H. C. CRAS, in Disput. Legati Stolp. laud. p 29, 30.

at. (*o*) Sin vero, uti oportet, totius doctrinae Christianae moralis complexum (*p*) spectemus, illiusque cum fidei doctrina coniunctionem; nihil apud antiquos unquam inveniemus, quod possit egregiae huic rationi aliquo modo aequiparari. (*q*) Etiamsi ergo aliquam virtutem haud minus bene inveniremus ab antiquis, quam in doctrina Christiana commendatam; vel sic tamen hanc, propter *universam* eius rationem, longe praestantiorem merito diceremus.

§ 65. Sed in *singulari* ea, de qua agimus, virtute commendanda magno post se intervallo antiquos relinquit divina CHRISTI morum doctrina. (*r*) Nec tamen ii nos sumus, qui partium studio aut praeiudicatis opinionibus ducti antiquorum vilipendamus doctrinam, neque multa eos protulisse dicamus attentione nostra dignissima. Absit profecto malesana ista multorum ratio, quae perparum omnino valet ad extollendam doctrinae Christianae praestantiam. Neque enim id laudi est ducendum, si quid praestet rei cuidam minime probandae. Sed bona quaeque et egregia si inveniamus in doctrina Veterum,

---

(*o*) Cf. A. W. P. MÖLLER Vir. Cl. in Diss. Soc. Hag. a. 1803. *Bewijs voor den Goddel. oorspr. en h. gezag v. het Euang. uit den aard en invloed v. deszelfs Zedeleer* p. 239, 240. § 42. Unusquisque tamen paullo doctior atque liberalior facile concedit, falsam fuisse *Bolingbrokii* sententiam, omnia *praecepta* Euangelii *moralia*, nullo quidem excepto, iam dudum antea ab antiquis Philosophis praescripta fuisse, statuentis. (*p*) Digna sunt, quae hic adscribam verba MÖLLERI l. l. p. 240. sq. *Het licht der Rede heeft in menige Wijzen van vroegeren leeftijd zeer helder geschenen, en ter eere der menschheid spreekt door hen op zuiveren toon de stem van dat beter ged elte van menschen, waardoor wij Gods geslacht blijken te zijn* (*Hand.* 17: 28.) *Dan, bij dat alles blijft de voortreflijkheid der Euangelische Zedenleer boven alles wat voorheen gedaan is, altijd nog zeer groot. Want men vindt zoo veel waars en voortreflijks te saamen, en in een zoo heerlijk verband, noch bij eenen afzonderlijken Wijzen der Oudheid, noch bij ééne eenige Philosophische school of secte, noch bij allen te saamen genomen.* Quae deinceps non minus egregie probat p. 241—260 et passim. Et vel nobis non laudantibus unusquisque cum his conferat, quae de eodem argumento disputat Vir Celeb. I. CLARISSE in dissert., de eodem argumento, in eadem societate praemio ornata et saepius a nobis laudata p. 125. sqq. § 13. (*q*) Hoc item observat MÖLLER l. l. p. 241. ubi inter alia haec dicit: *In de Zedenleer der Ouden vertoont zich nergens een zoo nauw verband tusschen Zedenkunde en Godsdienst dan in de Christelijke. Zoo nauw en treffend heeft geen Wijsgeer van Griekenland en Rome, God, deugd en onsterflijkheid vereenigd, als de Stichter van het Euangelie. En zoo eene, niet slechts zedenlijk goede, maar zedenlijk Godsdienstige gezindheid, als het Euangelie inboezemt, kon ook het Heidendom nooit verwekken.* etc. quibuscum cff. omnino quae dicit idem Vir cl. § 19. p. 62. sqq. Cl. CLARISSE l. l. § 5. p. 32. sqq. REINHARD, *Christl. Mor.* § 198. Ven. S. D. DE KEIZER, *Geloofs- en Zedel. v. Paulus* etc. in Comm. Soc. Hag. l. a. 1817. p. 301. sqq. et I. G. ROSENMULLER, *Hist. bewijs voor de waarheid van den Kristlijken Godsdienst.* Edit Belg. a. 1792. p. 346. sqq. (*r*) Cf. Cl. CRAS *Disput.* laud. p. 10.

et ſi vel ſic tamen eluceat prae illa haec CHRISTI doctrina, tum demum multo haec maioris erit aeſtimanda, idque in magnum ei cedet honorem.

Lubenter igitur agnoſcimus, imo vero laetamur quam maxime, fuisſe inter Graecorum Romanorumque imprimis ſapientes, qui praeclara multa de ira et vindicta cohibenda, et de manſuetudine et benevolentia erga inimicos exercenda protulerint et id probarint, ſi quis posſet bonum pro malo rependere. (s) Sed vero *et* ipſam, qualem commendabant, hanc virtutem *et* eius commendationem apud antiquos minus esſe laudandam quam in doctrina Christiana, ex his paucis ſatis iam patebit.

Et primum quidem obſervo, Veterum illum erga inimicos amorem *non tam late patuisſe*, quam Christianorum. In eo peccarunt politisſimi quique Graeci ac Romani, quod exteros omnes communi barbarorum nomine notarent, eosque non tantum non curarent ſed contemnerent prorſus, et ſi rem cum iis gerebant, omnem ſaevitatem in eos iustam aeſtimarent; aeque ac ſi inter ferarum beſtiarum et hostium venationem nihil interesſet. Commune enim illud humanitatis inter omnes vinculum non tantum vulgus, verum etiam philoſophi veteres vix ſenſisſe, certe non ſatis tenuisſe videntur. Etſi enim ſubinde aliquam eius mentionem iniiciant, plerumque tamen illud negligunt et tantopere ſuam extollunt patriam atque civitatem ut non posſint non deſpicere ceteros populos omnes. Civitatis communionem in cive colebant, in peregrino non agnoſcebant humanae naturae ſocietatem. Hoc adeo in poëtarum carminibus et in dictis oratorum, hoc in placitis cernitur philoſophorum et in ſententiis legislatorum; et, ut unum afferam exemplum quod est inſtar omnium, hoc ipſum ſignificavit, inter cultis-

(s) Cf. REINHARD l. l. 3 band. § 302. p. 230. ſq. not. *a*, ubi et GROTIUM laudat qui hoc idem obſervat in libro *de veritate relig. Christ.* L. IV. § 12. et WOLFII *Comment. quid de officiis et amore erga inimicos Graecis et Romanis placeat.* Halae 1789. Quibus addantur I. I. WETSTEIN, *N. T. Graecum* T. I. ad Matth. 5: 44. et T. II. ad Rom. 12: 14. ſqq. item GROTIUS ad Matth. 5: 44. et PRICAEUS ad Luc. 6: 27. ut et Ven. E. VALK in disſert. quae exſtat in Opp. Soc. Hag. a. 1812. P. III. disquiſitionem exhibens: *over het goede in de ſtelſels der Wijsgeeren zoo vóór als na Jezus tijd* p. 149. ſqq. Viri hi doctisſimi plurimorum quae apud Veteres exſtant locorum praecipua laudarunt, quare actos agere labores videamur, ſi eadem hic repetere velimus. Sed apponam h. l. verba Cl. I. CLARISSE, l. l. p. 128. ſq. ubi postquam plura de Euangelii praeſtantia prae antiquorum philoſophia dixit, ita pergit: *Het zal nu weinig afdoen, al meent men voor elken pligt, uit de ſchriften van eenen of anderen Wijsgeer, wel één of ander gezegde te kunnen vinden: zulk eene bijeenraping toch zou meer moeite kosten, dan oordeel verraden* etc.

fimos omnium Athenienfes cultisfimaque aetate genens ipfe ille fapientisfimus legislator, Solon, qui ita Mufas invocat:

> Ὄλβον ἐμοὶ πρὸς θεῶν μακάρων δότε, καὶ πρὸς ἁπάντων
> ἀνθρώπων αἰεὶ δόξαν ἔχειν ἀγαθήν·
> εἶναι δὲ γλυκὺν ὧδε φίλοις, ἐχθροῖσι δὲ πικρόν·
> τοῖσι μὲν αἰδοῖον, τοῖσι δὲ δεινὸν ἰδεῖν. (t)

Deinceps etiam inimicis quibuscunque acerbisfimis et infestisfimis etiam condonandum, bene cupiendum atque faciendum esfe femper, non ita, ut religio Christiana, docuit antiquorum moralis doctrina. Quid, quod ipfe Cicero, qui inter primarios numerandus est philofophos, benevolentiam erga inimicos probantes, cum dicat virum bonum esfe, qui profit, quibus posfit; noceat nemini, *nifi lacesfitus iniuria*. (u)

Neque etiam porro *fincerum* illum et *factis fefe prodentem* amorem, doctrina Christiana commendatum, praecipiunt Graeci aut Romani philofophi. Satis praeclare quidem laudant placabilitatem atque clementiam, iramque cohibendam esfe docent; fed univerfe magis quid cavendum fit dicunt et plurima esfe ferenda, curandumque ne graviter erumpat odium; minus vero erga ipfos inimicos amorem iniungunt aut iis condonandum atque benefaciendum esfe iubent: (v) ne de precibus dicam, quas pro inimicis fundere nos iubet doctrina Christiana. Quid? quod adverfetur eorum doctrina egregiae isti rationi Christianae, quae efficit, ut fentiamus cum aliis, inimicis etiam, atque mifericordia moti iis adfimus, ubi opus est. Quis enim ignorat, hanc a Seneca expresfam, ipforum Stoicorum fententiam: clementiam quidem animi morbum esfe, fapienti viro

---

(t) Vid. R. F. P. BRUNCK *Gnomic. Poët. Graec.* Argentor. 1784. pag. 74. (u) *De Offic.* l. III. c. 19. (v) Cf. L. VALK. l. l. p. 153. fq. et CHR. GARVE in *Philof. Anmerk. und Abhandl. zu Cicero's Büchern von den Pflichten* edit. 2a Breslav. 1784. P. I. in disf. quam infcripfit: *von der Liebe der Feinde* p. 234. ubi de duobus Ciceronis locis, de Off. l. I. c. 25 et l. I. c. 38. disferens, inter alia haec fcribit: *An dem erften Orte beftreitet er die meynung, dasf es ein zeichen eines ftarken Geistes fey, auch ftark zu hasfen: in dem letzteren fchreibt er regeln vor, wie man fich bey öffentlichen ftreitigkeiten mit feinen Feinden verhalten müsfe. Dort verlangt er alfo nur eine Mäsfigung des Zorns; hier anftand und felbstbeherrfchung in den ausbrüchen desfelben;* nirgends *verbietet er die Feindfchaften felbst.*

indignam. (*w*) Quare merito dubitamus, an amorem vere sic dictum, erga inimicos ostendendum, unquam praescripserint Veteres.

Certe *generosum* illum erga inimicos amorem, *ex puro fonte atque principio ortum*, nusquam equidem ne appellatum quidem apud eos audivi. Et est hoc tertium idque postremum, quod de ipsa nunc virtute dicam. Neque etiam tam excelsum amorem colere poterant, qui ne Deum quidem recte noverant, e cuius obedientia ac reverentia imprimis profluere debet haec virtus, si vera erit sibique semper constans. Praeter alia enim, quae memoratu vix digna videntur, (*x*) imprimis inter principia atque incitamenta, quibus ad benevolentiam erga inimicos ducebantur, recensenda videntur nimia quaedam ambitio et magni animi ostentatio, qua non tam inimicorum salutem, quam suum potius spectabant honorem. Quibus omnibus quantopere adversetur religio Christiana, et meliora iis ac praestantiora iubeat, antea vidimus. (*y*)

§ 66. Sed infinite prae antiquorum philosophorum sapientia excellere doctrinam Christianam in amore inimicorum commendando, ex ipsa etiam commendationis ratione imprimis elucet.

Commendationis enim *perspicuitatem* multo minorem esse in philosophia Veterum, quam in Christiana doctrina, unicuique in oculos incurrit. (*z*) Sunt enim non nisi universa quaedam enunciata, ab iis prolata, e quibus vix perspicias, quinam intelligi possint aut debeant inimici: utrum ii tantum, qui nobismet ipsis adversantur, an vero etiam qui aliis nobiscum iunctis sese opponunt. Quomodo autem sit animus, ad inimicorum amorem pronus, factis demonstrandus, dilucide proponitur in doctrina Christiana, idem vero hoc ne dignum quidem censuerunt Veteres, quod perspicue indicarent. Quod quidem quantae sit utilitatis et vero necessitatis, quisque intelligit. Quodsi enim officium quoddam non satis explicite proponatur, imprimis si id negligatur in re tam difficili; quomodo quaeso illius naturam ac rationem cognoscemus, atque perspiciemus qua ratione variis in rerum adiunctis positi universum praeceptum rei praesenti sit accommodandum? Quod ipsum quam facile fiat secundum doctrinam Christianam, antea docuimus. (*a*)

(*w*) Cf. SENECA *de Clem.* l. II. c. 5, 6. et L. VALK l. l. p. 155. sq. (*x*) Cf. L. VALK l. l. p. 152. sq. (*y*) Cf. § 56. (*z*) Cf. de hac quaestione ad universam doctrinam relata Cl. I. CLARISSE l. l. p. 128. et quae antea diximus § 62. (*a*) Cf. imprimis P. II. S. 2.

Verum enim vero multo etiam magis antiquorum in hac virtute commendanda rationem *gravitate* vincit doctrina Christiana. Ubinam, quaeſo, tot tantisque rationibus commendatur haec virtus apud ullum philoſophum antiquum? Aut quisnam eorum unquam necesſarium esſe ſtatuit homini cuique hunc colere amorem? Aut quis docuit eum negligi impune posſe a nemine? Nusquam inimicorum amor; quicunque tandem, ut primarium et unum in paucis praecipuum officium proponitur. Nusquam doctrina invenitur moralis, quae unice amorem ſpiret, et hunc amorem ſine φιλεχθρίᾳ imperfectisſimum esſe doceat. Nullus est antiquorum philoſophus, qui auctoritate ea; eaque dignitate ac maiestate inimicorum amorem iniunxerit, ne dicam iusſerit ac postulaverit, quibus id factum videmus egregie in doctrina Christiana. Imo vero inconſtans valde est, et fluctuans antiquorum illa morum doctrina. Quod enim alter ponebat, negabat ſaepe alter, ne dicam eundem philoſophum quod alio tempore probabat ac commendabat, alio tempore improbasſe et contraria ſaepe dixisſe. (*b*) Cumque adeo nullus eorum auctoritate alios ſuperaret, ſponte patet nullius doctrinam ſtabilem quandam habere potuisſe vim atque efficacitatem in hominum univerſe animos.

Et ſi vel gravitate ſatis valeret Veterum illa doctrina, egregiis tamen illam deſtitutam fuisſe adiumentis, quibus *facilis* homini redderetur haec virtus, aut quibus *erigeretur* delinquens, unusquisque ſponte concedet, qui aliquam cum iis contraxerit familiaritatem. Etenim, quamvis fuerint ſubinde inter Veteres, qui egregia huius virtutis ederent ſpecimina, nonne alio tamen tempore a recta via deflectebant, et plerumque contrario agebant modo? Nonne omnes ſuam aliorumque rationem contemplati deſperare debebant de officio hoc conſtanter ac bene explendo? Nonne vires ſenſibus et affectibus debilitatae deficiebant? Quis igitur exemplum iis praebebat eiusmodi, ſanctisſimum ac perfectisſimum, quod ſequi et in omnibus et in hac praeſertim virtute excolenda tuto posſent, cuiusmodi exemplum nobis dedit divina CHRISTI Apostolorumque doctrina? Quis noverat, Deum O. M. per Filium ſuum Patrem

(*b*) Sic CICERO alio tempore erga inimicos manſuetudinem laudat, alio iterum tempore a viro bono alienum non iudicat, ſi alicui *noceat*, *iniuria laceſſitus*; et de viro quodam ad Atticum ſcribens: *Odi*, inquit, *hominem, et odero. Utinam ulciſci poſſim; ſed illum ulciſcentur mores ſui!* et in Antonium: *ſic ulciſcar facinora ſingula, quemadmodum a quibusque ſum provocatus.*

clementisſimum eſſe ac benignisſimum, qui delinquentibus ignoſcat, viresque addat petentibus? Quis tanta praeterea bona iis promittere auſus fuiſſet, tanquam amoris ſui praemia, ſemper duratura? Profecto nec Graeci nec Romani, neque ullius gentis, ſingulari Dei patefactione non gaviſae, ſapientes excogitare nedum procurare potuerunt ullo modo ea omnia, quae in doctrina Christiana benignisſimi Dei nomine ab ipſo IESU eiusque legatis certo nobis promittuntur. (*bb*)

§ 67. Quantum ergo nostra felicitas praeſtat illorum hominum ſorti! Quantas debemus Patri coelesti gratias pro infinita ſua erga nos benignitate, qua nos ſingulari ſua inſtitutione beavit. Hac enim accedente, illustrantur hominum mentes, ſuavisſimoque et optimo ſenſu perfunduntur eorum animi, qui ea uti inſtitutione velint: atque hac ipſa egregia quaeque, quae homini a Creatore indita ſunt, ſemina ſe explicant, increſcunt et bona omnia proferunt. Et hoc quidem ipſum gravisſimo exemplo nos docet gens Israëlitica, Dei conſilio a ceteris terrae gentibus ſegregata et peculiari ratione, favente ipſo Dei numine, educata. Cuius educationis effectus ſalutaris et in hoc conſpicuus fuit, quod in amore colendo ceteris ſui temporis hominibus praeſtiterint omnibus. Uti enim Orientales univerſe ingenio vividi facillimeque ſenſibus affectibusque abrepti, in inimicorum odium propenſi, vindictaeque ſumendae cupidisſimi ſunt; (*bbb*) ſic et Israëlitae, niſi Deo interveniente fuiſſent cohibiti, nunquam habuisſent tam praeclaram amoris commendationem, quam nunc apud eos viguisſe obſervamus. Hisce enim praeceptis ſummo Deo moderante beati, cultisſimis etiam Graeciae Latiique populis praecelluerunt. Quamvis enim ſapientisſimo Dei inſtituto a cunctis aliis gentibus ſegregati viverent Israëlitae, in inſtitutione tamen, quam interveniente Moſe, a Deo acceperunt, plurima habentur, quae animum ad benevolentiam erga alios populos, univerſumque genus humanum componant. (*c*) Etiamſi in aliis tamen ad gentis indolem

---

(*bb*) Cff. omnino Cl. I. CLARISSE l. l. § 9—11. p. 88. ſqq. et Cl. MÖLLER l. l. § 35. p. 153 ſqq. (*bbb*) Cff. I. D. MICHAËLIS *Moſ. Recht* § 131—136 et 273—279. atque in diſſ. *de poena homicidii* § 24—27. quae est in *Syntagm. Commentatt.* eius P. I. p. 44 ſqq. D'ARVIEUX, *Reis naar den grooten Emir*, ed. G. KUIPERS, p. 207. ſqq. et H. E. WARNEKROS, *Hebr. Alterthümer*, ed. 2ᵃᵉ. p. 316. (*c*) Cf. omnino Ven. I. HINLÓPEN in *Opmerkingen over de liefde tot elkander en tot allen in Moſes wetten geleerd*, in opusculo cui titulus est: *Vervolg van Overdenkingen* p. 243. ſqq. imprimis p. 254. ſq. *Brieven van eenige Joden aan Voltaire*, P. II. p. 23. ſqq. P. III. p. 215. ſqq. WARNEKROS l. l. p. 79, 140. et I. A. NOËSSELT, *Waarh. en Goddelijkh. v. d. Christ. Godsd.* ed.

accommodatis aliarum gentium cura minus est perſpicua. (*d*) Porro autem amor, quem ſociis deberent, ſimilis esſe debebat amori, quo ſeſe ipſi complectebantur: neque hoc amore excipiendi erant inimici. (*e*) Quamvis enim iudices esſent, qui uniuscuiusque iura contra iniustos aggresſores defenderent atque vindicarent, (*f*) ipſis tamen ſua auctoritate vindictam ſumere, prohibitum erat, neque odium animo fovere licebat. Sed oportebat inimicis, quacunque in re adverſa aut ingrata ſuccurrere: (*g*) eosque adeo ſincero amore complecti. Eandem amoris commendationem repetierunt continue Prophetae a Deo ad gentem ſuam misſi. Et male quidem e Davidis carminibus aliisve locis quaedam a nonnullis adduci huic doctrinae contraria, multi iam obſervarunt. (*h*) Multo tamen explicatius, quam a Davide factum est, magisque ad Christianam rationem accommodate inimicorum amorem commendavit Salomo. Hic enim non tantum vetat, ne inimicorum fortuna adverſa nobis praebeat laetandi materiam; (*i*) ſed vero etiam bonis afficiendos esſe adverſarios, tam luculenter monet, ut eius etiam verbis deinceps uſus ſit Apostolus Paullus ad eandem virtutem commendandam. (*k*)

§ 68. Sed quid igitur? num Israëlitarum de inimicis amandis doctrinam Christianae doctrinae hac in cauſa aequiparandam dicemus? Longe abest profecto. Sed cum tanta ſit Israëliticae doctrinae praeſtantia, nunc demum rite perſpicere poterimus, quam egregia ſit ratio doctrinae Christianae, cum videamus hanc optimae, quae unquam antea hominibus data est, doctrinae longe antecellere.

Est enim per IESUM CHRISTUM, hominum Conſervatorem vere demum ſublatum Iudaeorum et ceterarum gentium discrimen: quo factum est, ut hostes nulli habeantur propter gentis aut regionis diverſitatem, ſed omnes omnino homines cuiuscunque et gentis et regionis communi vinculo ſecum invicem conſo-

---

Belg. P. II. § 134. p. 313. ſq. (*d*) Cf. HINLÓPEN l. l. p. 257. (*e*) Lev. 19: 18. (*f*) Exod. 21: 21—25. De talionis iure apud Israëlitas cff. Michaëlis *Moſ. Recht* § 240. et I. H. PAREAU Vir Cl. in *Ant. Hebr. Deſcr.* p. 241—243. (*g*) Exod. 23: 4, 5. (*h*) Cff. imprimis viri Cl. H. MUNTINGHE *praefat. ad belg. Pſalmorum verſionem* edit. 2ae. P. I. a. 1820. p. L—LIV. et Y. V. HAMELSVELD *Bijbel verdedigd* P. II. p. 131. et P. III. p. 369. (*i*) Prov. 20: 22. c. 24: 17, 18. (*k*) Prov. 25: 21, 22. coll. Rom. 12: 20. Cf. H. MUNTINGHE Vir Cl. in opere *Geſchied. der Menschh. naar den Bijbel* P. VI. p. 227. ſq. et annot. 177. p. 73. Ceterum de huius virtutis commendatione posterioribus temporibus, aut de hoc mandato miſere a Iudaeorum ſerioris aevi doctoribus contorto, plura dicere opus non videtur, cum Salomo huius virtutis doctrinam ad ſummum fastigium evexisſe videatur.

cientur. (*l*) Et vero, uti Christiani iubentur non Graecorum more unam amare civitatem, sed omnes gentes una complecti civitate regnoque coelesti, ita etiam haec apud Iudaeos unius familiae Israëliticae cura in amorem abiit totius gentis humanae fraterno vinculo coniunctae. Atque propterea multo amplior est φιλεχθρίας in Christiana doctrina commendatio, melioribusque et certioribus limitibus circumscripta atque optime definita. Deinde vero etiam momenta huic amoris commendationi Christianae adduntur multo graviora ac nobiliora, quippe quae animum spectant imprimis, animique felicitatem aeternam, a Deo exspectandam.

Porro Dei Patris nobis in Euangelio non tantum proponitur exemplum, sed et promittitur auxilium efficacissimum: dum Mosaïca illa institutio metu maiestatis Divinae quam plurimum incitaret Israëlitas. Et quod hoc loco negligendum non est, nondum viderant Israëlitae imaginem IESU CHRISTI sibi propositam, in quam qui inspiceret, maximum haberet ad hanc virtutem exercendam incitamentum. Delineatus ille quidem erat a Prophetis ut venturus Messias, eiusque praecipua fata illi pinxerant egregie, sed id tamen iis deërat, quo nos gaudemus, exemplum factorum I. C. in omni vitae genere, et in agendi etiam ratione cum inimicis in variis rerum adiunctis. Quod quidem in amore inimicorum optimum est ac perfectissimum ad imitandum exemplum: quo ipso *et* Israëlitarum *et* Graecorum Romanorumque *et* quorumcunque tandem hominum doctrinae praestat Christiana religio semperque praestabit.

Haec habui, Viri Clarissimi! quae de gravissimo hoc argumento dicerem: ex cuius pertractatione fructus cepi et ad utilitatem et ad suavitatem uberrimos. His autem multa defutura esse, ipse probe sentio: quae tamen si aliquo modo a vobis, Viris Eruditissimis, probari videam, habebo de quo summopere laeter, et gratias agam, Deo O. M. Patri coelesti, quam possum maximas.

(*l*) Cf. Doct. v. OORDT, l. l. p. 98. et H. WOERMAN in Comment. de librorum V. T. praestantia, p. 109. sq. in annalibus Acad. Rheno Traiect. anni 1819—1820.

WICHERI VAN SWINDEREN,

GRONINGANI,

IURIS ROMANI ET LITTERARUM HUMANIORUM CANDIDATI,

COMMENTATIO

AD

QUAESTIONEM A NOBILISSIMA FACULTATE IURIDICA ACADEMIAE GRONINGANAE IN CERTAMINE LITTERARIO

ANNO CIƆIƆCCCXX

PROPOSITAM:

UT FIAT COLLATIO INSTITUTIONUM IUSTINIANI CUM INSTITUTIONIBUS GAII VERONAE INVENTIS, INDE AB INITIO USQUE AD LOCUM DE TUTELIS. — IN ADIECTIS OBSERVATIONIBUS, MORUM, OPINIONUM IPSIUSQUE IURIS NOTENTUR MIGRATIONES! — BREVE, NERVOSUM ET NON INELEGANS ADHIBEATUR DICENDI GENUS, ROMANO IURE NON INDIGNUM! — INUTILES EVITENTUR AMBAGES!

QUAE PRAEMIO ORNATA EST.

Neque magis abſtineri a vetustis, quam a novis, quibus illa mutata aut temperata ſint, oportet.

G. NOODT. ***Or. de civili prudentia.***

PRAEFATIO.

Ex unanimi consensu virorum in iurisprudentia principum, dudum mihi apparuit ad gravissimam hancce disciplinam toto pectore amplectendam, non levem aliquam sufficere iuris Romani notitiam, sed totius ante actae legislatoriae sapientiae memoriam requiri. Si quis ergo paullo erectior e rabularum grege haberi et leguleium dici dedignetur, huic neutiquam satis ducendum esse putavi, ex iure civili Romanorum delibare nonnulla, quae ad forensem usum maxime pertinent, sed omnem industriam ei conferendam, ut eruditam universae antiquitatis Romanae cognitionem intueatur et cuiusque instituti caussas, origines, progressus, vicissitudines comperta sibi habeat atque perspecta. Quanto huius doctrinae apparatu muniti ad iurisscientiam accesserint easque literas summa cum laude exornaverint viri praeclari, cum ex omni fere gente Europaea, tum e nostratibus, facile perspexi, et cuique, qui NOODTIUM *sibi,* BYNKERSHOEKIUM *aut* SCHULTINGIUM *in memoriam revocaverit, intelligere in aperto est. Horum igitur exempla expetivi, ad quae si ingenii viribus non valerem, at industriae assiduitate conarer studiorum meorum rationem instituere. — Quo consilio cum animum ad haec negotia intendere coepissem, haud infitior primo me obtutu laetum audivisse a Facultate Iuridica Academiae Groninganae in quaestione, ad certamen ci-*

vibus proposita, desiderari comparationem Gaii institutiones inter nuper Veronae inventas, et Iustinianeas. Haec scilicet materia mihi, tironi parum exercitato, arrisit, tamquam satis idonea in qua tractanda ingenii vires periclitarer. At manu vixdum operi admota, tot tantaeque obortae sunt difficultates, ut consilii inopia adfectus omne hoc negotium paene missum facerem aliisque peritioribus relinquerem. Neque tamen me ab incoepto desistere passa fuit praemii cum laude coniuncti spes atque cupido. Deinde etsi non ignorabam plus oneris quam ferre possim a me suscipi, si non modo rem omnem in quaestione propositam oratione complecti, sed et singulas eius partes penitus exsequi vellem, illud tamen animum relevavit, quod certissimum elaborationis lucrum, et in meae quantulaecunque doctrinae incremento, et in ipsa disquirendi voluptate futurum videretur. Itaque animum de praemio nimis sollicitum metuque iam abiectum excitavi et ad meliorem spem erexi. Hoc unum vehementer me urget, vix fieri posse, ut dicendi genere, quod breve, nervosum, non inelegans adhibendum est, iustissimis aureaeque et accuratioris latinitatis studiosissimis iudicibus satisfaciam. Novi enim in hac causa cum eiusmodi viris mihi fore negotium, qui non alio sermone, quam summa puritate et exquisita munditie commendato, delectantur.

In elaboranda autem huius libelli materia, illam normam secutus fui, qua paucis de Gaii vita et scriptis praemissis, rem tribus capitibus absolverem. Quorum primum iuris constituti species, fontes, divisionem exhibeat. Alterum ad ipsum iuris Romani de personis doctrinam accedens primam illarum distinctionem exponat. Tertium denique secundae personarum distinctionis partem alteram de his qui sunt alieni iuris complectatur, ita ut tribus sectionibus de potestatis, manus et mancipii indole, effectibus et acquirendi modis agatur. Quarta vero de modis subiiciatur, quibus hi, qui alieno iuri sunt subiecti, eo liberentur.

INTRODUCTIO.

De Gaii vita et scriptis.

GAIUS vel TITUS GAIUS uti legitur in Codd. MSS. Parisiensi et Wurciburgensi, testibus MEERMANNO (1) et CLIFFORDO (2) Ictus praestantissimus natus fuisse videtur imperatore Hadriano, ipse enim (3) *nostra aetate*, inquit, *Serapias Alexandrina mulier ad divum Hadrianum perducta* etc. Floruit vero sub ANTONINO PIO et MARCO AURELIO multosque libros scripsit, quorum in Digestis fragmenta prostant. (4) Maxime vero inclaruit duobus libris editis, altero, rerum cottidianarum, institutionum altero, qui adeo in deliciis erant apud veteres, ut aureorum nomine ornarentur. Institutionum libros IV scripsisse videtur, post mortem ANTONINI PII, (5) primis DIVI MARCI annis. Videtur enim apud eum iam sermo esse de cura ob minorem aetatem, (6) quae huic imperatori debet originem; nil vero dicitur de addictione bonorum libertatum conservandarum causa, quae ab eodem est oriunda. (7) In iure addictus fuit sectae Sabinianorum uti non uno loco profitetur; (8) ita tamen, ut si LABEONIS, aliusve diversae scholae auctoris, verior ipsi videretur sententia, agnoscere haud dubitaret. (9) Videtur autem decessisse MARCO adhuc imperatore. (10) Scio equidem fuisse qui putaverint illum ad CARACALLAE usque tempora inter vivos remansisse, uti RAEVARDUS, (11) CONRADI (12) et nuperrime Cl. HUGO, (13) verum gravissima iis obmoveri possunt argumenta.

1°. GAIUS Sabinianis partibus fuit addictus. Unde merito colligimus eum POMPONIO esse antiquiorem, post cuius demum aetatem hae sectae in concordiam magis redierunt.

---

(1) *Spec. animadv. crit. ad* GAII *inst. Paris* 1747. 8°. *et in Thes. Meerm. T. VII. p.* 675. (2) *Spec. inaug. exhibens variet. lection. etc. ex* GAII *institt. libris* (L. B. 1802, 8.) *p.* 18. (3) Cf. L. 7 D. *de rebus dubiis.* (4) L. 11. D. *de iurisdict.* BRISSONIUS, in voce. (5) NOODT *observ.* L. II. c. 5. *de foenore et usuris* L. III. c. 7. (6) *Comm.* I. § 197, *quo pertinet* II, § 163. (7) Pr. I. *de eo cui libert. conserv.* (8) Cf. *Index in* GAIUM p. 353. *in fine.* (9) *Comm.* III. § 183. (10) Cf. CLIFFORDUS, et *qui eius vitam enarrant* BERTRANDUS, GROTIUS, ALEANDER, OISELIUS. (11) Coni. l. 3. c. 19. Var. l. 3. c. 10. (12) *De vera aetate* GAII in actis eruditorum Lip. a. 1727. p. 69 et in Parergis Tom. II. p. 279—292. (13) *Civilistisches Magazin* B. II. p. 356.

2°. GAIUS memorat caput fecundum legis Aquiliae, idque aliquam habuisse utilitatem affirmat, quia daretur contra infitiantem actio in duplum, (14) ULPIANUS vero dicit illud capitulum fua aetate in defuetudinem abiisfe, (15) adeoque fatis magnum temporis intervallum inter utrumque intercesfit.

5°. Argumento Cl. HUGONIS illum neque a PAULO, neque ab ULPIANO ceterisve recentioris aetatis Ictis citari (16) merito opponimus, GAIUM quoque, qui ceteroquin fuae et diverfae fcholae auctores etiam IULIANUM citat, PAULUM, PAPINIANUM, aliumvè ne nuncupare quidem, adeoque his esfe antiquiorem; atqui conftat PAPINIANUM, qui fub SEVERO praefectus praetorio fuerat, a CARACALLA primo imperii anno esfe interfectum.

Scripta autem GAII omnia aetatem non tulerunt. IUSTINIANUS tamen imperator quaedam eius fragmenta in Digesta recepit, et inftitutiones fuas ad normam inftitutionum GAII compofuit, reiectis aliis, aliis aliunde arcesfitis, unde eum *nostrum* vocat, (17) non uti HOTOMANNUS (18) aliique putarunt, ac fi ipfi familiaris fuisfet, et Inftitutiones Graece fcripfisfet. (19) ALARICUS II Rex Vifi-Gothorum qui periit a°. 507. pugna adverfus Francos in campo Vogladenfi, iusfit ANIANUM (20) quemdam, leges Romanorum colligere, Romanis fub imperio fuo viventibus, qui inter alia GAII inftitutiones in Epitome redegit, et demendo, interpolando mutatas in duos libros distribuit. (21) Inde autem factum ut genuini inftitutionum commentarii, qui faeculo decimo tertio dimidio fupererant, tandem perierint. (22) At vero nostra aetate a°. 1816 Codex refcriptus, qui continebat genuinas GAII inftitutiones in Bibliotheca Capitulari Veronae ab Ill. NIEBUHRIO inventus est, et a Cl. GÖSCHENIO defcriptus et in lucem editus. (23) Hunc Cod. MS. doctisfimus KOPPIUS ex literarum figura coniecit Pandectis Florentinis immo forte Iustiniano esfe antiquiorem. (24)

(14) *Comm.* III. § 215. fq. (15) L. 27. § 4. D. *de lege Aquilia.* (16) Videtur tamen laudari a POMPONIO L. 93. D. *de ftip. ferv.* (17) *Prooem. inftitt.* § 6. cf. Cl. GRATAMA *praelect. ad inftit.* (Gron. 1819, 8.) p. 15. (18) *Obferv.* L. VIII. c. 4. (19) Cf. OTTO *praef. thef. iuris* T. I. MEERMAN l. l. p. 676. CLIFF. p. 20. (20) Non GOARICUM. Cl. HUGO *Rechtsgefchichte* § 388. (21) CLIFF. § 30. (22) CLIFF. p. 24. fq. (23) *Praef.* p. XIII—XVI. XXVIII—XXXI. (24) Vid. VON SAVIGNY, EICHHORN, *und* GÖSCHEN, *Zeitschrift für gefchichtliche Rechtswisfenfchaft* B. IV. p. 473.

CAPUT PRIMUM.

De Iure Naturali, Gentium et civili, de huius Iuris fontibus et divisione. — Gaii § 1—8. Inst. Iust. tit. 2.

Hoc capite IUSTINIANUS maximopere a GAIO recessisse videtur, magisque ULPIANUM sequi. (1) GAIUS enim neque de Iustitia et Iurisprudentia disserit, neque de Iure naturali loquitur, et recte de eo non loqui videtur. Dicit enim de Iure constituto, quod continetur legibus et moribus, iisque, vel apud omnes gentes receptis, vel singulari cuidam genti propriis.

Dixi GAIUM de iure constituto locutum fuisse, et omnino tenendum est ius gentium apud Romanos veri nominis naturale ius non esse, sed ob naturalem rationem, quia nimirum generatim utile erat constitutum in omnibus fere civitatibus; (2) idque etiam probat THEOPHILUS (3) quem ad GAII institutiones respexisse puto, cum dicit legislatorem animum advertere ad leges et mores omnibus gentibus communes et ad eas qui civitati eius propriae sint; leges vero illas quae omnibus gentibus plerumque sint communes abusive (καταχρηστικῶς) dici naturales: porro dicit constituta gentium divinitus conservari et constituta retineri. — Ius autem civile illud, non ita ob rationem naturalem, sed ob rationem civitati propriam fuit constitutum.

Fontes iuris GAIUS § 2—7 recenset sex: leges, plebiscita, senatusconsulta, constitutiones principum, magistratuum edicta et prudentum responsa, illumque

---

(1) L. 1. D. *de iust. et iure.* Cf. GÖSCHEN *praef. ad* GAIUM p. XXXIII. (2) Cl. GRATAMA l. l. p. 44. doctiss. F. C. W. STORK *diss. inaug. de Roman. iure N. G. et Civ.* maxime c. 2. § 7—12. (3) *Ad inst.* L. I. *tit.* 2. *pr.* et § 11.

ſequitur imperator IUSTINIANUS § 3—12. De his autem iuris fontibus quaedam ſunt monenda.

Quod ad legem attinet, ea ius produci nunquam in dubium vocatum est. Uti enim quisque ſibi normam agendi proponere potest, ita populus potuit legem iubere cui ipſe pareat; diligenter vero GAIUS de ceteris ſpeciebus adiicit, quando legis vicem obtinuerint.

Plebiſcita quidem omnino legis vicem obtinuerunt, lege Hortenſia A. U. 466, qua omnibus artibus, quibus Patricii Horatiae et Publiliae fraudem fecerant, finis est impoſitus, adeoque hoc Gaii loco tollitur omne dubium, quod ad inſtitutiones h. t. moverant GOVEANUS et CONNANUS.

De Senatusconſultis non ita expedita res est. GAIUS § 4. dicit, ſua aetate legis vicem obtinere, *quamvis fuit quaeſitum;* unde discimus inter ipſos ICſultos Romanos hac de re fuiſſe diſſenſionem. Plerique e recentioribus dixerunt Senatusconſulta tempore reipublicae liberae vim iuris non habuiſſe, cui ſententiae primus ſeſe oppoſuit BACHIUS (4) quem nostra aetate ſecutus est Cl. HUGO. (5) Nobis vero videtur distinguendum cum Doct. ED. GANS (6) an quaeratur num Senatusconſulta legis vicem obtinuerint, an vero, num fons fuerint iuris civilis. Posterius cum BACHIO et HUGONE affirmamus, ex permultis non tantum auctorum Romanorum locis, (7) ſed etiam ex multis Senatusconſultorum republica libera conditorum exemplis, quae paſſim proſtant; prius vero nobis videtur negandum. — Etenim neque ex CICERONIS ll. ll. pro hac ſententia argumentum peti potest: tum enim et edicta magistratuum et prudentum reſponſa legis vicem obtinerent; neque ex POMPONIO, qui § 1. de re paulatim neceſſitate eo deducta loquitur, cum de Plebiscitis diſerte dicat, eamdem illarum fuiſſe vim ac legum; neque uni THEOPHILO, cum gravia testimonia in contrarium adſint, tanta fides est habenda.

Huc enim pertinent verba illa ex Senatusconſulto Velleiano, *arbitrari Senatum recte atque ordine facturos* etc. (8) Huc quoque verba TACITI (9)

(4) *Hist. iurispr. Rom.* ed. 6. p. 203. (5) L. I. § 174. (6) *Scholien zum Gaius* (*Berol.* 1821.) p. 544. (7) V. c. CIC. *de orat.* I. c. 57. *in Topicis* c. 5. POMP. L. 2. § 9. D. *de O. I.* THEOPH. *ad inſt.* l. I. *tit.* 2. § 5. HORATIUS L. I. *ep.* 16. vs. 41. (8) L. 2. § 1. D. *ad Sctum Velleian.* (9) *Annal.* L. I. c. 15.

Tum primum e campo comitia ad patres translata sunt et (10) *iam primum publica negotia et privatorum maxima apud patres tractabantur*, quibus addenda ULPIANI vox, (11) *non ambigitur Senatum ius facere posse*, et GAII locus, *idque legis vicem obtinet, quamvis fuit quaesitum:* quae loca probant rationem fuisse quaerendi, adeoque olim non ita fuisse, simul vero GAII aetate omne dubium evanuisse. — Si autem quaeritur, a quo inde tempore et quo modo legis vicem obtinuerint, decedendum nobis videtur ab eodem GANSIO (12) putante, ea vim legis tenere a voluntate principis, quae etiam HUBERI fuerat opinio. (13) Quamvis enim quod ad ipsam rem attinet lubenter agnoscam, unius arbitrio gesta fuisse omnia, illud tamen palam profiteri principes Romani ausi non sunt. (14) AUGUSTUS enim cum per se imperare nollet aut non posset, Senatui sese applicuit; putansque paucis hominibus facilius ea quae vellet se persuasurum, quam toti concioni, illum paulatim rogavit de rebus omnibus, etiam quae magis ad populum spectarent, ita tamen, ut quaedam studiis tribuum relinquerentur. Ita Senatusconsulto principes imperium accipiebant, ita orationes suas Senatusconsulto confirmari volebant. Non igitur expressa et ante declarata populi voluntate sed tacita hanc vim obtinuerunt (15) uti alia bene multa; *in iure* enim, ut ait QUINCTILIANUS, *pleraque non legibus sed moribus constant.* (16) Hinc quod ad tempus attinet hanc mutationem non uno ictu perfectam fuisse, sed lente admodum, facile intelligitur. Maxime vero a TIBERIO est repetenda, qui deinde comitia e campo in curiam transtulit. Ad ANTONINORUM nihilominus aetatem usque invenimus nomen S. P. Q. R. tamquam summi imperantis, (17) v. c. in arrogatione, quae tempore GAII etiamnum populi auctoritate fiebat. Haec autem nobis in memoriam revocare possunt Rempublicam Gallicam NAPOLEONE Consule. (18)

Iam GAIUS, § 5, de constitutionibus Principis loquens, illas legis vicem obtinere dicit, nec unquam ea de re fuisse dubitatum, cum ipse imperator per legem imperium accipiat. Unde ab altera parte discimus, fuisse re vera legem de imperio, quamvis vox *regia* apud ULPIANUM (19) serioris sit aevi, nec

(10) l. l. L. IV. c. 6. (11) L. 9. D. *de legibus.* (12) l. l. p. 11. (13) *Digress. Iustin.* L. I. c. 3. (14) Cl. GRATAMA l. l. p. 62. (15) Cf. CICERO de Inv. L. II. c. 22. (16) I. O. V, 10, 1. (17) *Comm.* I. § 53, 98. *comm* II. § 7. (18) Cf. GANS, *Scholien* p. 84. (19) L. 1. D. *de const. princ.*

ſemper Senatusconſulto tantum imperium principi fuisſe delatum, uti viſum BACHIO aliisque. (20) Ab altera parte, lege, ſive Senatusconſulto confirmatum fuisſe cuivis novo principi hoc imperium, ſatis evincit vox *accipiat*; cum praeterea de VESPASIANO conſtet, Senatusconſulto (21) eum ſummam accepisſe potestatem. Multa tamen antiquae regiminis formae remanſere vestigia, nec niſi ſaeculo tertio exeunte, aucta cum militum licentia, morum corruptela, et luxurie, eo res deducta est, ut ſolum imperatorem penes ſumma rerum et esſet, et esſe videretur. De toto autem hoc argumento egregie disputavit HUBERUS, qui tamen nimis magnifice loquitur de principum potestate. (22)

Porro GAIUS pergit dicens de edictis magistratuum generatim, cum in Inſtitutionibus Iustinianeis § 7, dicatur de Praetorum edictis, facta tantum *ἐν παρόδῳ* mentione edicti Aedilium curulium. Ratio in eo est quaerenda, quod edictum Aedilitium in provinciis populi ſolum propoſitum, quippe in quas tantum quaestores mittebantur, tandem in una urbe Roma remanſerit, postquam omnes provinciae factae esſent imperatoris, nec inde multa in ſuum Iuris corpus transtulerit IUSTINIANUS. Mos autem ille edicta proponendi antiquisſimus est: A. U. ſcilicet 387. duo novi magistratus, Praetura et curulis Aedilitas inſtituti fuerunt, qui magistratus maxime edicta conficiebant. Si contemplamur munera quae Aedilibus tribuuntur (23) quaeque in provinciis populi exercebant quaestores, probabile fit, eorum edicta ſtatuisſe de iis, quae ad ordinem in urbe ſervandum, et ad rerum venalium minoris pretii commercium pertinent. Inter Praetores duo maxime illustres erant, Urbanus ſcilicet, qui inter cives, Peregrinus, qui inter peregrinos, vel civem et peregrinum, ius diceret. (24) Hi quoque magistratus ſui initio Cal. Ianuariis, edictum proponebant in Albo ſive tabula dealbata (25), quo ius duodecim Tabularum durius factum ad ſui temporis commodum augerent, accommodarent, interpretarentur. A quo cum primum ob cauſae aequitatem recesſisſent, alio edicto extra ordinem adiecto, deinceps et inique mutasſent, lex Cornelia lata fuit A. U. 686, qua cautum ut

(20) Cl. OTTO *ad inſtit.* L. I. *tit.* 2. § 6. GANSIUS p. 11. (21) Tabulam enim Romae inventam genuinam puto cum CRAMERO in VESP. p. 69. (22) *Digresſ. Iust.* L. I. c. 16-34. (23) Vid. ROSINUS *antiq.* L. VII. c. 25. et Tit. D. *de Aedil. Ed.* PLAUTUS *Capt.* IV, 2. v. 20. (24) GAII. *comm.* I. § 6. (25) HEINECCIUS *antiquit. ad inſtit.* h. t. § 23.

Praetores ex edictis suis perpetuis ius dicerent, nec amplius singulis causis nova conderent. Multa in edictum transferre solebant Praetores ex prioris anni edicto, quae dicebantur tralatitia. Hunc edicta proponendi morem vehementer vituperarunt HEINECCIUS aliique, verum acute defendit Cl. HUGO. (26)

Quaeritur vulgo an HADRIANI auctoritate SALVIUS IULIANUS ICtus clarissimus edictum ita mutaverit et auxerit, ut deinceps edicta condi cessaverint, de qua quaestione breviter est dicendum. — Quamvis quidem certum sit, sub HADRIANO IULIANUM aliquid in edicto mutasse, (27) immo totum edictum aliter disposuisse, nec adhaereamus opinioni Cl. HUGONIS, mutationem IULIANI substitisse in uno alterove capite adiecto, (28) ab altera tamen parte putamus etiam postea edicta condita fuisse, quod non tantum docet locus de albo corrupto; qui enim, ut recte HUGO, aliquid corruptum fuisset, in tabula omnibus cognita? verum quoque MODESTINUS (29) qui *iure honorario*; inquit, *obligamur, ex his quae edicto perpetuo vel magistratu fieri praecipiuntur, vel fieri prohibentur;* qui locus ita est intelligendus, ut prius referatur ad edictum HADRIANI, posterius ad edictum serioris aevi. — Quaenam igitur hic egit IULIANUS? Eum edicta Praetoris utriusque et Aedilium non confudisse, uti quidam putaverant, clare patet ex GAIO, qui inter ea edicta distinxit; neque omnia in unum collegisse ea, discimus ex constit. *dedit* § 18. ubi imperator: *quando ea, quae a Praetoribus quotannis edicta fuerant* (res igitur edictis propositae, non ipsa edicta) *brevi complexus est libello, assumto ad id optimo* IULIANO. Ex his constitutionibus, quae sibi non repugnant, quia in altera orationi principis tribuitur, quod in altera Senatusconsulto adscribitur (vide supra), colligimus IULIANUM

1°. Quaedam nova edicto adiecisse capita. (30)

2°. Ea omnia in concinnum ordinem redegisse quae utiliter a Praetoribus antea fuerant edicta. (31)

3°. Definivisse eas res, de quibus alii aliter edixerant, secundum certa quae proposuerat iuris principia et regulas. (32)

---

(26) L. l. § 178. sq. Cl. GRATAMA l. l. p. 75. in fine. (27) Const. *tanta* § 18. *dedit* § 18. 21. (28) Ex Lege 3 D. *de coniung. cum emancipato* l. l. § 310. (29) L. 52. § 6. D. *de O. et A.* (30) L. 3. D. l. (31) C. *dedit* § 18. (32) C. *tanta* § 18. in fine.

Hoc autem edictum HADRIANUS videtur promulgasſe, ita ut deinceps de omnibus rebus hoc edicto comprehenſis non ediceretur, ſi vero quaedam emerſisſent non ex ipſo edicto dirimenda, ea magistratus decidere conarentur ex IULIANI regulis, quae vero omnino aliena et nova esſent a Praetoribus ſequentibus conſtituerentur, adeo ut haec additamenta et quae cuique Praetori propria erant v. c. tempus quo ius diceretur, materiam edictorum componerent.

In ultima huius § parte apud GAIUM aliud novi quid exſtat notatu digniſſimum. Ibi dicitur: „*Nam in Provincias Caeſaris Quaestores non mittuntur, et ob id hoc edictum in his provinciis non proponitur.*" Ratio igitur traditur quare edictum haud proponatur; at vero, quare quaestores in eas provincias non mittuntur? Cum AUGUSTUS a S. P. Q. R. Proconſulare accepisſet imperium, provincias inter S. P. Q. R. et ſeipſum dividi voluit. In Senatus Provincias ſingulas, ſinguli mittebantur Proconſules, una cum Quaestore et Legatis. In his vero unus erat Proconſul, ipſe Princeps ſcilicet, qui in ſingulas ſuos mittebat Legatos. At vero his Quaestores ſubiici, qui ſuperiores erant ordine, ipſa vetabat rei natura. Hac doctrina admiſſa, explicatur quare Quaestores in hasce provincias miſſi non fuerint, quare maior fuerit in re criminali Proconſulum potestas, quam Legatorum CAESARIS, (33) quare hi iurisdictionem voluntariam non niſi in Provincia ſua exercuerint, quare denique Procuratores Fisci, qui Quaestoribus aliquatenus erant ſimiles, olim iurisdictione non gaviſi ſint. Quid vero fecerunt Quaestores illi Imperatoris? Docet ULPIANUS: (34) „*ſane non omnes Quaestores Provincias ſortiebantur, verum excepti erant Candidati Principis. Hi enim ſolis libris Principalibus in Senatu legendis vacabant.*". Eadem quoque agebat Quaestor Sacri Palatii, tempore IUSTINIANI.

Pergit GAIUS § 7. illumque ſecuti Inſtitutionum Architectae § 8. ad reſponſa prudentum. IUSTINIANUS ſic loquitur: „*Nam antiquitus conſtitutum erat, ut esſent, qui iura publice interpretarentur, quibus a Caeſare ius reſpondendi datum est, qui Iureconſulti appellabantur: quorum omnium ſententiae et opiniones eam auctoritatem tenebant ut iudici recedere a reſponſo*

(33) v. NOODT *de iurisdictione* L. II. c. 7. (34) L. *Un.* § 2. D. *de Off. Quaestoris.*

eorum non liceret, ut est conſtitutum." Ex his autem verbis collatis cum GAII ſententia effici putat GANSIUS, (35) CAESAREM hic eſſe AUGUSTUM, verba vero, *ut est conſtitutum*, referenda eſſe ad HADRIANUM. Sed enarremus breviter originem et incrementa iuris reſpondendi quod fuerit Romae.

Primus qui publice iuris civilis ſcientiam profeſſus est, fuit TIBERIUS CORUNCANIUS, cui deinceps alii ſucceſſerunt; qui ſuo ingenio freti et conſuetudine fori eruditi, domi reſpondebant de iure, et clientibus ſaepe in ipſo iudicio aderant, apud iudices cauſam orantes, vel testimonium dicentes. (36) Multum ad eorum reſponſorum auctoritatem contuliſſe videtur, quod ex Iureconſultis maxime aſſeſſores aſſumerentur in iudiciis, (37) quamvis iudex illorum ſententiae ſe accommodare, vel contra eam agere potuerit, prout vellet. Dicunt plerique, v. c. HEINECCIUS, (38) THOMASIUS (39) et RITTERUS, (40) AUGUSTUM ius reſpondendi dediſſe certis quibusdam perſonis, qui ex ſua auctoritate reſponderent et a quorum ſententiis recedere iudici non eſſet integrum; (41) ad hoc AUGUSTI inventum reſpicere IUSTINIANUM. Quae ſententia magna premitur difficultate. Scilicet ipſi ICti, AUGUSTI tempore, in diverſas ſectas abierant, unde in omnibus fere rebus diſſenſus. Alterius ſectae auctor erat LABEO, vir priſca virtute nobilis, acerrimus libertatis defenſor. Talemne virum putemus ab AUGUSTO ius reſpondendi accepiſſe ex eiusque auctoritate reſpondiſſe, qui oblatos ſibi ab eo Conſulatus honores ſpreverat? Minime vero. Atqui maxima eius prae ceteris fuit auctoritas. Quid tandem quod GAIUS § 7. nos doceat, HADRIANUM ſignificaſſe, ſua etiam aetate, reſponſa nonniſi unanimi conſenſu legis vicem obtinere, ceteroquin iudici licere, quam velit ſententiam ſequi; eademque variarum opinionum multitudo remanſerat tempore VALENTINIANI *tertii*; qui quinque tantum virorum ſcriptis iuris auctoritatem conceſſit.

Clariſſimi SAVINII veroſimilior est ſententia. (37) Putat AUGUSTUM quidem ius quoddam feciſſe reſpondendi, cuius iam ante HADRIANUM aliqua

(35) L. l. p. 20. tum *omnium* ſcilicet collective ſumtum est oppoſitum ſententiis ſingulorum. (36) L. 2. § 47. D. *de O. I.* (37) PAULUS L. 1. D. *de off. aſſesſorum.* Cf. AULUS GELLIUS *Noct. Att.* L. XII. c. 13. (38) *Antiq. ad inſtit.* L. I. tit. 2. § 38. (39) *De naevis iurispr. anteiust.* II. 2. p. 67. (40) *Ad cod. Theodoſ.* T. I. p. 34. Cf. GOTHOFREDUS *ibid.* (41) L. 2. § 47. D. *de O. I.* § 8. Inſtit. *de I. N. G. et Civ.* (42) *Zeitſchrift* l. l. B. IV. p. 484.

fuerit auctoritas. (43) Hunc vero, in consensu consuetudinem probasse, in dissensu primum regulam praescripsisse, ut responsum eius apud POMPONIUM ius novum non induxerit, sed comiter tantum dictum sit; ius itaque ad VALENTINIANUM *tertium* immutatum permansisse. (44)

Rem uti nobis videtur contraham. — AUGUSTUS videtur constituisse ut non nisi a viris probatae auctoritatis, et ipso sciente volente, data responsa valerent. Porro ut ea, quae antiquitus recepta fuissent, valerent pro lege. (45) Dein vero HADRIANUS idem confirmavit; adiecit tamen ut si dissensiones essent, iudici liceret quam vellet sententiam sequi. Quae cum nimiae fierent, tandem VALENTINIANUS *tertius* ceteris auctoritatem abstulit, illam tribuens GAIO, PAPINIANO, PAULO, ULPIANO et MODESTINO, cum denique IUSTINIANUS ex 2000 Ictorum scriptis, ea quae sibi videbantur utilia collegerit et in Digesta retulerit, unde iuri scripto merito annumerantur.

Haec de iuris fontibus, de quibus apud ANIANUM, nec vola, nec vestigium. Gothis scilicet haec omnia inutilia erant; nec igitur in eorum Iuris corpus transmittenda. Videamus nunc de iuris divisione, quam itidem omisit ANIANUS, quaeque sic audit: „*Omne ius quo utimur, vel ad personas pertinet, vel ad res, vel ad actiones.*" ALEANDER putat GAIUM tres tantum libros scripsisse, et primo de personis, altero de rebus, tertio de actionibus sive potius obligationibus egisse. (46) Quam opinionem quod ad numerum librorum adtinet, fide indicis Florentini et Codicis MS. reiicimus. Ceteroquin verosimilem esse, maxime si cum HUGONE (47) et GANSIO, (48) *actionum* voce, et actiones et obligationes contineri putemus, non negamus. HUGONIS argumenta petita sunt ex THEOPHILO, (49) ex usu proprio vocis *actionis*, ex voce illa (50) *quod nobis debetur*, ex rubrica tituli D. *de obligationibus et actionibus*, (51) ex librorum magnitudine. Huic sententiae quaedam obiiciuntur, scilicet:

---

(43) SENECA ep. 94. p. 444. ed. GRONOVII. (44) Aliter DU CAURROY, in *La Themis*. P. 6. (45) Ita hunc locum explicat CONNANUS *Comm. I. Civ.* L. I. c. 15. (46) V. *Iurispr. anteiust.* p. 4. n. 13. (47) *Civilistisches Magazin* T. I. p. 1—50. (48) *Römisches Obligationsrecht* p. 5—7. libro L. p. 386. (49) *Ad inst.* L. 3. *tit.* 14. (50) § 1. I. *de actionibus.* (51) Cff. quae dixit ILL. DE COCCEII in dissert. prooem. ad GROTIUM.

1°. GAIUM de perfonis et actionibus fingulis libris exponere, obligationes vero a rebus omnino non distinguere.

2°. GAIUM difertis verbis obligationes inter res enumerare, adeoque ad ius rerum referre. (52) His asfumtis tractatus de iure rerum currit a libro 2°. Inftit. ad 4um. titulo 6°. et apud GAIUM a comm. 2°. ad 4um Res dividuntur in corporales et incorporales. Ad has referunt obligationes, et modos eas adquirendi, five contractus et delicta. (53)

Sed praeter argumenta HUGONIS, fequentia videntur notanda. — GAIUM fcilicet non loqui de ipfo iure, fed de rebus ad quas illud fpectet. Ex laefione iuris perfonarum, nullam actionem civilem nafci, (praeiudicia enim origine vindicationes (54) funt,) adeoque divifionem actionum, quae recte fe habet, isti fententiae obftare. Porro quamvis obligationes res fint incorporales, (55) nullo tamen modo ex iis ius reale nafci; quod ut fieret necesfe erat, fi feparatum iuris obiectum non conftituant.

Si tamen *actiones* intelligamus eas, quae libro 4°. GAII, et libri 4i. titulo 6°. IUSTINIANI occurrunt, ita exponenda videtur haec divifio. Omne ius quo utimur, vel ad perfonas pertinet (ius habentium, dicitur enim in Inftit: ,,*parum est ius noscere, fi perfonae, quarum caufa conftitutum est, ignorentur*,") vel ad res, (i. e. iuris obiecta, vel res vel perfonas, prouti ius fuerit in rem ftricte dictam vel in perfonam) vel ad actiones, (f. iuris remedia, quibus haec iura vindicamus.) (56)

---

(52) D. L. 1. *de divifione rerum.* (53) HUBER *ad Inftit. h. t.* no. 14. VINNIUS ib. ad § 12. et ad L. III. tit. 14. OTTO ib. ad t. 3. initio. (54) Cf. L. 1. § 2. D. *de R. V.* (55) GAIUS *comm.* II. § 38. fq. (56) GAIUS *comm.* IV. § 1—3.

CAPUT SECUNDUM.

De prima personarum distinctione qua sint vel liberi vel servi, illi autem vel ingenui vel libertini. — De libertinis. — Gaii § 9—47. Inst. Iust. tit. 3—7. Epitome Tit. 1, 2.

Gaius primam personarum distinctionem exponit; qua liberi sunt vel servi. (1) § 9. Liberos vero dicit vel ingenuos sive liberos natos, (2) vel libertinos sive ex iusta servitute manumissos § 10. Horum autem tria sunt genera. Sunt enim vel:

1°. Cives Romani § 16. sq.

2°. Dedititii: § 13—15, 25—27.

3°. Latini Iuniani § 18—24. 28—35, 41.

De hisce generibus IUSTINIANUS tantum monet; ea fuisse antiquata; ut autem melius perspiciatur quo tandem, aetate IUSTINIANI, haec res delapsa sit, paucis huius iuris de libertinis originem et incrementa exponemus.

Antiquissimis temporibus, unum tantum fuit libertinorum ius, uti omnes uno ore testantur, (3) et verosimile est illud fuisse aerariorum, non certis tribubus distinctorum, usque ad APPIUM CLAUDIUM. (4) CICERONIS vero aetate, et deinceps ad AUGUSTUM usque erat plenissimum civitatis Romanae ius: (5) ii enim, qui beneficio Praetoris in libertate morabantur, vere servi erant. Modi quibus servi ad illud ius pervenirent aetate CICERONIS erant tres. Manumittebantur scilicet

(1) Cf. tamen NOODT *probabilium* L. I. c. 12. (2) Vox *ingenuos* igitur ANIANI est, ut iam monuerat SCHULTINGIUS *ad epitomen* hoc loco. (3) V. CIC. *pro* BALBO c. 24. DION. HALIC. l. 4. p. 126. fragm. veteris Icti § 6. THEOPHILUS ad § 3. Inst. *de libertinis.* (4) NIEBUHR *Römische Geschichte*, Tom. I. p. 388. (5) L. l. Cf. ALEANDER *ad epitomen* tit. I. *pr.*

1°. *Censu*, qui originem duxit a SERVIO TULLIO. Haec manumissio fiebat tacito domini consensu. (6)

2°. *Vindicta*, qua primus manumissus fuit VINDICIUS Servus VITELLIORUM, qui coniurationem nobilium iuvenum ad TARQUINIUM reducendum Consulibus aperuerat. Hic modus, qui certo casu prae ceteris valebat, (7) ANIANO dicitur manumissio ante Consulem.

3°. *Testamento*, quod Lege XII Tabb. est introductum. (8)

His modis manumissi plenum civium Romanorum ius habebant. Poterant testamenta condere, ex iis capere, etc.; (9) nec diversi fuere horum modorum effectus; quae ill. NIEBUHRII opinio est. (10) Verum ut ita possent manumitti requirebatur ut domini essent cives Romani, et servos possiderent ex iure Quiritium, et, quod ad testamentum, non tempore tantum quo conditum fuerat, sed etiam quo morerentur. (11) Si igitur quaedam defuerant, v. c. si dominus civis Romanus non esset, ipsumve ex iure Quiritium non possideret, servus remanebat, omniaque domino acquirebat, (12) quamvis Praetor voluntatem domini spectans, in tantum ei succurreret, ut minus dure haberetur, quod dicitur in libertate morari. (13) Hi autem postea Latini facti sunt.

Sub AUGUSTO vero, cum frequentibus manumissionibus urbs impiorum improborumque hominum colluvie impleretur, (14) ipsa libertorum conditio inhonesta et abiecta habita fuit, ita ut a Senatoriis nuptiis omni modo arcerentur, teste MARCELLO; *etiam eum*, inquit, *qui se ingenuo dedit arrogandum, quamvis in eius familia ingenui iura sit consecutus, ut libertinum tamen a Senatoriis nuptiis esse repellendum.* (15) AUGUSTUS igitur, cum isto modo vilescere civitatis Romanae ius intelligeret, manumittendi licentiam coarctare et homines quosdam facinorosos aut flagitiosos manumissos a civitate arcere constituit, idque ut perficeretur duae leges eo imperatore latae sunt. — Prima

---

(6) ULPIANUS tit. I. § 8. *fragm. veteris Icti* § 19. THEOPH. l. l. (7) L. 2. § 24. D. *de O. I.* (8) ULPIANUS l. l. § 9. (9) *Epitome instit.* GAII L. I. tit. 1, § 4. (10) *Römische Gesch.* tom. I. p. 388. (11) GAIUS *comm.* II. § 267. (12) *Fragm. veteris Icti* § 6. sq. (13) ALEANDER et OISELIUS *ad Epitomen* l. l. (14) DION. HAL. *Antiq.* L. IV. CLIFF. l. l. p. 44. Cl. GRATAMA, *Beschouwing van de huisselijke slavernij bij de Romeinen* p. 24. (15) L. l. *ad leg. Iul. et Pap.* sive L. 32 D. *de R. N.*

fuit lex Aelia Sentia, lata a°. urbis 756, quae variis capitibus constabat, quorum praecipua tantum recensebimus.

1°. Hac lege cautum fuit, ut qui in fraudem creditorum patronorumve manumitteret, nihil ageret; in fraudem manumittere intelligitur is, qui cum manumittit solvendo non est, vel datis libertatibus, solvendo esse desierit, quamvis consilium non adsit. (16)

2°. Ne quis servus triginta annis minor civitate Romana potiretur, nisi vindicta manumissus, et causa apud consilium probata. (17) Consilium autem erat Romae quinque Senatorum et quinque Equitum, in provinciis viginti recuperatorum civium Romanorum. Tempus autem, quo causa probabatur, erat in urbe certus dies, in provinciis ultimus dies conventus. (18) Iustae manumissionis causae erant, v. c. si quis fratrem sororemve naturalem, aut alumnum, aut paedagogum, aut servum procuratoris habendi causa, aut ancillam matrimonii causa manumittebat. (19) Minor igitur triginta annis testamento manumissus in libertate morabatur; (20) censu vero, aut vindicta, causa non probata, servus mansisse videtur. (21)

3°. Ne dominus viginti annis minor manumittat, nisi vindicta et causa apud consilium probata. (22) Causae eaedem sunt, quas de servo 30 annis minore diximus. Hic vero GAIUS adiicit de patre et matre. (23) GAIO iam absurdum videbatur, illum qui de caeteris suis rebus testamento possit disponere, de libertatibus non posse. Unde patet IUSTINIANUM hoc Institutionum loco GAII tantum verba repetiisse. (24)

4°. His capitibus locus ne esset, si testamento servus haeres necessarius institutus esset. (25) Separata autem capita illa fuisse videntur, tum ob alias rationes, tum maxime, quia, ut observat doctissimus GANSI-

---

(16) *Epitome* I, 1, § 6. ULP. tit. 1. § 15. GAIUS, L. 10. D. *qui et a quibus.* pr. et § 3. Instit. *quibus ex causis.* (17) GAIUS *comm.* I. § 18. (18) GAIUS l. l. § 20. ULP. tit. 1. § 13. (19) GAIUS *Comm.* I. § 19. L. 9. L. 11—16. D. *de manumissionibus.* *Epitome* § 7. et § 5. Inst. *quibus ex causis*, ibique THEOPH. (20) *Fragm. veteris Icti* § 6. (21) Ibid. § 19. ULPIANUS tit. 1. § 12. (22) Ibid. § 15. ULP. l. l. § 13. et § 4. Inst. ibiq. THEOPH. (23) *Comm.* I. § 39. (24) Ibid. § 40. (25) ULP. l. l. § 14. PAULUS L. I. *ad leg. Aeliam Sentiam*, s. L. 27. D. *de manumissis test.*

us, (26) qui minor 30 annis est, in libertate moratur. Is vero, qui a domino 20 annis minore manumittitur, servus manet, quia dominus voluntatem non habebat. (27)

6°. Porro cavit haec lex, ut servi (sive legitimo modo sint manumissi, sive minus, nihil refert), qui poenae causa vincti, aut quibus stigmata scripta fuerint, quive propter noxam torti nocentesque inventi traditive fuerint, ut ferro aut cum bestiis depugnarent, vel in custodiam coniecti fuerint, deinde quoquo modo manumissi sint, conditionem accipiant peregrinorum dedititiorum, (28) ita ut nunquam ad civitatem Romanam possint pervenire. (29) Porro ex GAIO (30) et iam ante illum inventum ex ULPIANO (31) et ISIDORO, (32) discimus, illos ex hac lege non potuisse Romae, aut intra centesimum milliarium morari; sin fecissent vendebantur sub conditione ut ex Italia exportarentur; neque denuo manumitterentur, quodsi rediissent servi fiebant populi Romani. Pessima erat illorum conditio, cum nec haeredes instituí nec testamenta condere possent. (33) Haec tamen, teste GAIO, (34) non hac lege erant cauta, sed interpretatione fori recepta.

Huius legis quindecim capita refert HEINECCIUS; (35) possent ex GAIO alia addi. Perperam seiunxit caput tertium a secundo, cum ULPIANUS, (36) unde desumta sunt, ea omnino coniungat. In capite secundo perperam adiecit vocem *censu*; GAIUS enim de causae probatione non loquitur nisi vindicta manumissi essent. Neque tamen assentimur CUIACIO ad ULPIANUM l. l. qui putat, in censu nullam aetatis rationem fuisse habitam; (37) caput autem sextum non satis probasse videtur.

Eodem imperatore lata fuit lex Furia Caninia a°. urbis 761. adeoque post Aeliam Sentiam, uti ostendit REITZIUS, qui haec pro sua sententia tradit argumenta: (38)

---

(26) p. 34. (27) V. l. l. ULPIANI. (28) V. hic FRANC. CONANUS *comm.* II. c. 6. (29) ULP. l. l. § 11. *Epit.* I, 1, § 4. § 3. Inst. *de libertinis* ibiq. THEOPH. SUETONIUS *in Aug.* c. 40. § 13. (30) *Comm.* I. § 27. (31) L. I. ad SABINUM. L. 2. D. *qui et a quibus.* (32) *Origg.* L. IX. c. 4. ubi tamen perperam dicitur de omnibus servis et de septimo milliario. Cf. GANS. p. 48. (33) ULPIANUS tit. 20. § 14. tit. 22. § 2. (34) *Comm.* III. § 75. (35) *Antiq. ad instit.* L. I. tit. 6. (36) l. l. § 12. (37) *Fragm. vet. Icti* § 17. (38) *Comm. ad* THEOPH. § 77.

1°. A. U. 751. M. FURIUS CAMILLUS consul suffectus non fuit; uti putant illi qui hanc legem ad eum annum referunt, sed Q. FABRICIUS, uti ex LYDIATO docuerat ALMELOVEENIUS; cumque ille consul memoretur A. U. 761. putamus eum tum primo fuisse consulem, quia ceteroquin additus fuisset numerus 2.

2°. Ubique et a GAIO et a PAULO et ab ULPIANO post Aeliam Sentiam nuncupatur.

3°. Cum tantus testamentorum esset favor, ut per fideicommissa et codicillos quotidie augeretur testandi libertas, verosimile non est, AUGUSTUM in restringendis manumissionibus a testamentis incepisse.

Fere eadem quae superioris etiam huius legis ratio fuit. Ea scilicet, ut obviam iretur illis hominibus, qui, ut magno numero pileatorum celebraretur eorum funus, omnes scelestissimos etiam testamento manumittebant. (39)

Cautum fuit hac lege, ne quis qui tres servos haberet, ultra duos, qui decem, ultra quinque testamento manumitteret. Ut porro 30 pancioresve habenti, unam tertiam, plures vero usque ad 100 habenti, non nisi unam quartam, et ultra 100 non nisi unam quintam manumittere liceret, ita tamen, ut nunquam manumittendorum numerus 100 excederet, et ex quaque classe superiori tot manumitti possent, quot ex priori, ut qui 32 servos habeat, non 8 tantum, sed 10 possit manumittere. Uti autem vulgo ingeniorum solertia inprimis cernitur in fraude legibus facienda, ita et fraudes huic legi factae variis Senatusconsultis reprimendae fuerunt. (40) Sic cautum est, ut si confuse vel in circulum iusto plures essent manumissi, omnium manumissio invalida esset. (41) Sic DIVI MARCI tempore adhuc hac de lege factum est Senatusconsultum Orphitianum. (42) — TIBERIUS, cum republica potitus esset, aliam hac in re normam secutus, legem Iuniam Norbanam ferri permisit, quae aliquatenus libertinorum conditionem in melius mutavit. Lata ea lex est A. U. 771. secundum vulgarem opinionem, quam plenissime vindicavit GANSIUS ab obiectionibus eorum, qui hanc legem Aelia Sentia antiquiorem autumarunt. (43) Pro sententia nostra haec faciunt argumenta:

---

(39) DION. HAL. L. IV. p. 228. GAII § 42—45. (40) GAII. § 47. (41) ULP. tit. I. § 24. *Epit.* I, 2. princ. PAULUS *sentent. rec.* L. IV. tit. 14. § 1. tit. instit. *de lege Furia Caninia tollenda.* ibiq. THEOPH. (42) PAUL. l. l. § 2. (43) DOUIAT *ad* THEOPH. I, 5, § 3. eam retulit ad A. U. 729.

Locus ULPIANI, ubi dicit, lege Aelia Sentia servum 30 annis minorem vindicta manumissum, civem Romanum non fieri, sed servum manere. (44) At vero GAII et ULPIANI aetate ita manumissus fiebat Latinus; (45) lex itaque recentior adesse debet, quae haec ita constituerit, et est ea Iunia Norbana. Porro addit: ,,*testamento vero manumissum perinde haberi iubet; ac si domini voluntate in libertate esset, ideoque Latinus fit;*" quae ultima verba ad Aeliam Sentiam referri nequeunt, quippe qua in libertate morabantur. Ad aliam igitur eamque recentiorem pertinent; qua Latinorum nomen sit introductum; quae nulla alia est nisi Iunia Norbana.

Deinde ordo tractationis apud GAIUM; (46) ubi primum de illis qui ob aetatem civitatem non accipiunt ex lege Aelia Sentia, tum de iis qui ob manumissionem minus solemnem Latini fiunt, ex lege Iunia Norbana.

Porro, quod Latini nomen acceperint a lege Iunia Norbana. Fit enim appellatio plerumque a lege posteriore.

Quarto, lex Aelia Sentia locuta non fuit de testamenti factione dedititiorum; quod quin fecisset, si Iuniam Norbanam, quae iura Latinorum hac in re definit, secuta fuisset, extra dubium est positum, cum Latinorum conditio deterior fuisset dedititiis, nisi Icti legem extendissent. (47)

Denique in fragmento veteris Icti dicitur; ,,*similiter ut possit habere servus libertatem, talis esse debet, ut Praetor vel Proconsul eius libertatem tueatur, et hoc lege Iunia cautum est.*" Necesse est igitur, ut Iuniam praecesserit lex, quae qualis esse debeat is, cuius Praetor libertatem tueatur, definiverit, et haec est lex Aelia Sentia.

Reliquis illud addi posse videtur, hanc legem favorem magis in manumissiones quam odium indicare, contra ac Aelia Sentia et Furia Caninia, adeoque ab alio imperatore esse profectam; cuius rei rationem recte exposuit GANSIUS. (48) Hoc autem praeterviderat ALEXANDER (49) dicens legem Iuniam testatoris libertatem limitasse, ut monuit SCHULTINGIUS. (50)

Obstare videntur huic sententiae loca apud GAIUM (51) et ULPIANUM; (52)

Cf. HOLLWEG *de causae probatione.* (44) Tit. 1. § 12. (45) *Comm.* I. § 17. (46) § 18. sqq. cf. omnino *Comm.* I. § 80. (47) *Comm.* I. 25. III, 75. GANS. p. 68. (48) p. 43. (49) Ad *Epit.* 1. § 1. (50) *Ad* ULP. l. l. cf. quoque pro nostra sententia *Comm.* I. § 41. (51) *Comm.* I. § 29. III. § 73. (52) Tit. 7. § 4.

sed videntur tantum. Lege Aelia Sentia vidimus, servos 30 annis minores testamento manumissos in libertate morari, ita tamen, ut si uxorem duxissent et ex ea filium anniculum suscepissent, causa apud Praetorem probata, ad civitatem possent pervenire, (53) vindicta manumissos causa probata etiam ad civitatem pervenire. Iam vero si ponamus, legem Iuniam utrumque probationis genus, cum omnibus qui ex illa lege Latini sunt, communicasse, (54) haec loca neque ULPIANO (55) neque sententiae nostrae adversantur.

Haec lex igitur novum libertatis genus introduxit, eamque concessit omnibus iis, qui antea manumissi servi manebant, sed domini voluntate in libertate morabantur, illisque Latinorum Iunianorum nomen tribuit. Sic v. c. minor 30 annis aut inter amicos manumissus ex hac lege Latinus fit. (56) Cum vero libertas introducta sit, ne domini voluntas effectu careret, hac lege Latinis concessum fuit, ut liberi viverent et commercium haberent, (57) et testamenti factionem, ita scilicet ut testes adhibere et per fideicommissum quid capere possent. (58) A negotiis vero civilibus, in quibus prisci iuris cernitur subtilitas, arcentur, ut nec testamentum condere, nec directo haeredes institui, nec tutores dari possint, (59) et post mortem bona eorum iure peculii ad dominum redeant. (60) Simul vero hac lege cautum fuit, ut Latinus 30 annis minor, causa probata, scilicet liberorum quaerendorum causa se ex lege Aelia Sentia uxorem duxisse, liberis ad civitatem posse pervenire, idque ex Senatusconsulto, HADRIANO imperante facto, ipso iure si uxor esset civis Romana. (61) Porro ut Latinus maior factus iterumque solemniter manumissus civis Romanus fieret. (62)

Legislatio Romana hisce principiis adhaerens manumissiones faciliores reddidit, et modos adiecit, quibus Latini ad civitatem pervenirent. Ipso enim TIBERIO imperatore lex Visellia Latino ius Quiritium tribuit, si sex annis inter vigiles militasset, idque Senatusconsulto, tempore ut videtur DIVI HADRIANI

(53) *Comm.* I. § 29. (54) *Comm.* I. § 17. GANS. p. 79. (55) Tit. 3. § 3. (56) ULP. tit. 1. § 10. (57) Id. tit. 19. § 4. (58) Id. tit. 20. § 7. sq. tit. 22. § 3 et 8, tit. 17. § 1. (59) Id. tit. 20. § 14, tit. 11, § 16. *Epit.* I, 1, § 4. (60) § *ultima*, I. *de Succ. libert.* (61) ULP. tit. 3. § 3. (62) Id. § 4. *Epit.* l. l.

facto, ad tres annos est minutum. (63) Deinde ex edicto CLAUDII, qui navem 10,000 modiorum aedificasset, et per sex annos Romam annonam vexisset, itidem civitate donabatur. (64) Alii quoque modi quibus ad civitatem pervenirent adiecti sunt. (65) Sub VESPASIANO lustrum condi cessavit, quo referendus ULPIANI locus, titulo 1°. § 8. et ita manumissio per censum identidem ab usu recessisse videtur; abrogata non fuit. Saepius enim apud GAIUM (66) occurrit, et census quoque memoratur in utroque Codice, Theodosiano et Iustinianeo. ANIANI igitur vox est *ecclesia* quae occurrit in epitome. Eodem imperatore factum Senatusconsultum Pegasianum, qua Latinis 30 annis maioribus concessa fuit civitas liberis. (67) Sub TRAIANO constitutum fuit, ut servus ipso iure liber fieret, si fiduciarius tardius manumisisset; (68) eodemque imperatore invaluisse videtur, ut Latinus beneficio principali civitatem adquireret. (69) Sin autem adquisivisset salvo iure Patroni, civis Romanus vivebat quidem; Latinus moriebatur. (70) HADRIANUS edicto illud caput legis Aeliae Sentiae, ne quis manumitteret in fraudem creditorum, ad peregrinos extendit, (71) et constitutionem TRAIANI ita mutavit, ut beneficio principali cives facti iisdem uti possent remediis, quibus Latini civitatem consequuntur, quamvis cives Romani viverent. D. MARCUS videtur constituisse, ut Latinus, qui certam patrimonii summam aedificio in urbe restituendo impendisset, civis Romanus fieret. (72) Idem iussit venditum ut manumitteretur, ni manumittatur ipso iure liberum esse, (73) idemque sanxit de suis nummis redemto. (74)

Ita res erat tempore GAII: videamus quaenam hic sint mutata.

Constitutio ANTONINI CARACALLAE minus huc pertinet, quippe quae de ingenuis tantum agit, cum Latini etiam occurrant in Codice Theodosiano. (75) Prima quae facta fuit mutatio accidit sub CONSTANTINO MAGNO, qui, recepto CHRISTI cultu, novum manumittendi modum in locum census usu iam

(63) ULP. § 4. 5. (64) Id. § 6. (65) Id. § 1. 2. (66) V. c. *Comm.* I. § 17. (67) *Comm.* I. § 31. GANS. p. 54. (68) L. 26, 28, 51. D. *de fideicommiss. libert.* (69) PLIN. L. X. *ep.* 4 et 6. ULP. l. l. § 2. (70) *Comm.* III. § 72. sq. (71) *Comm.* I. § 47. (72) *Comm.* I. § 33. ULP. l. l. p. 1. (73) L. 10, 20, 23. D. *de manum.* GANS. *Römisches Obligationsrecht*, p. 208—212. (74) L. 19. D. ibidem. (75) L. 1. *de hereditatis petitione.* Cf. SCHULT. *ad* ULP. p. mihi 563. nota 22.

antiquati ſubſtituit, eam ſcilicet, quae fiebat in S. S. Eccleſiis publice recitatis ab Episcopis et Presbyteris manumisſoris ſcriptis, aut ſubſcriptis a Presbyteris et Diaconis. (76) Idem imperator civitatem conceſſit illis ſervis, qui falſae monetae cuſores vel raptores detexisſent; quae conſtitutio a GRATIANO, VALENTINIANO et THEODOSIO ad detectionem militum, qui ſigna deſeruerant, fuit extenſa. (77)

Notandum videtur hoc loco, conditionem ſervorum ipſo iure liberorum unam eandemque fuisſe ac orcinorum, (78) adeoque operas Patrono praeſtare non tenentur, neque huic ingrati animi contra libertum datur actio, aut bonorum posſesſio contra eius tabulas.

IUSTINIANUS vero cum differentiam illam inter libertinos uſu non frequentari videret, eam ſustulit unumque fecit libertinorum ius. (79) Ita lege Iunia Norbana ſublata, Furiam Caniniam quoque et Aeliae Sentiaé capita quaedam ſustulit. Retinuit tamen illud quo in fraudem creditorum manumittere non licet, et illam fraudem, tam exitu; tum quoque conſilio, aeſtimari voluit, ſecus ac antea. (80)

Porro illud quo minori 20 annis non licet manumittere in Inſtitutionibus ad a⁰. 17. minores reſtrinxit; (81) deinde omnino abrogavit. (82) Alia quoque in favorem manumisſionum conſtituit. Extendens conditionem D. MARCI, eum cui bona addicta erant, liberum fieri iusſit, quamvis non niſi pro viribus creditoribus ſatisfaceret. (83) Servo communi quoque ab alterutro domino manumisſo libertatem conceſſit. (84) Cavit quoque de ſervo manumisſo, cuius proprietas penes unum, uſusfructus penes alterum esſet. (85) Porro ut omnes, qui inter amicos numero quinque aut per epistolam a domino et quinque testibus ſubſcriptam esſent manumisſi, aut a domino cum quinque amicis convivio esſent adhibiti, cives Romani fierent. (86) Denique inter libertos et ingenuos omne discrimen ſustulit, ſalvo uno patronatus iure. (87) Atque haec quidem de liberis dicta ſufficiant, de ſervis pauca monenda reſtant.

---

(76) L. 1, 2. C. *de his qui in S. S. Eccleſiis.* (77) L. 2. C. *pro quibus cauſis* L. 4. *eodem.* (78) L. 5. D. *qui ſine manum.* L. 4. *de bonis libertorum*, L. 13. *de op. lib.* (79) Tit. C. *de dedititia libertate tollenda.* Tit. C. *de Latina libertate tollenda.* (80) § 3. I. *quibus ex cauſis.* (81) § 7. I. *eodem.* (82) *Novella* 119. c. 2. (83) L. 15. C. *de test. manum.* tit. Inſt. *de eo cui libert. conſerv. cauſa.* (84) L. 1. 2. C. *de ſervo communi.* (85) L. 1. C. *comm. de manum.* (86) *Epit.* I. 1. § 2. *ibique* ALEANDER et SCHULTING. (87) L. 1. C. *de lat. libert. toll.* GANS. p. 42. ſqq.

Primum enim apud GAIUM definitio servitutis non occurrit, verumtamen ex eo colligi potest, quare IUSTINIANUS servitutem dixerit constitutionem iuris gentium. Nimirum discimus, servos fuisse dominorum vel ex iure Quiritium et in bonis simul, vel in bonis tantum, vel ex iure Quiritium tantum. In bonis erat dominium iuris gentium: atqui servum in potestate non habebat dominus, nisi in bonis haberet (88); inde est igitur quod imperator dixerit de iure gentium, et hoc sensu recte de eo dixit, quamvis multae sint servitutes, quae iuri civili suam debeant originem (89), v. c. eius, qui incensus veniit, quae ULPIANI adhuc aetate in usu erat. (90) Ex dictis colligitur eum, cuius servus sit ex nudo iure Quiritium, eum manumittere non posse, (91) eumque, cuius in bonis tantum sit, illum manumittere quidem posse, at vero non facere civem Romanum sed Latinum. (92)

Ipsa potestas in servos illimitata erat. AUGUSTO tamen imperatore lex Petronia lata est, quae servorum conditionem in melius mutavit. (93) Deinceps vero post CLAUDII, DOMITIANI et HADRIANI curas, ANTONINUS PIUS haec omnia in servos iura accuratius definivit (94) constituitque, ut is, qui citra iustam causam suum servum occidat, sic puniatur ac si alienum occidisset, id est mulcta pecuniaria. (95) Scilicet movit imperatorem tristis servorum conditio et humanitatis sensus; at vero hanc causam profiteri non potuit, nisi principiis huius iuris repugnare vellet. Aliam igitur quaesivit, saevos dominos prodigis aequiparavit, iamque uti prodigis bonis interdicitur, et reipublicae et ipsorum causa, ita et hic ratiocinatus est imperator in rescripto ad Aurelium, quod laudat ULPIANUS. (96) CONSTANTINUS MAGNUS autem pronuntiavit eum, qui servum animo occidendi interfecisset, homicidii reum. (97) Ceterum huius iuris progressum accurate exposuit Cl. OTTO *ad Institutionum librum I. titulo 8°. § 2.*

---

(88) *Comm.* I. § 54. (89) OISEL. *ad Epit.* I, 1, pr. Cl. GRATAMA *praelectionum* p. 119. (90) Tit. 11. § 11. (91) *Fragm. vet. ICti* § 11. (92) *Comm.* I. § 41. (93) L. 11, § 2. D. *ad l. Corneliam de sicariis.* NOORDKERK *de lege Petronia.* Cl. GRATAMA p. 125. (94) GAIUS *Comm.* I. § 53. (95) GAIUS *Comm.* III. § 114. Observandum in casu, si quis servum alienum interfecisset, *domino eius qui perierat electionem* fuisse vellet ne alterum capitis reum facere, an vero ex lege Aquilia agere, quod ad hunc casum non videtur extendendum. (96) *Mosaicar. et Rom. legum collatio tit.* 3. § 3. (97) L. *un.* C. *de emend. serv.*

CAPUT TERTIUM.

De altera personarum distinctione; qua sunt vel sui, vel alieni iuris. — De his, qui sunt alieni iuris. — Gaii § 48—141. Inst. Iust. tit. 8—12. Epitome tit. 3—6.

Altera personarum distinctio est, qua homines sunt vel sui vel alieni iuris. Qui alieni iuris sunt, dicuntur vel in potestate, vel in manu, vel in mancipio. De singulis separatim despiciamus.

SECTIO PRIMA.

De his, qui in potestate sunt.

Potestas origine una erat eademque in servos et in liberos; (1) sed quae postea exstitit diversitas inde oriunda est, quia iuris interpretes de liberis in mitiorem partem responderunt, unde v. c. inviti nequeunt e potestate dimitti secus ac servi. (2) Multa tamen remanserunt in utrisque similia. Erant enim rerum instar, et mancipari non tantum, sed et in iure cedi poterant. (3) De potestate in servos vidimus; restat ut de potestate patrisfamilias in liberos aga-

(1) LACTANT. *divin. inst.* L. IV. c. 3. (2) GEORG. D'ARNAUD *Var. conj.* L. I. c. 24. (3) *Comm.* I. § 134. sq. L. 1. § 2. D. *de R. V.* Ita statuimus contra D'ARNAUDIUM. Cf. Doct. W. H. ROYER *dissert. inaug. de patria potestate* cap. 2. § 6. (Gron. 1808.)

mus. Qualis autem illa fuerit neque GAIUS neque IUSTINIANUS docent. Institutiones scilicet scribebant Romanis, quibus haec omnia notissima erant. Verbo igitur hic monuisse sufficiat, patriam illam potestatem illimitatum olim continuisse ius in vitam et libertatem liberorum non tantum, unde eos poterant occidere, vendere, exponere, noxae dare, sed etiam in bona eorum, unde omnia patri acquirebant. At vero haec omnia mutatis Quiritium moribus, et recepta religione Christiana mutata fuisse, inter alios docuerunt OISELIUS, (4) HEINECCIUS, (5) alii. Dici autem potest illa potestas, ius, quod civis Romanus in familia Princeps in liberos habet, qui sunt de familia, ex iustis nuptiis procreatos. (6) Modi, quibus illa in liberos adquiratur potestas, apud GAIUM numero sunt tres:

1°. Iustae nuptiae.

2°. Causae probatio.

3°. Adoptio.

Tres quoque habet IUSTINIANUS, sed loco causae probationis, legitimationem substituit. — De singulis videamus.

I. *Iustae nuptiae.*

Dubitarunt nonnulli an dici possint modus adquirendi hanc potestatem, et merito. Magis enim titulum constituunt, quo acquisito, quis, in casum si liberi nascantur, potestatem possit exercere. Necesse non erat, ut mulier in manu viri esset, verum sufficiebat matrimonium iuris gentium. In ipsis enim XII Tabulis, teste GAIO, (7) cautum erat, ut si mulier nollet usu in manum convenire, quotannis per trinoxium abesset, et ita usucapionem interrumperet. Has nuptias igitur facit consensus, uti loquitur SCAEVOLA, (8) hic tantum uxor ius in dote retinet, viro tamen ab intestato non succedit. Unde Praetor ei dedit bonorum possessionem *unde vir et uxor*. Ad hasce nuptias denique referenda sunt, quae dicit ANIANUS, (9) nuptias legitimas esse si civis Romanus Romanam ducat, nuptiis intervenientibus *vel consensu*. (10)

---

(4) *Ad Epit.* I, 3, § 2. n°. 14. (5) l. l. L. I. tit. 9. ibid. de peculio § 5—10. (6) Cf. GRATAMA l. l. (7) *Comm.* I. § 111. (8) L. 66. D. *de donat. inter virum et uxorem.* HUBERI *digress.* P. II. L. 1. c. 11—13. (9) *Epit.* I, 4. *pr.* (10) Cf. OISEL. et SCHULT. ad l. l. et Doct. CLIFF. spec. l. p. 63. qui assentitur IOHANNI CANNEGIETERO ad ULP. tit. 5. § 2. ea explicanti *vel insuper consensu.*

Nuptias iustas dicimus, ſi civis Romanus pubes civem Romanam viri potentem, quacum ipſi connubium est, uxorem ducat, conſentiente utroque aut etiam parentibus eorum, ſi in potestate ſint. (11)

Dixi de Romano et Romana. Quamvis enim lege XII Tabularum inter Patricios et Plebeios connubium non fuerit, lege Canuleia tamen hoc ius omnibus Romanis inter ſe est redditum, (12) ita ut ab hac regula tempore GAII duplex tantum esſet exceptio, quarum altera continetur lege Iulia, qua ſenator libertinam, eamve, quae corpore quaestum fecerit, ducere prohibetur; altera more in militiae favorem recepto, quo Veteranis Latinas quasdam et peregrinas ducere licet. (13) GAIUS hic loquutus non est de aetate nuptiarum. Erat ſcilicet tum temporis hac de re, inter Sabinianos et Proculeianos, controverſia; (14) quorum illi ex corporis habitu aeſtimandam pubertatem contenderent, hi vero annis, et in viris quidem anno decimo quarto. In mulieribus enim tempus definitum non erat, quippe quae ſui iuris nunquam fiebant et in tutela erant perpetua. IUSTINIANUS tandem ob pudicitiae favorem Proculeianorum de pubertate ſententiam recepit, et in pueris annum decimum quartum, in puellis duodecimum requiſivit. (15)

Porro ut nuptiae ſint iustae connubii ius (16) inter maritum et uxorem adſit, quod quum cesſet propter arctum nimis cognationis vinculum, abſtinendum est, ſecundum GAIUM, a nuptiis

1°. Earum, quae nobis vel naturaliter, vel per adoptionem quamvis emancipatione ſolutam, parentum liberorumve loco ſunt. (17) Adeoque incestae ſunt nuptiae inter adſcendentes et deſcendentes in gradum infinitum, quae omnia etiam valebant tempore IUSTINIANI. (18)

2°. Earum, quae nobiscum ex eodem ſtipite natae, aut ex transverſo gradu cognatae ſunt, adeoque ſororis tam germanae quam uterinae, tam naturalis quam adoptivae. (Frater adoptivus tamen cum ſorore, alterutro emancipato, recte nuptias contrahit.) (19) Idem ſervatur in amita et matertera,

---

(11) *Comm.* I. § 65. ULP. tit. 5. § 2. (12) LIVIUS L. IV. c. 3. Cf. ORATAMA p. 177. (13) *Comm.* I. § 57. (14) *Comm.* I. § 196. QUINCT. *Inſtit. Orator.* L. IV. c. 2. § 5. ULPIANUS tit. 11. § 28. (15) L. 3. C. *quando tut. et cur.* pr. Inſt. *quibus modis tutela finitur.* (16) ULPIANUS tit. 5. § 8. (17) *Comm.* I. § 59. (18) § 4. I. *de nuptiis.* (19) *Comm.* I. § 60. ſq. § 3. 5. I. *h. t.*

et in fororis filia. (20) Fratris autem filiam tempore GAII ducere licebat, idque Senatusconsulto introductum fuerat, cum CLAUDIUS AGRIPPINAE, fratris GERMANICI filiae, blanditiis allectus, eam uxorem ducere vellet. (21) At vero homines leges extendere amant fecundum prava naturae defideria, adeoque hanc etiam legem ad fororis filiam pertinere voluerunt. Imperator NERVA vero illam eo usque extendi vetuit; ita enim interpretandus XIPHILINI ex DIONE locus. (22) ἐνομοθέτησε δὲ ἄλλα καὶ περὶ τοῦ μὴ εὐνουχίζεσθαί τινα, μήτε ἀδελφιδῆν γαμεῖν. (23) Fratris igitur filiam ducere primi prohibuerunt CONSTANTIUS et CONSTANS imperatores a°. P. C. 339, (24) idque IUSTINIANI aetate fervabatur.

Post GAII aetatem, maxime fub imperatoribus Christianis, ab aliarum quoque perfonarum nuptiis ob cognationem fuit interdictum. Sic THEODOSIUS M. vetuit nuptias inter fratres patrueles et confobrinas a°. 385. P. C. (25) illamque conftitutionem fecutus est ANIANUS. Abrogata tamen fuit a°. 405. ab ARCADIO; (26) denuo in ufum revocata, fecundum D'ARNAUDIUM, a IUSTINIANO, (27) fecundum SCHULTINGIUM (28) a BASILIO demum MACEDONE. Huc quoque pertinent fex conftitutiones (29) CONSTANTII a°. 355. THEODOSII M. a°. 388, ARCADII a°. 396. THEODOSII Iunioris a°. 415, ZENONIS et ANASTASII, quibus vetitum fuit, ne quis fratris viduam uxorisve fororem duceret.

3o. GAIUS illas perfonas, quae nobis affinitate iunctae fuerunt, nos ducere non poffe affirmat. Dum enim iunctae funt, fponte patet non permitti, cum una eademque duobus viris fimul nubere non posfit. Ducere igitur non poterimus, quae nobis quondam focrus aut nurus, privigna

---

(20) *Comm.* I. § 62. ULPIANUS tit. 5. § 6. (21) GAIUS et ULPIANUS l. l. PAUL. *Mof. et Rom. Legg. coll.* tit. 6. § 2. 3. (22) L. 86. c. 2. p. 388. ed. Sylburgi. Cf. CLIFF, l. l. p. 66. fq. (23) Cf. CUIACIUS *Obferv.* L. XIII. c. 16. NOODT *Obferv.* L. II. c. 5. (24) v. L. 1. C. Theod. *de incestis nuptiis*, ibique GOTHOFREDUM, cuius alia est fententia. (25) L. 3. C. Theod. *eodem*. L. un. C. Theod. *fi nuptiae ex refcr.* ibique GOTHOFREDUM. (26) L. 19. C. *de nuptiis*. (27) l. l. L. I. c. 23. (28) *Ad Epit.* I, 4. § 6. (29) L. 2. C. Theod. *de incestis nuptiis* L. 5. C. Iustin. *eodem*. L. 3. C. Theod. *eodem* L. ult. C. Iust. *eodem* L. pen. C. Iust. *eodem* L. ult. C. Iust. *eodem*.

aut noverca fuit; de quibus primum videtur statuisse AUGUSTUS, (30) Uti autem in servili cognatione iunctis et concubinis eadem cognationis ratio habebatur, (31) ita et, ad exemplum ut videtur affinitatis, ALEXANDER SEVERUS (32) cavit, ne quis uxorem ducat eam, quae patris fuerat concubina. GAIUS de consensu parentum non loquitur. De eo enim nemo illius aetate dubitabat. Quod vero attinet ad ipsius viri et mulieris consensum, quia consensui nihil magis est contrarium, quam vis et metus, AUGUSTI tempore ut videtur cautum fuit, ne Praeses Provinciae uxorem duceret e Provincia, quamvis cum ea sponsalia contrahere, aut eam concubinam habere licitum fuerit; (33) ob eandemque caussam, GAII ut videtur aetate, iam cautum erat, ne tutori curatorive, eorumve filiis, integrum esset pupillam uxorem ducere; (34) pupillus tamen recte ducit tutoris filiam. Sunt et alia, quae in corpore Iustinianeo enumerantur nuptiarum impedimenta; quae vero, utpote serioris aevi, apud GAIUM non occurrunt. CONSTANTINUS enim M. vetuit nuptias inter Iudaeum et Christianam, (35) idque a THEODOSIO M. ao. 388, ad nuptias Christiani cum Iudaea extensum fuit. (36) IUSTINIANUS ipse susceptori ex baptismo a nuptiis susceptae, (37) raptori a raptae nuptiis interdixit.

Haec quidem si iustae nuptiae praecessissent; sin vero non aderant, aut non iustae, liberi matrem sequebantur, imo aliquando patrem non habere intelligebantur, veluti apud incestuosos aut spurios (38) adeoque in patria potestate non erant. Aderant tamen et GAII et IUSTINIANI tempore remedia, quibus liberi ex iustis nuptiis non nati in potestatem redigerentur. Occurrit apud GAIUM tanquam alter modus illam acquirendi

II. *Caussae probatio.*

Haec originem duxerat ex legibus Aelia Sentia et Iunia Norbana, quas IUSTINIANUS abrogavit, et iam ante eas, nondum recepto CHRISTI cultu, in-

---

(30) *Comm.* I § 63. CLIFF. l. l. (31) L. 1. § 3. D. *de concub.* L. 56. *de R. N.* Cl. GRATAMA p. 180—183. (32) L. 4. C. *de nuptiis.* (33) L. 63. D. *de R. N.* L. 5. D. *de conc.* Cl. GRATAMA p. 178. (34) L. 66. D. *de R. N.* (35) L. 6. C. Theod. *de Iudaeis,* (36) L. 6. C. Theod. *de Iud. et Coelicolis.* (37) L. 26. Cod. *de nuptiis* L. un. § 1. C. *de raptu Virginum.* (38) *Comm.* I. § 64. ULPIANUS tit. 5. § 2.

terierat; unde in institutionibus ne verbo quidem memoratur. GAIUS de probatione agit § 66—96, et est illa duplex.

1°. *Erroris causae* probatio, quae originem debet Senatusconsulto (39) ad legem Aeliam Sentiam facto, et ab HADRIANO (40) deinceps mutato, quodque ex coniectura GANSII (41) idem est ac Senatusconsultum Pegasianum VESPASIANI tempore latum, quod etiam de causae probatione fuit sollicitum. Haec probatio locum obtinet, quando quis uxorem deterioris conditionis duxerit, quam ipse sit, errore facti, et ex ea filium procreaverit, quem ceteroquin in potestate habuisset. Tum enim potest adire magistratum et probare, se errore illud fecisse, (42) quando, connubio inter ipsos constituto, filius cum matre civitatem accipit, et in potestatem patris venit. Ex dictis ratio Senatusconsulti facile colligitur, ne scilicet numerus matrimoniorum et civium inde minueretur. Itaque, si civis Romanus Latinam, peregrinam aut dedititiam duxerit, (43) causa probata, uxor (nisi sit dedititia) fit civis Romana, et liberi veniunt in potestatem parentis. Item si civis Romana nupta fuerit peregrino aut dedititio, causa probatur, non tamen potestas patria aut civitas marito acquiritur, si dedititius sit scilicet. (44) Si vero nubat Latino erroris causa non probatur, quia causa probari potest ex lege Aelia Sentia, idemque dicendum si Latinus Latinam duxerit putans esse civem Romanam. (45) Sin vero peregrinam duxerit aut dedititiam loco Latinae, admittitur causae probatio. Denique si civis Romanus, putans se esse Latinum aut peregrinum, eiusdem conditionis mulierem duxerit, permittitur ei causam erroris probare. (46)

Ex requisitis ad erroris causae probationem, dicendum videtur peregrinis illam haud patuisse, quamvis contrarium indicare videantur GAII verba: (47) *ex quo colligimus etiam peregrinum causam probare posse.* Verum videntur tantum. Recte enim GANSIUS (48) observat, hic sermonem non esse de erroris causae probatione, verum de HADRIANI subscriptione, qua significasset,

(39) *Comm.* I. § 67. sq. § 71. *Mosaic. et Rom. legg. coll.* tit. 16. § 2. (40) *Comm.* I. § 73. II. § 142. sq. III. § 37. Cf. HOLLWEG *de causae prob.* p. 119. (41) l. l. p. 124. (42) ULPIANUS tit. 8. § 4. GAI. l. l. GANS. p. 111. de filio eff. § 68. sqq. (43) *Comm.* I, § 67. (44) *Comm.* I. § 68. sq. (45) Ib. § 68, 70. (46) § 71. (47) § 74. (48) p. 121.

eum, qui civitatem sibi et uxori praegnanti petiisset, etiam futuro filio petere debere, (49) cum ceteroquin ad peculiarem probationem recurrendum foret, (50) ab ANTONINO ita extensa, ut si filius ante quam parentes civitate donarentur conceptus, postea vero editus esset, etiam nunc caussam probare possit ac si peregrinus mansisset. Unde GAIUS concludit potuisse peregrinos caussam probare modo sibi peculiari. GAIUS autem his data disquirit de nuptiis inter personas diversae conditionis initis, et an liberi patrem an vero matrem sequantur, ut videat an causae probationi locus sit; quae omnia, post discrimen inter Romanos et peregrinos CARACALLAE constitutione sublatum, identidem evanuerunt, donec tandem IUSTINIANUS varia quoque libertinorum genera sustulit. Duas autem regulas GAIUS proponit ad haec diiudicanda.

α. Ex connubio natus sequitur patrem, ceteroquin matrem, nisi lex aliud voluerit. Filius autem hoc casu nunquam est in patris potestate. (51)

β. Qui illegitime concipiuntur, statum sumunt ex tempore partus, qui legitime, ex tempore conceptionis. (52)

2°. Causae probatio *ex lege Aelia Sentia*, qua Latinus 30 annis minor (deinceps etiam maior) ducta uxore vel cive Romana, vel Latina coram testibus, civibus Romanis puberibus, atque ex ea filio filiave, anniculo anniculave susceptis, potest magistratum adire, et si ei approbaverit, se liberorum causa ex lege Aelia Sentia uxorem duxisse et filium anniculum habere, ipse et uxor et filius civitatem Romanam adquirunt; (53) immo etiam patriam potestatem, uti nobis visum cum HOLLWEGIO, (54) cui assentimur has maxime ob causas.

A. Propter locum GAII, (55) quem si conferamus cum praecedentibus et sequentibus, haec oritur sententia: Liberi, qui statim ut nascuntur in potestate parentum non sunt, deinceps in eam rediguntur. V. c. si Latinus uxore ducta, ex lege Aelia Sentia filium susceperit, non habebit eum in potestate, causa vero probata et civitate accepta, mox illum in potestate habere sua incipit. Male hic inseri posse voculam *non*, docuit GANSIUS. (56)

B. Propter varia loca, quibus patria potestas proponitur, tanquam sequela

---

(49) *Comm.* I. § 94. (50) Ib. § 93. (51) *Comm.* I. § 82. (52) § 89. (53) § 29. (54) *De causae probatione*, l. l. p. 49. (55) *Comm.* I. § 66. (56) p. 130.

civitatis, et exceptionis instar adiicitur, si contrarium obtineat. (57) Atqui dubium non est hac causae probatione Latinum accepisse civitatem, (58) ergo et accepit patriam potestatem. Inde autem simul explicatur, quare GAIUS de illa non dixerit (59) tanquam modo patriam potestatem adquirendi.

C. Quia GAIUS *idem iuris est*, inquit, (60) *de his, quorum nomina ex lege Aelia Sentia, vel Senatusconsulto post mortem patris caussa probata in potestate eius futuri essent*, quae verba, maxime si coniungantur cum verbis eiusdem (61) *consanguineos et adoptio facit, et arrogatio, caussae probatio, et in manum conventio*, indicare videntur utraque causae probatione potestatem fuisse acquisitam.

D. Quia nusquam dicitur, hanc causae probationem ab ea, quae propter errorem fit, ita differre, ut potestatem non tribuat, cum tamen saepius comparentur, et illud, quod inter utramque intercessit discrimen, quod scilicet hic requiritur ut filius anniculus sit, disertis verbis declaretur.

E. Ob GAII locum ubi dicitur Latinos, qui cum liberis suis ad civitatem perveniunt, illos habere in potestate, (62) secus ac ii, qui magistratum gerunt. Hi enim soli sine liberis ad civitatem Romanam perveniunt, eosque in potestate non habent.

Ex supra dictis colligi potest ad hanc causae probationem requiri non tantum ut nuptiae ex lege Aelia Sentia liberorum causa sint initae, sed ut revera susceptus sit filius filiave, isque eave anno maior. Quae si ita se habeant, acquiritur civitas Romana, illamque sequitur patria potestas.

Alia causae probatio est, quae post CARACALLAM fieri desiit, unde ab ULPIANO non memoratur, qua peregrinus, qui civitatem ab imperatore acceperat, Ipso coram probabat filiis expedire si in potestatem venirent, (63) de qua supra verbo monuimus. Si vero hoc factum non fuisset ab Imperatore, filii cum eo civitate donati in eius potestate non erant. (64)

Causae probatio tempore IUSTINIANI evanuerat: eius loco in Institutioni-

---

(57) *Comm.* I. § 68. sq. (58) ULPIANUS tit. 3. § 3. GAIUS *Comm.* I. § 29. (59) § 87. (60) *Legg. Mos. et R. coll.* tit. 16. § 2. (61) Ibid. § 6. (62) *Comm.* I. § 95, in hac enim § ex ductibus in MS. videtur restituendum *Latini s; c.* i. e. *Latini sunt et.* (63) *Comm.* I. § 93. (64) *Comm.* III. § 20.

bus occurrit alius potestatem adquirendi modus, ab Imperatoribus Christianis inventus, qui recentioribus dicitur (65)

Legitimatio, quae triplex est, (ea enim, quae fiebat per arrogationem, ab ANASTASIO inventa, a IUSTINO eius fuccesfore fublata est.) (66)

1°. Prima, quae fit per fubfequens matrimonium, quae CONSTANTINO M. debet originem, quaeque inventa fuit ut homines a concubinatu avocati, ad nuptias allicerentur. Verum mox ab ufu recesfit, repetita tamen a ZENONE a°. 476. (67) Denique IUSTINIANUS idem conftituit, nulla tamen CONSTANTINI aut ZENONIS facta mentione. (68) Ceterum difficultas est apud IUSTINIANUM § 13, quae tamen collatis aliis imperatoris conftitutionibus (69) evanescere videtur. Cum IUSTINIANI conftitutione patri concesfum fuisfet matris connubium, ut ita liberos legitimos procrearent, (70) naturales quidem iam editi una in potestatem veniebant; ante inftrumenta dotalia vero concepti, at post ea editi remanebant naturales. His igitur auxilium adlaturus IUSTINIANUS conftituit, ut tempus partus, non conceptionis, infpiciatur, eoque hac Inftitutionum §° refpicit.

2°. Altera est, quae fit per oblationem curiae et a THEODOSIO Iuniore fuit introducta a°. 442. (71) Tanta enim erant decurionum onera, (72) ut homines quibusvis praemiis ad hoc munus fufcipiendum fefeque curiae mancipandos esfent alliciendi. (73) Occurrit autem primo loco in Inftitutionibus, quia IUSTINIANUS priorem ipfe introduxisfe vult videri.

3°. Ea, quae fit per refcriptum Principis, quae tamen Inftitutionibus est recentior. (74) Etiam locum obtinet mortuo patre, fi fcilicet dum in vivis erat non potuit uxorem ducere, liberos curiae mancipare aut principem adire, quando tamen requiruntur preces eius in testamento a liberis principi offerendae.

Apud GAIUM et IUSTINIANUM tertius modus, qua potestas adquiritur est

---

(65) Cl. GRATAMA p. 183. vere diverfa est a caufae probatione. Vide GANS. p. 127. (66) L. 7. C. *de nat. lib.* (67) L. 5. C. *eodem.* (68) L. 11. C. *eodem.* (69) L. 11. l. Novella 89. c. 8. (70) L. 10. C. *eodem.* (71) L. 3. C. *eodem.* (72) BRISSONIUS *Sel. antiq.* c. 13. MERILLIUS *Obferv.* L. VII. c. 26. (73) Cl. GRATAMA p. 186. (74) Nov. 74. c. 2. Nov. 89. c. 9. fq.

III. *Adoptio*, (75) eaque duplex. Est enim vel

1°. *Arrogatio.* Haec tempore GAII erat actus folemnis, qua homo fui iuris, in comitiis curiatis populi auctoritate, fe patriae potestati alterius fubiiciebat. Nomen habet quia legis inftar erat, quae faepius rogatio vocatur. (76) Postquam fcilicet Pontifices, qui his comitiis femper aderant, fedulo in facra gentis inquifiverant, (77) in aetatem arrogantis an gignundis liberis idonea fit, in bona arrogati, an infidiofe fint adpetita, et iusiurandum detulerant, cuius formula excogitata fuerat a QUINTO MUCIO Pontifice maximo, pater adoptans rogatur an velit GAIUM V. C. iustum fibi filium esse, tum is, qui adoptatur, an id fieri patiatur, (78) tum denique populus an id fieri iubeat. (79) Cuius rogationis formulam nobis fervavit AULUS GELLIUS. (80)

2°. Altera fpecies est, quae fit imperio magistratus, qua quis e potestate patris in alterius potestatem tranfit. Dicitur *adoptio* in fpecie, fitque Romae apud Praetorem, in Provinciis apud Proconfulem, Legatumve (81) (Caefaris fcilicet) five Praefidem, uti iam ante GAIUM inventum docuit NOODTIUS. (82) Plerumque (83) peragitur ita, ut filius adoptivus, ab eo in cuius potestate est, post ternam mancipationem et remancipationem in iure cedatur, atque ab adoptante vindicetur, cui, patre naturali non contra vindicante, addicitur. (84) —

GAII aetate hae fpecies fatis erant diverfae:

Primo enim comitia Romae tantum habebantur, adeoque arrogatio non nifi in urbe fiebat, adoptio etiam in Provinciis. (85)

Secundo mulieribus nulla erat comitiorum communio; adeoque nec arrogare possunt nec arrogari. (86) Adoptari GAII aetate poterant, non vero adoptare, quia ne naturales quidem liberos in potestate habent. (87)

---

(75) *Comm.* I. § 97. fq. (76) V. c. apud AULUM GELLIUM *Noct. Att.* L. V. c. 18. (77) CICERO *pro Domo* c. 13. (78) CIC. l. l. c. 29. (79) *Comm.* I. § 99. GELL. L. V. c. 19, qui inter fe non pugnant, uti post alios fcripferat HEINECCIUS *Antiq.* h. t. n°. 5. (80) l. l. (81) *Comm.* I. § 101. (82) *De Iurisd.* L. II. c. 7. ad PAULI L. 17. D. *de manumisfis vindicta.* (83) V. infra S. 4. n°. 5. (84) *Comm.* I. § 134. GELL. l. l. (85) *Comm.* I. § 100. ULP. tit. 8. § 4. (86) TRIBONIANI manus igitur est in L. 21. D. *de adopt.* (87) *Comm.* I. § 101. 104. ULP. l. l. § 5.

Tertio ob eandem caufam impuberes olim apud populum arrogari non poterant, quamvis aliquando accidisfet, et ex epistola D. PII, quam fcripfit Pontificibus, fi iusta caufa adfit, cum quibusdam conditionibus permitteretur. (88) Aliter in adoptione. Cuiuscunque enim aetatis homines adoptantur, exceptis iis, qui in potestate parentum non funt, fed in tutela, quia non tanta tutoris est auctoritas, ut caput liberum alienae ditioni fubiiciat.

Quarto, qui alium adoptaverat, tertio cuidam in adoptionem dare poterat, qui arrogaverat, non item. Lex enim non nifi lege refcinditur. (89)

Quinto arrogari fervus non poterat. Ei enim aditus ad comitia non patebat, adoptari vero potest, dummodo, fi illum emancipaverit pater adoptivus aut is mortuus fuerit, non invadat iura ingenuorum. (90)

Sexto in arrogatione quidem liberi, quos arrogatus in potestate habuit, una cum illo in potestatem arrogatoris tranfeunt; in adoptione vero, fi quis, qui cum liberis erat in potestate patris, ab eo in adoptionem datur, liberi eius remanent in potestate avi. (91) Male igitur res fuas hic egisfe videtur ANIANUS. (92)

Utrique autem fpeciei commune erat

1°. Quod et hi qui generare non posfint, adoptare posfint. (93)

2°. Quod in utraque quaeratur, an minor natu maiorem adoptare posfit. (94) — Ita res erat tempore GAII; videamus quaenam mutata fint.

Quod ad primam fpeciem adtinet, post ALEXANDRI SEVERI aetatem, fub quo vixit ULPIANUS, in comitiis populi auctoritate fieri defiit. Tum enim Principes foli Imperatores *esfe* non tantum, fed et *videri* voluerunt, unde postea fiebat Principis refcripto, (95) ex quo fequitur eam tempore IUSTINIANI ubivis fieri posfe, et mulieres quoque aut impuberes recte arrogari. IUSTINIANUS autem conditiones tradit, quibus ex epistola D. PII impuberis arrogatio fiebat. (96) Scilicet, ut, fi iusta caufa esfet, arrogator caveret, fe bona arrogati, fi intra pubertatem discesfisfet, haeredibus reftituturum; porro fe eum non fine iusta caufa emancipaturum, exhaeredaturum

(88) *Comm.* I. § 102. (89) *Comm.* I. § 105. (90) GELL. l. l. (91) *Comm.* I. § 107. (92) *Epit.* I, 5, § 4. ibique OISELIUS n°. 12. (93) GAII *Comm.* I. § 103. ULP. l. l. § 6. (94) *Comm.* I. § 106. (95) § 1. *I. de adopt.* (96) § 3. *eodem.*

aut praeteriturum, fin fecisfet, quartam bonorum partem, quae inde D. PII dicitur, ei dare debebat.

Quod ad alteram fpeciem attinet, eam pene fuftulit IUSTINIANUS, cum adoptivus quidem retineat ius fuccedendi ab inteftato, pater vero adoptans poteftatem non acquirat, nifi naturalia et adoptionis iura in unam perfonam conveniant, veluti fi pater adoptans esfet avus maternus, aut patre emancipato etiam paternus. (97) Faeminas etiam aliquando adoptare permifit idem imperator.

Fuit interea negando decifa utrique fpeciei communis quaestio, an natu minor maiorem posfit adoptare, ita ut pater adoptans filium 18, nepotem 36 annis praecedere debeat. (98) In utraque autem conftitutum, ne castrati adoptarent, quod ex contemptu venisfe videtur. (99) Cum hisce adoptionis fpeciebus ne confundatur haeredis inftitutio facta fub conditione, ut nomen testatoris aliusve adfumeretur. Ea enim patria potestas non adquiritur. (100)

SECTIO SECUNDA.

De his, quae in manu funt.

De hoc inftituto agit GAIUS § 108—115, et verbo loquitur ULPIANUS tit. 9. ubi videndus est SCHULTINGIUS. IUSTINIANUS vero de eo non dicit. Superfunt nihilo minus quaedam eius in Digestis vestigia.

Poteftatem duplicem esfe vidimus; alteram in fervos, in liberos alteram. Ad huius imitationem introducta est manus, ad illam in liberis perfonis leniendam excogitatum fuit mancipium. (101)

Manus dicenda videtur „ius, quod habet civis Romanus in uxorem," quam

(97) § 2. I. h. t. § 10. *eodem.* (98) § 4. I. *eodem.* (99) ULP. l. l. § 9. I. *eodem* ibique THEOP. (100) HUBERI *digresf.* L. II. c. 23. 1. (101) GANS. l. l. p. 140.

ex iure Quiritium duxit, quaeque ei filiae loco est," a qua definitione tamen exſulat manus cum extraneo, quae omnibus fere manus criteriis caret. Eius adquiſitio dicitur in manum conventio. Varii eius ſunt effectus.

Cum enim mulier, quae viro in manum convenit, apud eum filiae loco conſtituatur, (102) venit quoque neptis loco (103) in potestatem eius, in cuius hic est, et fit conſanguinea liberorum. (104) Porro bona omnia eius dotis nomine ad virum tranſeunt. (105) Verum ab altera parte quoque particeps fit omnium bonorum et ſacrorum, (106) quo reſpexit MODESTINI definitio. (107) Nihil igitur habet mulier, nisi quod mariti voluntate poſſidet peculii nomine: (108) ipſi omnibus modis adquirit, excepta in iure ceſſione, quia cum nihil ſuum habeat, nequit vindicare. (109) De poſſeſſione etiam fuit quaeſitum an adquirat marito, cum ipſa non poſſideatur. (110) Ex eius delictis potest conveniri maritus; ſua haeres est et agnatione rumpit ante factum testamentum. (111) Denique maritus ei tutorem tutorisve optionem testamento dare potest: (112) ex quibus omnibus patet, manum patriam potestatem imitari. — Mulieres autem, quae marito in manum convenerant, olim honoris cauſa dicebantur *matresfamilias*, cum ceteroquin *uxores* aut *matronae* vocarentur. (113)

In manum convenitur tribus modis, farre ſcilicet, coëmtione, vel uſu. (114) De ſingulis videamus.

1°. *Farreo* ſive *confarreatione* convenitur in manum per genus quoddam ſacrificii, in quo adhibetur panis farreus, (115) praeterea certa ſolemniaque verba praeſentibus decem testibus. (116) — Liberi ex eiusmodi nuptiis nati dicebantur patrimi et matrimi, quorum magnus in ſacerdotiis obeun-

---

(102) *Comm.* I. § 109. ſq. 114, 139. *Moſ. et Rom. legg. collatio* tit. 16. § 2. ULP. tit. 19. § 18. (103) DION. HAL. L. 2. p. 95. (104) *Moſ. et Rom. legg. coll.* tit. 16. § 6. GAII *Comm.* III. § 14. (105) CIC. *Top.* c. 4. GAIUS *Comm.* II. § 98, III. § 84. ubi in manum conventionem recenſet inter modos acquirendi per univerſitatem. (106) *Comm.* II. § 159. ULP. tit. 22. § 14. *laud. coll.* tit. 16. § 2. (107) L. 1. D. *de R. N.* (108) PLAUTUS *Caſina* act. 2. ſc. 2. vs. 26. (109) *Comm.* II. § 86. 96. (110) *Comm.* II. § 90. (111) *Comm.* II. § 139. (112) *Comm.* I. § 148, 150. (113) CIC. *Top.* c. 3. GELL. *Noct. Att.* L. 18. c. 6. SERV. ad *Aen.* L. X. vs. 476. dein tamen aliae harum vocum ſignificationes invaluerunt. Cf. GRUPEN. *in uxore Romana* c. 1. § 5. (114) ARNOBIUS *ad gentiles* L. 4. p. 140. BOËTIUS *ad Top.* c. 3. (115) ULP. tit. 9. ibique SCHULTING, GAII *Comm.* I. § 112. (116) Cf. BRISSONIUS *de R. N.* p. 237. ed. TREKELL.

dis favor erat, immo vero certis facerdotibus, putá Flaminibus Dialibus, Martialibus, Quirinalibus et Regibus facrorum, uxores non aliter quam farreo in manum convenire poterant. Huius confarreationis natura religiofa, atque a caeteris in manum conveniendi modis omnino diverfa est. Repetenda videtur ex facra lege ROMULI de nuptiis, de qua DIONYSIUS et PLUTARCHUS loquuntur. (117) AUGUSTUS in hac folemnitate quaedam ex horrida illa antiquitate ad fui temporis ufum inflexerat; TIBERIO tamen Imperatore, haec confuetudo inter paucos erat retenta, (118) eodemque modó res fefe habebat GAII et ULPIANI aetate, ut recepto demum CHRISTI cultu, in fugam acta fuisfe videatur.

Confarreatione in manum conveniri posfe negavit D'ARNAUDIUS; (119) fed neque illud probat locus CICERONIS a Viro cl. laudatus, ubi coëmtionem et ufum tantum enumerat; farre enim, exceptis Pontificibus, tam raro in manum conveniebatur, ut eam memorare fuperfluum videri potuisfet: neque admittendum est adverfus manifestam GAII et ULPIANI auctoritatem. (120) Notandum autem, post antiquatam cum ceteris ritibus ethnicis confarreationem, non mox in eius locum fuccesfisfe benedictionem ecclefiasticam; de ea enim in codice Theodofiano ne verbum quidem occurrit, et DIO CHRYSOSTHOMUS queritur eam fua aetaete haud frequentari, (121) idque eo magis notandum, quia, cum magna fit ad nuptiarum fanctimoniam confervandam religionis vis, plerumque folemnia quaedam religiofa a Legislatoribus adiiciuntur.

2°. *Coëmtione* in manum convenitur per mancipationem five imaginariam venditionem verbis folemnibus factam, adhibitis non minus quam quinque testibus, civibus Romanis puberibus et libripende, praeter mulierem et eum in cuius manum convenit. (122) Tum is, qui mulierem habet in potestate, illam mancipat marito. Quaefitum fuit, an coëmtio mutua esfet, a parte

---

(117) Cf. Doct. DE RANITZ *diep. iuris hist. de lege facra Romuli de nuptiis* p. 3. (118) TACIT. *Ann.* IV. c. 16. (119) l. l. c. 28. (120) GRUPEN. *de ux. Rom.* c. 4. § 18. HEINECC. *Ant.* L. I. tit. 10. § 1. (121) Cf. MULLER *de genio faeculi Theod.* P. 1. c. 6. (122) CICERO *de Oratore* L. I. c. 56. GAII *Comm.* I. § 113. 119. Cf. BRISSON. l. l. p. 297. *Sel. Antiq.* L. I. c. 7.

viri et mulieris; quod affirmare non aufim, verofimile tamen est, mulieris uti arrogati confenfum accedere debuisfe. Pluribus enim locis iis aequiparatur. (123)

Quamvis haec coëmtio origine tantum matrimonii caufa fiebat, deinceps tamen etiam fiduciae caufa fieri coepit. Tum quidem acquiritur manus; at vero plerisque effectibus destituitur; ut mulier quidem extraneo cuius in manu est acquirat, non vero ipfi filiaefamilias loco fit, eique fuccedat. (124) Fieri autem folebat haec coëmtio aut facrorum confervandorum caufa, quando ad fumtus minuendos, plerumque fenes adhibebantur; (125) aut quoque tutelae evitandae caufa, quando mulier, quae in tutela erat, extraneo cuidam in manum convenit, et ab ipfo remancipatur alii, cui ipfa vult, qui illam manumittat et tutor fiat eius fiduciarius. (126)

5°. *Ufu* five *ufucapione* in manum conveniebatur, fi foemina per annum continuum apud virum manfisfet, nec per trinoctium usurpandi caufa abfuisfet. (127) Ita mulieres aequiparantur rebus mobilibus, quarum annua erat ufucapio, unde D'ARNAUDIUS colligit, hoc modo in manum non convenisfe mulieres fui iuris in tutela. (128) Ufus igitur modus fubfidiarius est acquirendi dominium Quiritarium; unde patet eam vere esfe iuris civilis Romani. (129) — Hoc vero de ufu ius, quod CICERONIS etiam aetate viguit, (130) GAII tempore partim legibus fublatum, partim defuetudine obliteratum erat. Verifimile fane est, corruptis Quiritium moribus, cum per trinoctium quotannis ufurpando mulieres a manu liberarentur, multas ea occafione ad flagitia quaevis perpetranda, fidemque coniugi datam fallendam, ufas fuisfe. (131)

De manu IUSTINIANUS non dixit. Modi enim, quibus adquirebatur, ufu antiquatae fuerant; neque temporum ratio et mite imperatoris ingenium, mulierculis plus faepe iusto favens, finebant; ut ita filiarum inftar, mulie-

(123) V. c. *Comm.* III. § 40. mutuam fuisfe affirmat D'ARNAUD, *Variar. coniect.* L. I. c. 26. (124) *Comm.* I. § 114. II. 139. GANS. p. 151. (125) CICERO *pro Murena* c. 12. (126) *Comm.* I. § 115. (127) *Comm.* I. § 111. GELLIUS *Noct. Att.* L. 3. c. 2. BRISSONIUS l. l. p. 304. (128) L. I. c. 27. (129) Cf. S. P. VAN IDSINGA disf. inaug. *de praefcr.* p. 41, 49. (130) Or. *pro* FLACCO c. 34. (131) GAII *Comm.* I. § 111. et quos laudat D'ARNAUD l. l.

res virorum imperio parerent. Quaenam autem imperator ex religione Christiana ad nuptias traduxerit solemnia, ignoramus.

SECTIO TERTIA.

De his, qui in mancipio sunt.

Uti manus in uxorem origine eandem fere vim habebat, ac potestas in liberos, ita mancipium magis cum servitute convenit. Mancipium hic dici posse videtur „ius, quod quis habet in personas liberas mancipatione sibi venditas, servorum loco." — Dixi de personis liberis: servi enim non dicuntur in mancipio fuisse, sed semper sunt in potestate. Porro mancipationem requiri, et has personas servorum loco fuisse, GAIUS indicare videtur. (132) Primis temporibus, rudibus adhuc Quiritium moribus, hoc ius satis usitatum fuisse videtur. Deinceps vero non adhibebatur, nisi aut uno momento dicis causa, aut ob noxam commissam. Mancipatio, qua hoc ius adquiritur, (133) in filio ter repetenda erat, ob verba illa XII Tabb. „*Si pater filium ter venumduit, filius a patre liber esto!*" — In nepote, nepte, filia aut uxore una sufficiebat mancipatio. (134) Diximus personas mancipio datas servorum loco fuisse; primum igitur videamus quaenam hic a servitute servaverint Romani, deinde vero, quae mutata sint, consideremus.

Ii, qui in mancipio sunt, non solum iisdem verbis quibus servi mancipantur, secus ac in coëmtione, (135) verum etiam tenentur operas domino suo praestare, saltem si noxae dediti sunt, dominoque acquirunt. Praeterea nihil ex testamento eius, cuius in mancipio sunt, capere possunt, nisi eodem testamento manumittantur. Hoc vero casu qui liber et haeres nuncupatus

(132) L. 1. § 1. D. *de capite minutis. Comm.* I. § 123. *Comm.* II. § 160. (133) *Comm.* I. § 119—122. (134) *Comm.* I. § 135. ULP. tit. 10. § 1. (135) *Comm.* I. § 123.

est in eodem testamento necessarius haeres fit, adeoque Praetoris beneficio abstinendi ei opus est: (136) deinde ex delictis eorum conveniri potest, qui illos in mancipio habet: denique uti servi quem manumisit patronus ita hic tutor fiduciarius fit. (137)

At vero ab altera parte, multum a servitute recessit hoc institutum. Qui enim in mancipio sunt non possidentur; unde quaesitum an domino possessionem adquirant; si dominus eos laesisset, iniuriarum actio contra eum competebat. (138) Porro si eos ex noxali causa possidebat, noxa sarcita, manumittere tenebatur; (139) ipse vero ex delicto eorum conventus noxae dare non poterat, quia si ex noxali causa tenebat, manumittere debebat, sin fiduciae causa, remancipare; adeoque tum nisi eos defenderet, conveniendus fuisse videtur pater naturalis, ut solveret ex bonis, quae habituri fuissent, si in mancipio non versarentur. (140) Quaesitum autem fuit, an si noxae datur ter mancipandus sit, quod negarunt SABINUS et CASSIUS, quia terna mancipatio ad voluntarias tantum mancipationes pertinet. (141) Verum si varia loca, ubi de his rebus sermo est, conferamus, dicendum videtur, patriam potestatem ante tertiam manumissionem proprie non amitti, sed pendere. Si e. g. pater moritur dum filius in primo alterove mancipio est, hic suus haeres remanet. Sic quoque natus illo tempore in avi erit potestate, cum in tertia mancipatione nati ius pendeat, (142) adeoque si consilium non aderat filium, noxa sarcita, liberum reddendi una sufficere videtur mancipatio. Ita explicari potest, quare qui noxae filium accepissent, ad manumissionem cogebantur, non vero ad remancipationem, sive fiduciae iudicio non tenebantur. Patris scilicet non intererat, an filius manumitteretur aut remanciparetur; manumissor enim non fiebat tutor fiduciarius, quia filius ex prima mancipatione manumissus in patris potestatem recidit.

Haec omnia in Institutionibus non inveniuntur. (143) Antiquatis enim omnibus quae mancipatione peragebantur negotiis, haec quoque evanuerunt.

---

(136) *Comm.* I. § 123. II. § 160. (137) *Comm.* IV. § 80. ULP. tit. 11. § 5. (138) *Comm.* I. § 141. (139) *Mos. et Rom. legg. collatio* tit. 2. § 3. (140) Huc refer argumentum, § 80. *Comm.* IV. (141) *Comm* IV. § 79. (142) *Comm.* I. § 135. III. § 6. (143) Hoc movisse videtur CONTIUM, OISELIUM, aliosque, ut BOETHIUM erroris incusarent (L. III. ad Topica CICERONIS ad c. 5.) et, GAIUM L. I. de mancipatione locutum non fuisse autumantes, h. l. legendum censerent *Libro secundo.* Cff. tamen quae iam monuerat SCHULTING *Iurispr. Anteiust.* p. 50. n. 21.

SECTIO QUARTA.

Quomodo hi, qui alieno iuri subiecti sunt; eo liberentur.

Rubrica Institutionum hic tantum loquitur de modis quibus potestas solvatur; manus et mancipium enim evanuerant.

I. Potestatem dominorum in servos manumissione solvi, capite *secundo* vidimus. In liberos vero quo modo finiatur, nunc est videndum.

1°. Morte naturali patris et aliquandò avi, si scilicet nepos, emancipato patre, in avi potestate remanserat; ceteroquin enim mortuo avo recidebat in potestatem patris. (144)

2°. Si alteruter aut pater, aut filius, maximam vel mediam capitis deminutionem passus fuerit. (145) GAIUS rationem adiicit, quia peregrini in Romanorum potestate esse, illosve in potestate habere nequeunt, idemque fere dicit ULPIANUS. (146) Ex imperatoris quoque verbis idem colligi poterat, dicentis, relegatione potestatem non amitti, scilicet ea non tollitur civitas. Iam vero GAIUS mox subiicit de exceptione ab hac regula, si parens filiusve ab hostibus captus sit, adeoque meliori ordine res suas egisse dicendus est, quam imperator. (147) Quamvis enim captus hostium servus fiat, tamen quia reversus iure postliminii omnia sua iura recipit, dicitur pendere ius patriae potestatis; (148) sin reversus non fuerit, verum ibi mortuus sit, liberi sui iuris fiebant; at vero quaerebatur GAII aetate, an ex tempore quo captus, an vero ex quo mortuus fuisset pater, sui iuris fierent. Priorem opinionem, quam in epitome proposuerat ANIANUS, (149) recepit et in In-

(144) *Comm.* I. § 127. ULPIANUS tit. 10. § 2. Pr. Inst. *h. t.* (145) GAII *Comm.* I. § 128. § 1. Inst. *h. t.* (146) l. l. § 3. (147) Cf. *Comm.* I. § 129. cum § 5. Inst. *h. t.* (148) L. 12, 14, 16, 22. D. *de capt. et postlim. reverf.* ULP. L. l. § 4. CLIFF. l. l. p. 80. (149) *Epit.* I, 6, § 2.

ſtitutionibus propoſuit IUSTINIANUS. Aliud exemplum ſolutae media capitis demminutione patriae potestatis occurrit apud GAIUM in perſona eius, qui olim iusſu patris in coloniam Latinam deductus fuisſet, cum alterius civitatis civis acciperetur. (150) Cum vero a°. urbis 665 lege Iulia et Plautia cum tota Italia communicata fuisſet civitas, haec omnia obſolaverunt; unde quoque apud GAIUM vocula *olim*. — Imperator hoc loco docet eum etiam, qui poenae ſervus factus esſet, i. e. in metallum ludumve damnatus, potestatem amittere, utpote qui civitatem Romanam amiſerat. Hoc autem ſervitutis genus deinceps ſublatum fuit ab imperatore nostro. (151)

3°. Dignitate aliquando ſolvitur patria potestas, idque fit ſine capitis deminutione. (152) Nimirum GAII et ULPIANI aetate liberi de potestate exibant, virilis ſexus quidem ſi flamines Diales inaugurati esſent, foeminini vero ſi virgines Vestales caperentur. (153) Haec vero ſacerdotia non poterant obire niſi nati ex nuptiis confarreatis, et a parentibus non emancipatis; (154) unde colligimus, hosce ita tantum, non etiam emancipatione, ſui iuris factos fuisſe. Solet enim in negotiis iuris civilis Romani, uti recte obſervat GANSIUS, (155) ius ſolvi eodem fere modo, quo fuerat adquiſitum. Alia dignitate patria potestas non ſolvebatur, (156) adeoque recepto CHRISTI cultu, haec omnia evanuerant. At vero IUSTINIANUS Patriciatus, (ſive Conſiliarii Aulici) dignitate eam ſolvi voluit, (157) idemque postea ad alia munera extendit. (158)

4°. Emancipatione, qua, ut vox indicat, filius a patre naturali mancipatur fiduciario, qui illum vindicta manumittit, quo facto a patre denuo eidem vel alio ſed plerumque eidem mancipatur, qui illum iterum manumittit. Tertia vero vice ſibi mancipatum non manumittit; tum enim ipſe fieret tutor fiduciarius, et patroni inſtar in bona eius, ſi moreretur, ſuccederet: (159) ſed patri remancipat. Terna autem illa mancipatio in filio tantum requiritur, ut monuimus; in caeteris una ſufficit, nec ſi filium emancipat nepotes ex eo quoque mancipare tenetur. Ius patris fiduciarii dicitur *mancipium*.

---

(150) *Comm.* I. § 131. ibique editorem n. 30. (151) § 3. Inſt. *h. t.* Novell. 22. c. 8. Cl. GRATAMA l. l. p. 121. (152) *Comm.* III. § 114. (153) *Comm.* I. § 130. ULP. tit. 10. § 5. GELL. L. I. c. 22. (154) Cf. TACIT. *Ann.* IV. c. 16. (155) l. l. p. 170. (156) GELL. L. XI. c. 2. cf. Cl. GRATAMA, p. 204. (157) § 4. Inſt. *h. t.* (158) Novell. 81. (159) *Epit.* I, 6, § 3.

ANASTASIUS vero, cum emancipationem nimiis folemnitatibus laborare videret, aliam adiecit, quae fieret per rescriptum Principis. IUSTINIANUS, conservata ANASTASII forma, priscam illam fustulit, aliamque, quae fiat edicto magistratus, ei fubftituit, ita tamen, ut parentes in bonis idem ius retineant, quod habent patroni in bonis libertorum, atque, liberis impuberibus, eorum tutelam nanciſcantur. (160)

5°. Adoptione folvitur potestas, quae fit vel mancipatione, quando is, cui filius mancipatus fuerat, eum patri adoptivo remancipat; vel in iure cessione, (161) quae hic placuit prae mancipatione, fecus ac in ceteris negotiis. (162) Sed ratio in promtu est: caufa enim quare in caeteris mancipationem celebrare folebant Quirites, quae erat, ne ad iudicium venire tenerentur, hic cesfabat; cum adoptio non fiat nifi apud magistratum eumque maiorem apud quem legis actio erat. Post IUSTINIANUM vix dici potest adoptione patriam potestatem folvi, nifi quatenus liberi eius, qui arrogatur, transeant in potestatem arrogatoris.

6°. An in manum aut mancipium datione patria folveretur potestas, quaesitum fuit. In manum conventione patriam potestatem folvi plenisfime iam demonftraverat G. D'ARNAUD, (163) non tantum cum marito fed et cum extraneo, (164) ita quidem ut coniiciamus mulieres raro tantum emancipatione tempore GAII e potestate dimisfas fuisfe. Quod ad mancipio datum adtinet, fi filius est, magis est ut dicatur patriae potestatis ius pendere, quam amitti. (165) Patriae potestatis ea videtur esfe natura, ut parentes inviti ad liberos emancipandos cogi nequeant, unde mirum atque fuperfluum videri poterat IUSTINIANUM in Inftitutionibus hoc expresfe dixisfe. (166) At vero quia, ut ex GAIO difcimus, longe alia manus et mancipii est natura, facile ex hac oppofitione Imperatoris dicta explicantur. (167)

II. Si quae GAIUS hic habet, quae tamen proh dolor! pro magna parte periere, conferamus eum illis, quae obtinent in patria potestate, hisce fere modis manum folvi dicendum est:

---

(160) L. Ult. C. *de emanc.* § 6. Inst. *h. t.* (161) *Comm.* I. § 134. fq. (162) *Comm.* 2. § 25. GANS. p. 237. (163) l. l. L. I. c. 29. (164) *Comm.* I. § 136. (165) *Comm.* I. § 140. (165) § 9. I. *h. t.* ROYER l. l. c. 2. § 18. (167) *Comm.* I. § 137, 140.

1°. Morte naturali.

2°. Morte civili, i. e. maxima et media capitis deminutione, non vero dignitatibus.

3°. Emancipatione, quae tamen raro accidisse videtur;

4°. Si uxor a marito in manum data fuerit alteri.

5°. Si mancipio data fuerit ab eo, in cuius manu est, alteri, ut is eam manumittat, eiusque tutor fiat fiduciarius.

6°. Invito aliquando marito, si uxor ei repudium miserit. (168)

7°. Si farre mulier in manum convenisset, diffarreatione tantum adhibita, poterat e manu dimitti. (169)

8°. Mulier si ab alio viro usucapta per annum continuum apud hunc remanserit nec per trinoctium usurpandi caussa abfuerit.

III. Mancipium introductum esse ad servitutis imitationem vidimus. Eodem igitur modo quo servitus solvitur, manumissione scilicet; quae fiat censu, vindicta, vel testamento; non vero modo minus solemni, cuius nullus erat effectus, quia mancipium est iuris civilis strictissimi Romani. (170) In S. S. Ecclesiis non fit, unde concludimus, mancipium iam ante CONSTANTINUM obsolevisse. — Cum vero formam tantum servitutis imitetur hoc institutum, in manumissione neque Lex Aelia Sentia nec Furia Caninia locum habet, ut et numerus sit indefinitus et aetas utriusque tum manumittentis, tum manumissi, nec intersit an creditorem patronumve habeat pater fiduciarius, cum non censeatur in eorum fraudem manumittere. (171) Potest et aliquando quis invito eo cuius in mancipio est libertatem consequi, non tamen nisi censu. Hinc vero egregie elucescit, arcte omnia in iure Romano inter se cohaerere, et priscos Quirites formarum fuisse tenacissimos. In vindicta enim et testamento expressa domini requirebatur voluntas, in censu tacita sufficiebat, unde hic tantum dominus ob libertatis favorem censeri poterat consensisse, ut nomen inter cives profiteretur. Erant tamen et hic exceptiones. Scilicet si pater filium ea lege mancipio dederit, ut sibi remanciparetur, quia tunc quandam potestatem in eum sibi reservasse videtur pater, vel si ex noxali caussa quis man-

(168) *Comm.* I. § 137. (169) FESTUS in *Voce.* PLUT. *Quaest. Rom.* p. 276. HEINECCIUS *Antiq.* L. I. tit. 10. n°. 8. (170) V. GANS. p. 167. (171) *Comm.* I. § 138. sq.

cipio datus fuerit; tum enim ſervire debet, donec noxam reſarcierit, nam actor eum pro pecunia habet. (172)

Cum vero et manus et mancipium iam ab uſu recesſisſent, IUSTINIANUS ea omnino abrogavit; ita ut in Inſtitutionibus omnes illi, qui alieni iuris ſunt, in potestate esſe dicantur. — Dicta de his qui alieni iuris erant, ſufficiant. Hic igitur pedem figimus. Spero autem fore ut conatus meus evenerit feliciter. Sin vero plura a re aliena dixerim, minusve accurate quam par erat, pluráve omiſerim, quae omnino quaestione continebantur, ſolatio tamen mihi erit illud HORATIANUM:

„Ridentur mala qui componunt carmina, verum
„Gaudent ſcribentes."

Hic autem non abs re fore credo, ſi paucis exponam de mancipatione, de rebus mancipi et nec mancipi, de huius distinctionis origine et rationibus.

I. Quod ad grammaticam vocum ſignificationem attinet, dicta est *Mancipatio*, quia manu res capitur. (173) Definiri autem potest cum SCHULTINGIO (174) „traditio quaedam civilis ac legitima, interveniente aere et libra, nec „non nexu, et obligatione de evictione, ni res esſet mancipantis." *Manceps* est is, cui res ita traditur, ipſa vero conditio eius rei, cuius dominium ita transfertur, ſive quoque ipſum ius in ea re quaeſitum, dicitur *Mancipium*. Res igitur, quae hoc modo alienari posſunt, vocantur res *MancipI* ſ. *Mancipii*. (175)

II. Cum olim apud Romanos non omnes res MancipI fuerint, quaeritur, quaenam fuerit harum rerum origo, quaenam certa discriminis nota, qua a rebus nec mancipi distinguebantur? Misſa longa expoſitione eorum, quae viri docti hisce de rebus disſeruerunt, (176) quid mihi viſum fuerit breviter proponam.

III. Origo huius inſtituti certe XII Tabulis antiquior est; in his enim

---

(172) *Comm.* I. § 135, 140. (173) GAIUS *Comm.* I. § 121. (174) *Iurispr. Anteiust.* p. 620. n. 12. (175) V. I. G. VOSSIUS *de Analog.* I, 46. in Etym. v. *manceps* C. SALMASIUS *de Uſuris* c. 8. I. PERIZONIUS ad SANCTII *Min.* L. IV, c. 4. n. 12. SCHULTING l. l. p. 619. (176) V. laudatos apud HAUBOLD Inſtitt. I. R. hist. dogmaticae p. 204. ſq.

cautum erat, nonnullas res haud aliter posse alienari: (177) imo fortasse ad ipsa civitatis Romanae incunabula referri potest. Initio scilicet Romani, exsules et fugitivi, bellis et latrociniis vitam sustentabant. Ex more autem belligerendi tum recepto, quae quisque in bello manu ceperat, ea sibi priva habebat et ea iuste acquisivisse maxime putabat. (178) Iam vero si res quasdam alii vendere quis vellet, aliove modo alienare, ne huic metus adesset, ne res utpote iniuste acquisitae evincerentur, solemniter testibus praesentibus fiebat venditio servata belli imagine, dum emtor rem manu caperet. (179)

Quaenam res apud populum rudem et agrestem bello captae et deinde solemniter alienatae fuerint, facile intelligitur; res corporales scilicet, (180) praecipue mobiles, v. c. pecudes, (181) quadrupedesque, quae collo dorsove domantur, equi, muli, asini, boves, (182) homines in bello servati, quorum nomen *mancipia* illud iam indicat, (183) quique rebus fere aequiparantur, ac generatim omnia, quae tali populo divitiae esse solent. Mox tamen cum populus agricola etiam terrae portiones occupasset, eadem ratio extensa fuit ad praedia tam urbana quam rustica, (184) quae cum in publicum adduci et manu prehendi non poterant, aliqua pars inde adducebatur manu capienda. (185) Imo tandem servitutes praediorum rusticorum ita alienari coëperunt; quod in iuribus praediorum urbanorum non factum fuisse ne quis miretur, namque situs aedificiorum fecisse videtur ut rarus esset eorum usus. (186) Deinceps mutata belli ratione, cum populus Romanus, occupata Italia, exteras quoque regiones imperio subiecit, earum dominium sibi retinuit, nec praedia extra Italiam fuerunt res mancipi, nisi nominatim hoc ius accepissent. (187)

---

(177) FESTUS v. *mancipata*. BOETHIUS in Topica CICERONIS L. III. ad c. 5. Cf. SCHULTING l. l. p. 619. n. 2. (178) QUINCTILIANUS I. O. L. VIII. c. 3. n. 5. „tum illa profanorum „sacrorumque direptio, efferentium praedae et acti ante suum quisque praedonem catenati." GAIUS *Comm.* IV. § 16. in fine „festuca autem utebantur quasi hastae loco, signo quodam iusti dominii; maxime „(enim) sua esse credebant, quae ex hostibus cepissent: unde in centumviralibus iudiciis hasta prae„ponitur." Cf. § 17. I. *de divis. rerum.* (179) V. GAIUS *Comm.* I, § 119. sqq. (180) ULPIANUS *Fragm.* tit. 19, § 2. (181) ISIDORUS Origg. L. IX. c. 4. „mancipium est quidquid ma„nu capi subdique potest ut homo, equus, *ovis*." (182) GAIUS *Comm.* I. § 120. II, 15. et ULPIANUS, l. l. § 1. (183) Cf. GAII, ULPIANI, QUINCTIL. l. l. (184) GAIUS *Comm.* I. § 120. II. § 17. (185) GAIUS *Comm.* I. § 121, IV. § 17. ULPIANUS l. l. § 6. (186) Aliam rationem profert SCHULTINGIUS l. l. p. 619. n. 4. (187) Cf. GAIUS *Comm.* II. § 21, 27.

IV. Ex dictis sequi videtur

1°. Hoc modo *a civibus Romanis tantum* res potuisse alienari. (188)

2°. Cum ad securitatem mancipatio inventa sit, non nisi *certas res*, *antiquitus cognitas et magni aestimatas*, ea fuisse traditas; aliam vero ortam fuisse classem rerum, quae non ita transmitterentur. (189)

3°. Res mancipi *non nisi hoc solemni modo* (adde tamen in iure cessionem) in dominium redactas sed in bonis habitas fuisse.

V. Hic scilicet cum GAIO (190) admonendum est, olim unum Romae fuisse dominium, deinde vero, auctis rerum copia et cum peregrinis commercio, aliud accessisse nomine et iure quidem diversum, facto tamen eundem effectum habens, idque dici *in bonis esse*.

VI. Atque sic quidem recte censuit BYNKERSHOEKIUS res mancipi fuisse pretiosas, (191) priscis Quiritibus inprimis, adeoque plerumque ad agriculturam pertinebant, uti observavit MEERMANNUS, et tales erant, quod iam vidit ROSSMANNUS, quae internosci ac distingui facile poterant, cumque census esset negotium mere civile, recte dixisse videtur PUFENDORFIUS res mancipi tantum in censum fuisse delatas: (192) propria vero huius acquirendi modi origo quaerenda est in occupatione bellica, ad quam sententiam proxime accedit HOMMELII opinio. (193)

VII. Si de singulis rebus quaeratur ex ll. ll. efficitur mancipi fuisse

1°. praedia tam urbana quam rustica in Italico (iure gaudente) solo, et rusticorum praediorum servitutes.

2°. liberi homines, servi, et omnia illa animalia, quae collo dorsove domantur; quaeque adhibebantur in Italia; ac sic quidem excluduntur ursi, leones, cet; qui in dominio non erant, elephantes, cameli.

FESTUS v. *censui censendo*. CICERO *Or. pro Flacco* c. 32. (188) GAIUS *Comm.* I, § 119. „quod et ipsum ius proprium civium Romanorum est. ULPIANUS l. l. § 4. ubi v. SCHULTING. (189) Cf. GAIUS II, § 19, 22. ULPIANUS l. l. § 3. (190) *Comm.* II. § 40. sq. (191) Hoc confirmatur GAII *Comm.* II. § 80. et I. § 192. ubi dicens mulieres res mancipi non posse alienare addit „ne alienatis pretiosioribus rebus susceptoque aere alieno minus locuples ad eos hereditas per„veniat." (192) Cf. CICERO *pro Flacco* c. 32. (193) Cf. Cl. HUGO *Rechtsgeschichte* § 203—205. GANS. *Scholien* p. 230.

VIII. Ratio, quare hoc ad liberas perfonas fuerit pretractum, quaerenda est in eodem rudi ingenio folemnitatum amantisfimo, quo cum ad manumisfionem accederent, filios prius ad conditionem fervilem redigendos dein manumittendos, ut de eorum libertate melius conftaret, confuerunt; idemque fiebat in caufa noxali, ne quis liberum hominem detinere videretur.

REMBERTI WESTERHOFF,
WARFFO-GRONINGANI
MEDICINAE IN ACADEMIA, QUAE GRONINGAE EST, STUDIOSI;

COMMENTATIO

AD

QUAESTIONEM

E BOTANIA, AB ORDINE DISCIPLINARUM MATHEMATICARUM ET PHYSICARUM

IN

ACADEMIA GRONINGANA;

PROPOSITAM:

Anno CIƆIƆCCCXX.

„*Detur accurata descriptio botanica viginti aut plurium plantarum, in solo Groningano sponte et simul copiose provenientium, adiecta brevi earum historia, in qua elaboranda, loci, in quo nascuntur, temporis anni, quo florent, et usus, inprimis oeconomici, ratio habeatur.*"

QUAE PRAEMIO ORNATA EST.

Prospexit Natura sibi. Quod habere necesse est,
Sub quovis coeli climate Mundus habet.
Est stupor in nobis, gravis ignorantia mentes
Possidet, et quae sunt proxima spernit homo;
Quod procul est, curat. Longinquis quaerit in oris,
Sponte licet Tellus det meliora domi.

C. BOYUS.

„L'OBSERVATEUR *de la Nature doit se proposer deux buts dans ses* „*recherches; le premier, de perfectionner ses sentimens d'amour et de re-* „*spect pour la DIVINITE, par une connaissance plus aprofondie de SES* „*merveilleux ouvrages; le second, de contribuer au bien de la société par* „*des découvertes utiles.*

M. BONNET.

L E C T O R I!

Praemonendum videtur, quaedam a me, consentiente Facultate Disciplinarum Mathematicarum et Physicarum, huic Commentationi, praemio iam ornatae, nonnullis plantis, esse adiecta. Haec vero, quae ita addita sunt, in iis, quae ad hanc Commentationem in parte paginae inferiori annotata sunt, literis, uti vocant, *cursivis*, occurrunt.

A U C T O R.

INTRODUCTIO.

Inter omnes omnino ſcientias, nulla profecto attentione nostra magis digna esſe videtur, quam *Botania*, et quod ad utilitatem magnam quam homini affert, imo necesſitatem, et quod ad pulchritudinem et delectationem ex ea profluentem, de quibus omnibus huius ſcientiae commodis nemo unquam dubitavit. Quod autem in genere de tota ſcientia dici posſet, praeſertim verisſimum est, quod attinet ad Botaniam ſoli patrii, quam etiam ob rem rectisſime asſeverat FABREGOUS (*) doctisſimus et hac in re maxime auctoritatis vir, dicendo: „*Il est peu de connoissances, qui meritent autant notre attention „que la Botanique des lieux, qui nous environnent.*" — Facultas igitur Mathematicarum et Phyſicarum artium in Academia, quae Groningae est, magno huius Botanicae ſcientiae partis momento ducta, eam propagare atque extendere conata fuit, quaestione, huic rei egregie apta, artium ſtudioſis patriae nostrae proponenda; quae ita ſeſe habet: „*Detur accurata deſcriptio botanica „viginti aut plurium plantarum, in ſolo Groningano ſponte et ſimul copioſe „provenientium, adiecta brevi earum historia, in qua elaboranda, loci, in „quo naſcuntur, temporis anni, quo florent, et uſus, inprimis Oeconomici, „ratio habeatur.*"

Iam ſtatim autem quaestionis huius utilitate magna atque iucunditate, me ita motum et quaſi perculſum ſenſi, ut meas vires tenues licet atque infirmas in-

(*) Vid. FABREGOU *Description des Plantes qui naissent aux environs de Paris. Tom. I. Praefatione pag.* 9.

tendere, et, si fieri posset, verum quaestionis scopum tangere mecum constituerem.

Antequam vero quaestionem ipsam aggrederer, observandum mihi visum fuit, me *systema* LINNAEANUM secutum fuisse, quia inter omnia tam priorum quam posteriorum Botanicorum systemata, magnis dotibus, quibus se commendat, excellit, et quod hodie plurimum est in usu, licet, quod ad perfectionem, non negemus, omnibus omnino difficultatibus hoc *systema*, aeque ac omnia reliqua, carere. — Addam praeterea apud quamque plantam, quem locum occupet quod ad *Naturales affinitates*, quales *ille* posuit.

Quod ad ipsam rationem, quam in Commentatione hacce tractanda sequendam instituí, attinet, hoc obiter moneo, me apud quamquè plantam ipsum ordinem, secundum quem quaestio instituta est, servâsse, ita, ut primo Botanicam plantarum a me electarum descriptionem darem, praeterea autém mentionem facerem locorum in quibus nascantur, et temporis anni, quo floreant, denique usum earum, inprimis Oeconomicum, ostenderem, simulque nonnullarum praecipuum usum in Medicina et Chirurgia breviter adderem.

Diu haesi in eligendis plantis, et quia *Facultas* nihil definivit quod hanc ad rem spectat, ex innumera plantarum copia, tandem, sequentes 24 plantas ad hunc finem destinavi:

1. Salicornia Herbacea.
2. Eriophorum Polystachyon.
3. Arundo Phragmites.
4. Scabiosa Succisa.
5. Galium Verum.
6. Rhamnus Frangula.
7. Viola Odorata.
8. Heracleum Sphondylium.
9. Cicuta Virosa.
10. Erica Vulgaris.
11. Sorbus Aucuparia.
12. Geum Urbanum.
13. Nymphaea Lutea.
14. Sinapis Arvensis.
15. Spartium Scoparium.
16. Leontodon Taraxacum.
17. Hieracium Pilosella.
18. Arctium Lappa.
19. Tanacetum Vulgare.
20. Tussilago Farfara.
21. Arnica Montana.
22. Orchis Morio.
23. Urtica Dioïca.
24. Myrica Gale.

I.

SALICORNIA HERBACEA.

Cl. I.

Monandria Monogynia.

Planta Holeracea.

RADIX est Rhizomatoïdea, lignofa, ramofa, fibrofa, obliqua.

CORMUS; Caulis, articulatus, integer, carnofus, nitidus, geniculatus, fubramofus, ramis, potiusve fpicis, articulatis, articulis apice compresfis, emarginato-bifidis, prafini coloris.

INFLORESCENTIA floribus folitariis.

FLOS fimplex, apetalus, hermaphroditus, ternus, approximatus, in quovis articulo utrinque.

CALYX tetragonus, ventricofus, truncatus, perfiftens, integer, obtufus, erectus.

COROLLA, nulla.

STAMINA, Filamentum unicum, fimplex, calyce longius, tenuisfimum. (*)
Anthera, unica, oblonga, cylindrica, plana, didyma, erecta.

PISTILLUM, Germen, ovato-oblongum, fesfile, complanatum, turbinatum.
Stylus, fimplex, terminalis, fub ftamine, filiformis, declinatus.
Stigma, bifidum, acutum, revolutum, perfiftens.

FRUCTUS, Semen, unicum, nitidum, liberum, nudum, oblongum, ferruginei coloris.

BASIS, Receptaculum, proprium, planum, carnofum, ficcum.

(*) FORSTERUS in Act. Angl. 1767. Vol. 57. T. 312. dicit, duo ftamina in hac planta inveniri, GRIMMIUS vero, in Nov. Act. A. N. C. tom. 3. app. 252, et tom. 5. app. p. 120, aliique Naturae fcrutatores, hoc negant, atque existentiam unius ftaminis in hac planta, tantummodo contendunt.

Planta haecce, abunde crescit ad Provinciae Groninganae littora, inprimis prope *Zoutkamp*, pone *Hornhuizen*, *Eenrum*, *den Andel*, *Warffum*, *Usquert*, *Uithuizen*, *Uithuizer Meden*, usque ad *Delfzyl*.

Inter res singulares numerandum est, interdum totos tractus ad littora occurrere, ubi planta haecce non invenitur, cum e contrario, toti obviam fiant campi, quasi iis consiti.

Interdum etiam occurrit haec planta, his in locis, intra Aggerem, ad fossas aqua marina adimpletas.

Floret *Augusto*, *Septembri* et *Octobri*, interdum altitudinem pedalem circiter attingit, pertinetque ad plantas annuas.

Haec planta patrio sermone dicitur: KRABBEKWAAD, KRAALKRUID, ZEE-GRAPPE, ZEEKRAAL, BARK, KRUIDACHTIG ZEEKRAAL, GEKNOOPTE et GELEEDE KALI, alii ad septentrionalia littora habitantes vocant ZEEKELP, alii tantummodo KELP. (1)

Tam aestate quam hieme multum editur ab littora maris habitantibus, praesertim vero, a nautis, qui interdum magnam illius copiam colligunt et ad navem conducunt ad cibum parandum. Hunc in finem coquitur, dein tegumentum externum carnosum a ramis lignosis destringitur: tunc autem oleo, aceto ac pipere praeparata, uti acetaria, consumitur. Hoc modo salubrem praebet cibum, quo ipse saepe usus fui, quique contra *scorbutum* maxime inservit, qui morbus nautas marisque septentrionalis accolas frequentissime vexat. (2)

Appropinquante hieme aceto conditur, ut sic conservetur usque ad hiemem. (3) *Zeelandis* id maxime usitatum videtur, uti videre est apud GORTERUM l. l. et KRAUSSIUM l. l.

---

(1) De origine et derivatione horum vocabulorum, uti etiam, de nominibus *Germanicis*, *Anglicis*, *Francicis* aliisque, apud quamque plantam, non agetur, ne nimis extendamus; DODONAEUS, HOUTTUINIUS, IOLYCLERCIUS pluresque alii, fuse de hac re docent. (2) Vid. REMBERTUS DODONAEUS, Cruydt-boek 1618. cap. XXX. bl. 112. b. *Commentarii de Rebus in scientia Naturali et Medicina gestis* 1763. *Suppl. IV.* 594. HOUTTUIN Nat. Histor. Dl. II. St. VII. bl. 50 et 51. *Afbeelding der Artseny-Gewasfen by Sepp, en Zoon* door I. C. KRAÜS 1800. Dl. IV. bl. 33. I. H. HELMUTH Naturgeschichte des In- und Auslandes, 7 Bd. Pflanzenreich Th I. 1808. S. 83. (3) Cf. P. MILLER, Groot Algemeen Kruidk. Woordenboek 1745. bl. 763. *Afbeelding van Artseny-Gew.* etc. l. l. RAY Histor. Plant. p. 211. HOUTTUIN o. c. l. l. D. DE GORTER Flora VII. Provinciarum Belgii Foederati Indigena 1781. p. 1. n°. 1. I. HIORT, Plantae Esculentae

A pecoribus maxime expetitur; secundum LINNAEUM. (4) *Oves* praesertim usu huius plantae quam maxime gaudent, uti hoc cuique observatori manifeste patet; si oves e loco vel prato, quod planta hac caret, deducuntur in aliud, huius plantae specie abundans, tunc omnia plantarum genera, excepta *Salicornia* negligunt, negligendoque pergunt, donec pratum, quo pascuntur, *Salicorniae* inopia laborat. Experientia praeterea docuit, morbus biliosus cum inter ovium genus grassaretur, oves, quae *Salicornia* usae sunt, morbo illo supra dicto non affici; cum e contrario oves, huius plantae usui exclusae, omnes fere morbo illo, inter oves ita contagioso, succubuerint. Causa vero quare non afficiuntur oves hoc morbo, in magna quantitate *Muriatis Sodae*, qua plantae, nostris littoribus crescentes, praeditae sunt, sita mihi esse videtur.

POPPIUS (5) dicit hanc plantam adhiberi, ad corium rubro tingendum colore, et DODONAEUS iam suo tempore dixit, *Aegyptios* eam usurpare non solum ad ignem alendum, sed etiam in officinis suis tinctoriis. (6) Feminae insularum maris *Mediterranei*, secundum DODONAEUM l. l., huius plantae succo utuntur ad maculas e vestibus suis exstinguendas.

Hispani, *Itali* aliique, ex hac aliisque plantis maritimis, *Sodam* conficiunt, et *Salicornia Herbacea* hunc in finem iis in regionibus colitur, v. c. in *Marsala*. (7)

Prioribus temporibus crediderunt *Sodam Hispanicam*, tantummodo ex hac planta parari, idque his etiam in regionibus fieri posse; experimenta vero a Cl. GAUBIO instituta, contrarium probarunt. (8) Crystalli, quas in huius plantae cineris elixivatione acquisivit, plane conveniebant, cum *Muriatis Sodae* crystallis, nullumque omnino *Alcali* signum dabant: — experimenta a me,

---

Patriae in *Linnaeus* Amoenitates Academiae, Vol. III. p. 78. HELMUTH l. l. DU MONT DE COURSET, *Le Botaniste Cultivateur* 1811. *Edit.* II. *Tom.* II. p. 477. (4) Vid. LINNAEUS Flora Suecica 1745. p. 1. n°. 1. (5) Cf. I. H. M. POPPE Handb. der Technologie 1806. S. 414. § 16. (6) Vid. R. DODONAEUS o. c. l. l. Quod haec planta usurpatur ad corium rubro colore tingendum, etiam videri potest, in *Annales de Chimie Tom. XXI. p.* 241. (7) Cf. BECKMANN Anleitung zur Technologie 1802. S. 441. § 7. I. F. HERMBSTADT, Experimental Chemie 1813. B. II. S. 25. (8) Vid. *Brief van den Heer* GAUBIUS *aan* Dr. I. BASTER, *in zijne Natuurkundige Uitspanningen*, Dl. II. bl. 120.

praecedenti anno menſe *Novembri* inſtituta ad detegendum principium *Iödinum* in hac planta, manifeste mihi probaverunt, magni GAUBII dicta. Experimenta egregia, à DE IEAN inſtituta, eosdem etiam praebuerunt effectus. (9)

BASTERUS tamen l. l. narrat, ſe ex ℔ IV herbae huius ſiccatae ℔ II cineris acquiſivisſe, qui ei in elixivatione atque evaporatione ℥ XIII alcali dabant. Herbam, qua hunc in finem uſus est, in *Augusto*, quando florebat, collegerat, ac facile fieri potest, colligendi tempus magnum habere effectum in principia, quod accuratius examinare maximi est momenti. (9*)

MAZARAS *in Memoir: de Math. et Phys. presentés a l'Academie des Sciences de Paris Tom. V. p.* 358. etiam nonnullas cum hac planta Chemicas inſtituit operationes, quae cum minus exacte ſunt inſtitutae, etiam minoris ſunt pretii.

---

(9) Vid. DE IEAN, Disſert. de Soda Hispanica p. 16. (9*) Doctisſ. G. H. STOLTZE *in Deütsches Jahrbüch für Pharmacie, Berlin* 1816. *B. II. S.* 144—158. nobis recentis huius plantae analyſin communicavit, cuius ſequens erat eventus S. 158:

	Unz.	Dr.	Gr.
Wasſer.	26	6	15.
Eiweisſtoff.	„	1	8.
Salzſaures Natrom.	1	2	42.
Schwefelſaures Natrom.	„	2	50.
Phosphorſaures Natrom.	„	„	25.
Schwefelſauren Kalk.	„	„	6.
Saures Apfelſaures Natrom.	„	4	13.
Extractivſtoff mit Spuren von Schwefelſauren Kalk.	„	1	34.
Grünes Harz.	„	„	28.
Cerin.	„	„	57.
Glutenartige Materie.	1	1	12.
Holzfaſern und die äusſere Haut der Pflanzen.	1	2	15.

In der Asche der letzteren:

Schwefelſauren Kalk	5	Gran.
Eiſen oxyd.	3½	——
Thonerde.	12	——
Kohlenſauren Kalk.	29	——
Kieſelerde.	11	——

Summa . . . 32 — 5.

Caufa cur hac ex planta hic non aeque ac in littoribus *Hispanicis* atque *Italicis*; *Sodam* puram parare posfunt, primo obtutu, fatis obscura mihi videbatur. Novimus vero folum, fitum, frigus, calorem, ficcitatem et humiditatem, non tantum infignem in vegetationem ostendere effectum, fed fimul etiam, in vegetabilium partibus conftitutivis, magnam producere varietatem, uti videre est, apud MARTNERUM (10) VAN COUVER (11) HUNTERUM (12) PATZINUM (13) THENARDUM (14) LEUCHSIUM (15) (16) pluresque alios, et forfitan etiam hoc in cafu caufa hæc in re quaerenda est: regiones in quibus haecce *Soda* paratur primo loco multo calidiores funt; fecundo autem loco facillime fieri potest, uti recte obfervavit Cl. DRIESSENIUS, (17) folum iis in locis *Sulphas Calcis* aliave *Salia Sulphurica* continere; ex quibus duabus qualitatibus, caufa facile derivari posfet. Quando e. g. femen rapae, arido in loco, et frigida coeli temperie, colitur, perpaucum five potius nullum oleum dat. Ne vero in Chemicas hac de materia contemplationes aberremus, cum haec egregie explicentur apud Cl. DRIESSENIUM. (18)

Modus quo plantae hae cremantur ad parandam *Sodam*, et quomodo coluntur, ostenditur apud MILLERUM (19) BOHMERUM (20) pluresque alios. *Soda* hac ex planta, aliisque plantis marinis praeparata, maximam praebet utilitatem, tam in Oeconomia quam in Medicina: — in mentem tantummodo veniant *vitrum*, *fapo* talesque res.

Septentrionalium littorum incolae in Provincia Groningana, interdum hanc plantum cremant, eiusque cinere cum *axungia porci* et *finapi* mixto, contra *fcabiem* utuntur.

Aurificibus et *Fabris Argentariis*, maximae etiam est utilitatis Soda. (21)

---

(10) Cf. MÄRTNER in den Phyfik. Arbeiten der eintragtigen Freunde zu Wien J. I. Z. I. S. 61, 68. (11) Vid. VAN COUVER Entdeckungs Reife in den Nordl. Gewäsfern der Sudfee, ubers: von Sprengel S. 14. (12) Vid. HUNTER's Reife nach Neu-Sud-Wallis S. 93. in Magazin von Reifebefchreibungen B. XI (13) Vid. PATZIN in den Neue Nordifche Beytragen B. II. S. 370. (14) Vid. THENARD, Chem. Element. Tom. III. p. 25. (15) Vid. I. C. LEUCHS *Verhand. over de aankweeking v. nutt. Gewasfen in de Nat. Verh. v. d. Holl. Maatfch. der Wetenfch. te Haarl.* 1820. *Dl. X. St. II. bl.* 32. (16) Vid. Bulletin de la Societ. Philomatique An. VIII. p. 124. (17) Cf. P. DRIESSEN *Natuur- en Scheikundige Waarnemingen St.* I. *bl.* 158. § 65. (18) Vid. DRIESSEN *o. c. Hoofd. VI. bl.* 151. § 66. (19) Vid. P. MILLER, o. c. bl. 444. (20) Vid. BOHMER Techn. Gefch. der Pflanzen Th. I. S. 702. (21) Vid. DODONAEUS, o. c. l. l.

Magnum vero, ut facile Naturae scrutatori patet, haec planta adfert emolumentum in foecundatione atque alluvione nostrorum littorum. Hae plantae magna multitudine, autumno quando aqua littora inundat, prohibent *Fucum* aliasque substantias, in undis natantes, quominus cum aqua redeant, quia omnes hae substantiae ramis lignosis huius plantae, adhaerent, et sic aridum arenosumque situs, eximii fimi crusta tegunt, qua continens, subinde exaggeratur et augetur. Hic Naturae perscrutator quam manifeste processus videre potest, quibus superficiem terrae aridam atque arenosam natura in regionem transformat, quae animalia pascit plantasque alit! Hic Naturam contemplari potest, quomodo, sua quasi in infantia, allatis *Fucis*, *Confervis*, *Ulvis* aliisque mari innatantibus substantiis, ope nostrae *Salicorniae*, fertilitatis afferat initium: sic itaque gremium in dies, novae vegetationi offert *Salicornia*, et viva et mortua, dum radices et rami terrae pinguedinem atque firmitatem conciliant. Nonne igitur huius rei caussa prae admiratione exclamare cogimur? „*O! quam iu-*
„*cunda sunt omnia Dei opera! quamvis minimam eorum particulam vix per-*
„*spicere possimus. Quid sibi velint, interrogare non audemus: unum quod-*
„*que enim creavit ita ut aliquid omnino utilitatis habeat.*" (22)

Planta salsa est, odore vero caret. In *Medicina* non inservit haec planta; invenimus tamen apud DODONAEUM, (23) KRAUSSIUM (24) pluresque alios, herbam, magna vi *Diuretica* atque *Emmenagoga* gaudere, et in *Hydrope*, magno cum fructu usurpari (25) (26). DODONAEUS etiam adhuc narrat, l. l. fumo vel odore huius plantae, quando crematur, *Angues* pelli posse.

---

(22) Iesus Syrach XLII: 23. XXXIX: 26. (23) Cf. DODONAEUS, o. c. bl. 3. (24) Vid. *Afbeelding der Artsen: Gew. o. c. bl.* 33. (25) Cf. HUBNER *Algem. Kunstwoordenboek Dl. II. bl.* 442. (26) Vid. Natur-Kunst, und Handl. Lexicon S. 1072.

II.

ERIOPHORUM POLYSTACHION.

Cl. III.

Triandria Monogynia.

Planta Calamaria.

RADIX est fibrillata; fibrofa, fafciculata, capillaris, laevis.

CORMUS, Culmus, foliofus, nodofus, erectus, teretibus vaginatus, fimplex, infractus, teres, flexilis, fistulofus, fubprafini coloris.

FOLIUM acuminatum, lanceolatum, integrum, planum, avenium; remotum, canaliculato-triquetrum, amplexicaule, connatum, reclinatum.

INFLORESCENTIA, Spica, interrupta, glomerata, foliofa, cylindrica, multiflora, pedunculata.

Pedunculus, multiflorus, involucratus, teres, fubpubefcens, extrafoliaceus, minimus.

FLOS, fimplex, nudus, hermaphroditus, aphyllus.

CALYX, Spica, fpicis pedunculatis, erectis, nutantibus, gluma, palacea, undique imbricata.

Squamis, ovato-oblongis, plano-inflexis, membranaceis, laxis, acuminatis, flores distinguentibus.

Involucrum, univerfale, dimidiatum, bafi, membranaceo-dilatatum, dependens, fubulatum, 2—3 phyllum, fubaequantibus.

COROLLA nulla.

STAMINA, Filamenta, tria, capillaria, libera, incurva, fundo calycis impofita.

Antherae, erectae, oblongae, liberae, verfatiles, muticae.

PISTILLUM, Germen, minimum.

Stylus, filiformis, rectus, marcefcens, longitudine fquamae calycis; coerulei coloris.

Stigmata, tria, ftylo longiora; bifida, reflexa.

FRUCTUS, Semen, unicum, triquetrum, acuminatum, lana longisfima cinctum, brunnei coloris.

BASIS, Receptaculum, communé, ficcum, villofum; concavum.

Est planta perennis, copiofe provenit in uliginofis locis et ericetis, prope *Haren*, *Harendermolen*, *Paterwolde*, *Eelde*, *Peife*, fimiliave loca Turfofa aspera ac paludofa, inprimis vero, apud *Slochteren*, *Harkftede* et *Schildwoldam*.

Floret ab initio *Iunii* ad finem *Augusti*.

Nomina huic plantae a Belgis impofita, funt: VEEL-AIRIG WOLLEGRAS, ZYDEBIEZEN, VLOKBIEZEN, KWISPELBIEZEN, MATTEVLASCH, VELDVLASCH, WOLLEVLASCH, CATOENBLOEM, DOTTERGRAS, VEENPLUIS, VEENHAMELS, FLOK, DE MOEREN, etc.

Flores maxime expetuntur ab Apibus.

Incolae nonnullarum regionum, in *Rusfia* ac *Suecia*, pulvinaria fua, huius plantae pappo adimplent (27), idem etiam faciunt, nostrates agricolae in *Drenthia* ac *Maioratu Silva-Ducenfi* (28); quare celeberrimus MARTINETUS iure etiam quaerit, nonne fieri posfet, ut *Ericeta* nostra, ad plantas hasce colendas, accommodentur?

Apud *Pragam* fabrica inftituta est, ad pileos conficiendos, ex pappo hocce, coniuncto cum lana ovina atque gosfypio, eventus vero docuit, eos valde quidem esfe nitidos, et leves; non adeo durabiles. (29) (30)

---

(27) Cf. HOUTTUIN Nat. Hist. Dl. II. St. XIII. bl. 125. E. GUNNER, Flora Norvegica 1772. (28) Vid. I. F. MARTINET *IIde Antw. op de vraag: Wat is er tot nu toe over de Nat. Hist. van ons Vaderland? etc. in Verhand. v. d. Holl. Maatfch. v. Wetenfchap. te Haarlem, Dl. XI. St. II. bl.* 253., KOPS Flora Batava Dl. I. Pl. 32. (29) Cf. Cl. KOPS, l. l. (30) *Etiam tempore belli, quo interuptum erat per mare commercium, inter alia patrii foli producta hunc pappum examinavit Cl.* DRIESSEN, *et ex eo, cum lana commixto, pileos posfe parari, fuit expertus, talemque pileum Societati agriculturae obtulit — Obftat autem illius ufui nimia pappi mollities, fibrarumque brevitas, ut adeo lana debeat adiungi, et pappus debitis encheirefibus firmior et elastica reddi: hac arte paratus forte etiam ad pannos conficiendos posfet infervire; absque tali autem praeparatione in officina fullonica infervire nequit, ut cum* BRUGMANSIO *fuo ante plures annos expertus fuit Leidae Cl. Praeceptor.*

Hac materia etiam utuntur in lampadibus, fecundum EHRHARTIUM (31); et *Islandi* eam adhibent ad ellychnia candelarum (32), quae fecundum SIMONIS PAULI narrationem, fplendide lucent. (33)

Ex hoc pappo cum alia lana mixto, certam conficiunt quamdam panni fpeciem, (34) et ad filorum huius materiae praeparationem iam inventa est, et in *Diariis* defcripta, *machina.* (35) Secundum HELMUTHIUM (36) ex huius plantae pappo, lana, gosfypio aut ferico mixto, fabricantur fila, quorum ope, tibialia, manicae aliaque eiusmodi habentur. Ex hac materia egregia etiam confecta est charta, uti manifeste ostenderunt SCHÄFFERI (37) experimenta.

Haec planta multo cum fructu in *Dunis* coli posfet, ut obviam iretur glareae disfipationibus (38), quia tunc pauperes uti posfent pappo, aeque ac in *Suecia*, *Rusfia* atque *Germania*, locum habet. (39)

Vere, antequam haec planta floret, maxime expetitur a pecoribus, etiam ab equis, colligique potest tempore verno, quando alimentum hibernum deficere incipit; quum vero pappus in floribus apparet, pecora eam averfantur: tum etiam planta pecoribus pernoxia haberi potest, quia pappus in globos conglomeratus (B. *Haarballen*) (de quibus Cl. UILKENSIUS (40) loquitur) hac ratione in *ventriculo* generetur. (41) Ab ovibus vero non editur, uti PALMAERUS (42) narrat, negante IOLYCLERCIO (43): dicit enim: „*Les chè-* „*vres et les moutons mangent ces plantes, mais les chevaux les dedaignent.*"

N. L. HESSELGRENIUS contra dicit, in opere fuo *Pane Sueco* in LINNAE-

---

(31) Vid. EHRHART, cit. apud KOPSIUM l. l. (32) Vid. BOHMER o. c. Th. II. S. 494. (33) Vid. SIMON PAULI Quadripart. Botanic. p. 360. (34) Cf. I. G. GLEDITSCH Vollständ. theoret. pract. Gefch. aller in de Arzney-Haushalt. und ihren verfch. Nahrungszweizen nutzl. befund. Pflanzen nach hist. philofoph: Grunden. Berlin 1777. S. 65. (35) Vid. Schwedifche Abhandelung. Th. VII. (36) Cf. HELMUTH o. c. S. 168. (37) Vid. I. I. SCHÄFFER, Wiederholter verfuch auf ordentl. Papier mühlen aus allerh. Pflanz. und Holzärten Papier zu machen etc. 1771. S. 42. HELMUTH o. c. S. 168. (38) Cf. I. LE FRANCQ VAN BERKHEY *in de Holl. Maatsch. v. Wetensch. te Haarlem, Dl. XIX. St. II. bl.* 13. (39) LINNAEUS Flora Lapponica n°. 22. HELMUTH o. c. l. l. Flora Oeconomica in LINNAEUS Amoenit. Academ. Vol. I. p. 356. (40) Cf. I. A. UILKENS, *Voortreffelijkheden van den Schepper in zijne Schepzelen etc. Dl. III. St. I. bl.* 264. (41) Vid. HELMUTH l. l. KOPS, Flora Batava l. l. (42) Cf. PALMAERUS, Ovis. in Linn. Am. Acad. Vol. IV. p. 179. (43) Cf. IOLYCLERC *Phytologie Universelle, Tom. II p* 484.

us Amoen. Academ. p. 240, hanc plantam non a bovibus, equis, fuibusque; quidem vero a capris ovibusque edi atque expeti.

Experimentis Chemicis, perfuafim habeo, ℥ IV huius plantae, praebere 18 gr: potasfae et 12 gr. terrae filiceae. Haec planta certum est foli cespitofi indicium (44) et fecundum HELMUTHIUM (45) ad turfarum generationem confert.

Ufus huius plantae, quem praeftat hominibus, omnium doctorum adhuc meretur attentionem atque examinationem. In *Medicina* non est in ufu.

III.

ARUNDO PHRAGMITES.

Cl. III.

Triandria Digynia.

Planta Graminea.

RADIX est repens; geniculata, carnofa, cava, longa, loculofa, cylindracea; fibrofa, fobolem emittens albique coloris.

CORMUS, Culmus, vaginatus, flexilis, foliofus, erectus, fimplex, excavatus, fimplicisfimus; rigidus, fistulofus, loculofus, nodofus, tenax, adfcendens, alatus, enermis, teres.

FOLIUM acutum, longum, remotum, cufpidatum; rigidum; pedatum; oblongum, lanceolatum, aliquantulum asperum, integrum, lineare, nervofum, amplexicaule, horizontale, vaginatum, vagina glabra, ftriata, laxa.

INFLORESCENTIA, Panicula, erecta, longa, laxa, deliquefcens.

FLOS, fimplex, hermaphroditus, flosculi, congesti, exigui, in initio coloris purpurei, postea cineritii, lana longisfima cincti.

---

(44) Vid. I. C. BERGER Handb. der Pflanzenk. für Oekon. Gartenliebh. Forstl. Manuf. und Apoth. 1801. S. 218. HELMUTH, o. c. Bd. 7. S. 168. (45) Vid. HELMUTH Naturgeschichte 9 Bd. S. 339.

CALYX Gluma, uni-vel multiflora, mutica, acuminata, bivalvis, glabra, subrubra, erecta.

Valvulis, oblongis, acuminatis, muticis; altera breviore; striatis.

Perianthium: corolla adnascitur semini, nec dehiscit.

COROLLA, calyce brevior, lana longa cincta, dipetala; petalis acutis; bifidis, maiore aristato, bivalvis, valvulae longitudine calycis, oblongae, acuminatae.

STAMINA Filamenta, tria, capillaria, reflexa.

Antherae, utrinque bifurcatae, subvirentes.

PISTILLUM, Germen, oblongum, superum.

Styli, duo, capillares, reflexi, villosi, terminales; marcescentes.

Stigmata, simplicia.

FRUCTUS, Semen, unicum, oblongum; utrinque acuminatum, basi pappo longo instructum.

BASIS Receptaculum, subglobosum, proprium, siccum.

Haec planta iure numeranda est; inter eas, quae plurimum in patria nostra proveniunt; copiose invenitur circa *Zandeweer*, *Oldenzyl*, *Eppenhuizen*, *Kantens*, *Garsthuizen* plurimaque fere Groninganae Provinciae loca ad ripas fluviorum, in fossis lacubusque e. g. circa lacus, qui dicuntur *Leekster* et *Foxholster Meer*, praesertim vero in *Frisia*, ubi haec planta in campis ex industria colitur.

Poppius (46) et hermbstädtius (47) narrant, hanc plantam praeprimis amare solum salinum, et hanc ob causam saepe in vicinitate fontium salinorum inveniri atque indicare in iis locis ubi invenitur, fontes salinos adesse; quomodo id obtinere possit, non explicare possum, cum eam nunquam prope solum salinum vel aquam salsam invenerim.

Pertinet, aeque ac praecedens, ad plantas perennes, ac floret *Iulio* et *Augusto*.

Ubique in patria nostra, planta haecce vocatur fere gemeen riet, bladriet, slootriet sive dekriet.

---

(46) Cf. i. h. m. poppe Handb. der Technologie 1806. II Abth. S. 328, 329. § 4. (47) Vid. s. f. hermbstädt, Grundrisſ. der Technologie 1814. S. 351. § 558.

Omnibus profecto satis notum est, quamnam praestet utilitatem, praesertim agricolarum tectis, non tantum in patria nostra, quam aliis in regionibus: etiam ad conficienda, *Sepimenta*, *Mattas*, *Casarumque* parietes, quae omnia videri possunt apud varios scriptores. (48) Ad hos omnes fines *Arundo* plurimis in locis caeditur ac accurate colligitur: — in nonnullis etiam regionibus patriae nostrae (uti iam antea vidimus) haec *Arundo* in campis inundatis ex industria colitur, qui aggeribus parvis circumdantur, et magnum praebent emolumentum, quae omnia fusius ac enucleatius videri possunt apud MEENDERINKIUM (49) qui hac de re non solum multa experimenta instituit, sed etiam in commentatione quadam divulgavit.

Quando horrea vel domus arundine tecta sunt, alterum tantum durare potest tectum, quam si stramine tegitur, uti quotidiana experientia docet. Celebratae *Mattae Persicae* ex hac *Arundine* componuntur. Quando adhuc viridis est *Arundo* et admodum tenuis, tamdiu solis calori exponitur donec lutea fiat, quando nectitur: — ex ea conficiuntur *pilei*, *flabella* aliaeque res, quae nonnullis in regionibus ex stramine componuntur. (50)

Sedium sessilia ac *reclinatoria* interdum hac *Arundine* intertexuntur, cuius rei efficiendae modum descriptum invenimus apud BOHMERUM. (51) *Caraïbi* Arundinem decidunt antequam floret, ex eaque nectunt *Corbulas*, tam artificiosas, ac densas, ut omnia in iis condere possint, imo etiam substantias fluidas. (52) In *Promontorio Bonae Spei* ex ea conficiuntur velamina axi instructa (B. *Rolgordynen*) ibique etiam secundum THUNBERGIUM (53) ex ea conficiuntur Sedium *sessilia* et *Septa* in hortis.

Parietes etiam lignei cubiculorum ea teguntur, dum *Arundo* filorum clavorumve ope, hisce affigitur. (54) Textores, secundum BOHMERUM l. l. etiam

---

(48) Cf. R. DODONAEUS o. c. B. XX. bl. 953. PH. MILLER, o. c. Dl. I. bl. 76. MARTINET *Katechismus der Natuur* Dl. IV. bl. 265. Flora Oeconomica in LINNAEI Amoen. Academ. Vol. I. p. 357. HOUTTUIN o. c. Dl. II. St. XIII. bl. 364. N. IOLYCLERC o. c. Tom. IV. p. 335. I. H. HELMUTH o. c. Th. VII. S. 222. BOHMER Techn. Gesch. der Pflanz. o. c. Th. I. S. 597. KOPS Flora Batava. Dl. III. Pl. VIII. pluresque alii. (49) Vid. *Verhandel. van de Maatschappij van Landbouw* Dl. V. St. I. bl. 50—59. (50) Cf. Berlin. Samml. von Reisebeschreibungen B. XVIII. S. 344. HELMUTH Naturgesch. l. l. (51) Vid. BOHMER o. c. Th. I. S. 598. (52) Vid. Allgemein. Reisen zu Wässer etc. B. XVII. S. 485. (53) Vid. THUNBERGS Reise o. c. B. I. S. 115. (54) Cf. BOHMER o. c. Th. I. S. 598.

hac *Arundine* utuntur, uti etiam *Doliarii* ad rimas doliorum ftipandas, ad quod, tam foliis quam ipfa *Arundine* utuntur.

Ex plantae huius radicibus, nonnullis in regionibus, panis, faporis non ingrati, conficitur, uti iam a DODONAEO narratur (55): de hac re alii etiam, ac posteriores auctores mentionem fecerunt (56) KOPSIUSQUE dicit, id praefertim quidem in *Scotia* obtinere. (57)

Equi bovesque, fecundum GUNNERI (58) narrationem, huius plantae radicem magnopere expetere videntur. Huius plantae folia tamen, non valde apta funt pecoribus, (59) licet faepe tanquam alimentum pro iis colligantur, (60) quod non tantum aliis in regionibus, verum etiam, in *Belgio*, locum habet.

Plantae germina verno tempore coqui, ac pipere, oleo acetoque praeparata, edi posfunt. Haec *Arundo* pergrato est nutrimento *Castori*.

Paniculae viridi tingunt colore, inprimis lanam, uti a variis ostenditur fcriptoribus. (61)

Ex tota etiam planta paratur charta, colore fubviridis. (62)

FABREGOUS (63) narrat, plurimum ufurpari in *vineis*, ad frigus coërcendum, nec fine caufa, quia haberi potest pro malo calorici conductore.

Pauperes interdum, eam verfus hiemem colligunt, eamque in foco comburunt. (64) Radix totaque herba dulcem continent, naufeofum faponaceumque fuccum.

Variis in locis in Provincia Groningana (ac forfan etiam alibi) pauperes

---

(55) Vid. R. DODONAEUS l. l. (56) Cf. LINNAEUS Pflanzen Syst. B. XII. S. 503. I. A. DE' CHALMOT *vervolg op* M. N. CHOMEL *Algem. Huishoudelijk Woordenboek Dl. VIII. bl.* 5818. HOUTTUIN o. c. Dl. II. St. XIII. bl. 366. HELMUTH Naturgefchichte S. 222, 223. (57) Vid. Cl. KOPS l. l. (58) Cf. GUNNER Flora Norvegica p. 45. (59) Cf. H. G. G. VON MATTUSCHKA Verzeich. der in Schlefien Wildwachfenden Pflanzen, Leipz. 1777. n°. 80. HELMUTH o. c. S. 223. (60) Vid. Flora Oeconomica in LINN. Amoen. Acad. Vol. I. p. 357. I. KOPS Flora Batava l. l. (61) Cf. HOUTTUIN o. c. Dl. II. St. XIII. bl. 336. LINNAEUS Flor. Suecica p. 36. n°. 99. E. IORLIN Plantae Tinctoriae in Linn. Amoen. Acad. Vol. V. p. 322. HELMUTH Naturgefchichte l. l. Cl. KOPS Flor. Batava l. l. (62) Vid. BOHMER o. c. Th. II. S. 467. (63) Cf. M. FABREGOU *Descript. des Plantes qui naissent aux environs de Paris Tom. II. p.* 186. uti etiam HELMUTH o. c. S. 222. pluresque alii. Hunc in finem *Arundo*, non tantum iis in regionibus, fed etiam in hisce, multum ufurpatur. (64) Cf. I. H. HELMUTH 's Naturgefchichte S. 222.

paniculam; florente arundine, colligunt, eam ficcant et inde per conftrictionem conficiunt fcopas, quibus ipfi utuntur, venduntque etiam eas agricolis.

Panicula florens etiam, uti HELMUTHIUS (65) KOPSIUSQUE (66) narrant, optime tanquam flabellum ad arcendas muscas infervire potest.

Haec planta Apibus nullius peculiaris est utilitatis.

A POPPIO (67) etiam, atque a BERGERO (68) traditur, paniculam magnopere infervire ad lanam aliasque fubftantias viridi colore tingendas, uti iam apud fcriptores fupra citatos vidimus.

Arundo foliaque putrefacta eximium praebent fimum in hortis.

Licet antea vidimus, plantae huius folia pecoribus nocere, quod a BERGERO (69) HELMUTIOQUE (70) etiam confirmatur, IOLYCLERCIUS tamen dicit, boves, equos caprasque foliis faepe uti hieme, tanquam pabulo. (71)

Secundum DODONAEUM l. l. asparagi praefertim amant folum, ubi *Arundo* crefcit, ibique luxuriant. DODONAEUS l. l. HOUTTUINIUS (72) KOPSIUSQUE (73) dicunt, magnopére cavendum esfe in pappo tractando, quia hic auribus inditus, furditatem efficit.

Gypfariis pro bafi infervit Arundo. (74) Antiquioribus temporibus tanquam fistula inferviebat, uti HOUTTUINIUS et CHALMOTIUS l. l. narrant. Optime etiam infervit, ad flumina fluviosque contra aquae impetum tutos reddendos.

Arundinis calami adulti ufurpantur tanquam *Sagittae*, et ad hunc finem clavo acuto, chalybeave acu, instruuntur.

Saepe piscatores, ad feptentrionalia littora Provinciae Groninganae, hanc *Arundinem* ufurpantes vidi; fequitur iam modus quo id faciunt. In maris recurfu piscatores calamos, altitudine fere 3 quatuorve pedum, littori ordina-

---

(65) Cf. HELMUTH o. c. l. l. (66) Cf. KOPS l. l. (67) Vid. POPPE o. c. S. 429. § 1. (68) Vid. F. C. BERGER Handb. der Pflanzenken. für Oekonom. Gartenliebh: Forstleut. Manufakts und Apothek. 1801. S. 178. (69) Vid. BERGER o. c. S. 207. (70) Vid. HELMUTH o. c. l. l. (71) Vid. N. IOLYCLERC o. c. Tom. IV. p. 335. (72) Vid. HOUTTUIN o. c. Dl. II. St. XIII: bl. 366. (73) Vid. I. KOPS l. l. (74) Cf. LINNAEUS Flora Suecica p. 36. n°. 99. Flora Oeconomica in Linn. Amoen. Academ. Vol. I. p. 357.

tim infigunt, ita, ut quisque calamus a ſequenti 1 dig. diſtet, et quidem eo modo quo in hac figura, oſtenditur. Latus A. F. littori opponitur, cum latus B. E. mari obvertatur; longitudo A. F. aeque ac B. E. pro arbitrio ſumitur; interdum plus quam 400 pasſuum. Ante foramen C. D. retia expanduntur, in quibus, omnes pisces, praeſertim vero *Pasſeres*, (B. Botten) qui in maris curſu verſus littus profecti ſunt, quique ſpatio A. F. continentur; in recurſu capiuntur, quia non per ſpatia inter calamos penetrare posſunt.

PLENCKIUS (75) dicit, *Arundinis* calamum, multum *Terrae Siliceae* continere, id vero, omnibus talibus plantis *gramineis* proprium esſe videtur, quia frumentorum ſtipulae, multum etiam huius terrae generis continent. (76) 27 Gr. Epidermidis huius plantae, continent, ſecundum DAVYSII (77) experimenta 9—10 Gr. *terrae ſiliceae;* cum e contrario 140 Gr. eiusdem plantae epidermide orbatae 6 Gr. huius materiae contineant. Caetera huius plantae principia l. l. a viro Chemiae peritisſimo DAVYSIO enumerantur.

Secundum experimenta GRAFFII (78) dabant XVI ℔ huius plantae ℥ III; ℥ II *Sacchari*, adeoque *Arundo Phragmites* plus ſacchari continet quam *Triticum repens*: — XX enim librae huius plantae, ſecundum eundem ſcriptorem, ℥IIIβ Sacchari in ſe habent.

Prioribus temporibus, haec planta maxime uſitata fuit in *Medicina*, iam vero raro, ſive potius nunquam uſurpatur. IOLYCLERCIUS l. l. dicit, nonnullos, huic plantae easdem adſcribere vires proprietatesque, ac *Leontodo Taraxaco;* dicitque HOUTTUINIUS l. l. eam forſan easdem habere proprietates ac vires, quam *Radix Graminis*.

Radix contuſa acetoque mixta inflammationibus inſervit, externe applica-

(75) Vid. I. I. PLENCK Phyſiolog. und Patholog. der Pflanzen 1795. S. 9. (76) Cf. FOURCROY *Système des Connoissances Chimiques* Tom. X. p. 72. (77) Vid. DAVY in Scherers Journal B. III. Heft 13. S. 75. An. 1799. (78) Vid. GRAFF in Bayreuth. TROMMSDORFFS Journal. B. VII. St. I. S. 271. An. 1800.

ta (79), ſiccata etiam, eodem hortante ſcriptore, bono ſucceſſu adhibetur in *calculo:* praeterea uſurpatur pro *Diuretico* atque *Emmenagogo*, uti dicit, DODONAEUS l. l.

IV.

SCABIOSA SUCCISA.

Cl. IV.

Tetrandria Monogynia.

Planta Aggregata.

RADIX est Rhizomatoïdea; carnoſa, praemorſa; ramoſa; obliqua, fibroſa, fibrillata.

CORMUS, Caulis, ſubramoſus, ramis oppoſitis, approximatis, deliqueſcens, divaricatus, retroflexus, flexilis, rotundus, nutans, ſubfolioſus, cavus, hispidus, opacus, fructificans, exſtipulatus.

FOLIUM, lanceolatum, ovatum, oblongum, ſubundulatum, venoſum, opacum, petiolatum, lineatum, oppoſitum, remotum, hispidum, revolutum, ciliatum, amplum.

Petiolus, canaliculatus, eglanduloſus, opacus, hispidus.

INFLORESCENTIA Capitulata, ſubgloboſa, folioſa.

FLOS, compoſitus, discoïdeus, hermaphroditus.

CALYX Perianthium commune, multiflorum, patens, polyphyllum: foliolis ſeriebus variis, receptaculum cingentibus, eique inſidentibus, quorum interiora gradatim minora.

Perianthium proprium, duplex, utrumque ſuperum.

---

(79) Cf. DODONAEUS o. c. bl. 953. b. HUBNER o. c. bl. 760. Nat. Kunst und Handl. Lexic. S. 1753. a.

Perianthium exterius, brevius, membranaceum, plicatum, perfiftens.
Perianthium interius, quinque partitum: laciniis fubulato-capillaceis.
COROLLA *univerfalis*, aequalis, fed faepe ex inaequalibus.
Propria, monopetala, tubulofa, femi 4 — f. 5 — fida, aequalis.
STAMINA, Filamenta, quatuor, fubulato-capillaria, libera, debilia.
Antherae, oblongae, liberae, verfatiles, incumbentes.
PISTILLUM, Germen inferum, propria vagina involutum, tanquam calyculo.
Stylus, filiformis, terminalis, perfiftens, longitudine corollae.
Stigma, obtufum, oblique emarginatum, violacei coloris.
FRUCTUS, Semina, folitaria, involuta, ovato-oblonga, coronata, varie calycibus propriis, atri coloris.
BASIS Receptaculum commune, convexum, paleaceum feu nudum, carnofum.

Haec planta perennis, quae *Iulio* et *Augusto* floret, valde communis occurrit, in pascuis humidis, arenofis et in pratis *Dunarum* patriae nostrae. Copiofe invenitur prope *Haren*, variis in locis, prope *Peife*, *Roderwolde* et de *Waterhuizen*, fimiliaque loca. Crefcit altitudine bipedali.

Variis in locis patriae nostrae, varia etiam acquifivit nomina; plurimum vero vocatur, DUIVELSBEET five MOERAS-SCHURFTKRUID.

Haec planta, a bovibus, capris, ovibus equisque comeditur, a fuibus vero, recufatur. (80) BERKHEIUS (81) eam refert inter plantas noxias in pratis.

Flores multum mellis continent, quare praefertim ab apibus expetuntur.

Secundum KOPSIUM (82) in *Suecia* obfervarunt, quando haec planta florere incipit, fecale maturum esfe: dicitque LINNAEUS in *Itinerario* fuo per *Sueciam*, (83) plantae huius flores, agricolis indicare, tempus foeni fecandi: fic enim loquitur:

„*Het Duivelsbeet, de eerfte Herstbloemen, begon zijne blaauwe hoofden*

(80) Cf. N. L. HESSELGREN, Pan Suecus in LINN. Amoen. Acad. p. 240. IOLYCLERC o. c. Tom. IV. p. 422. HELMUTH o. c. Th. VII. S. 264. (81) Vid. LE FRANCQ VAN BERKHEY *in de Verhand. v. d. Holl. Maatfchappij van Wetenfch. te Haarl.* Dl. VIII. St. II. bl. 154. (82) Cf. KOPS o. c. Dl. III. Pl. XII. (83) Vid. *Reizen van den Heer* LINNAEUS *door eenige Landfch. van Zweeden* 1770. bl. 383.

„*te toonen, en herinnerde den Landman, dat het nu de rechte tijd was, om*
„*het gras te maaijen.*"

In *Suecia*, et quidem praefertim in *Oelandia*, folia recentia adhibentur ad linum viridi colore tingendum (84); quo modo id fiat, apud varios fcriptores traditur (85) praefertim vero apud LINNAEUM l. l. et BOHMERUM l. l. Non tantum vero hoc in lino lanâque obtinet, fed POPPIUS (86) affirmat, optime etiam infervire gosfypium et fericum tingendo, quae etiam inde pulchrum luteum colorem acquirunt. Siccis vero foliis hae fubftantiae, fecundum varios fcriptores, (87) luteo inficiuntur colore, multumque hanc ad rem ufurpantur.

E ficcatis huius plantae floribus DAMBOURNEIUS (88) acquifivit liquorem fuccumve olivaceum; lanaque, cum *Bismutho* praeparata, per flores Sulphuraceo tingitur colore. Recte igitur cl. KRAUSSIUS hanc plantam eximiam in arte tinctoria praebere utilitatem dicit. (89) BERKHEIUS hanc plantam recenfet, inter eas, quae inferviunt, domandae Dunarum arenae mobili, quam ob caufam, cultum eius in Dunis locisve arenofis commendat. (90)

VON BLANKENSEE (91) huius plantae radices, aliis cum fubftantiis mixtas, commendat, tanquam remedium, quo oves defendere posfimus contra variolas.

Veterinarii, huius plantae decocto utuntur ad medendos equorum pedes, clavo penitus transfixos. (92)

Secundum WIEGLEBIUM, (93) 1 ℔ huius plantae ℥IIβ cineris dat, qui 60 gr. Alcal. praebet: magnam etiam *Muriatis* et *Sulphatis potasfae* quantitatem, in ea invenit.

---

(84) Vid. Acta Stockholm. 1742. p. 27. LINNAEUS *Reizen door Zweeden* o. c. bl. 152, 156. HOUTTUIN o. c. Dl. II. St. VII. bl. 241. IOLYCLERC o. c. Tom. IV. p. 422. Flora Oeconom. in LINN. Am. Acad. Vol. I. p. 158. BOHMER o. c. Th. II. S. 261. F. C. BERGER o. c. S. 177. HELMUTH l. l. (85) LINNAEUS *Reizen etc.* o. c. bl. 156. Schwed. Abhandlüng. B. IV. S. 34. BOHMER o. c. l. l. (86) Vid. POPPE o. c. S. 424. § 1. (87) Cf. LINNAEUS Iter Scanicum Holm. 1751. n°. 277. Kenntnisf. der Pflanzen die den Malern und Farbern zum Nutzen gereichen. Leipz. 1776. S. 28. IORLIN o. c. p. 322. HELMUTH l. l. POPPE l. l. (88) Vid. DAMBOÜRNEY: Verfuche und Erfahrung uber die ächten und dauerhaften Farben. Leipz. 1793. S. 266. (89) Cf. KRAUSS *Afbeeld. der Artseny Gewasfen* o. c. Dl. II. bl. 69. (90) Vid. VAN BERKHEY *in Verhand. van de Maatfch. van Wetenfchap: te Haarl.* Dl. XIX. St. II. bl. 14. (91) Cf. P. VON BLANKENSEE, Practifches Handbuch fur Landwirthe etc. Th. I. Neue Ausgabe Berlin 1815 S. 269. (92) Cf. HELMUTH l. l. (93) Vid. WIEGLEB. Chem. Verfuch. uber die Alkal. Salze. Berlin und Stettin bei Nicolai 1774. S. 94.

Succus plantae, inprimis radicis, infervire potest contra lentigines. (94) IOLYCLERCIUS dicit eam *exanthemata* et praefertim *fcabiem* fanare, iisque in morbis, faepe ufurpari. (95) Radix ad pulverem redacta et fic confumta fecundum DODONAEUM l. l. contra vermes infervit, quod etiam confirmatur ab HELMUTHIO l. l. Haec planta odore fere nullo et fapore paulum adftringente atque aliquantum amaro gaudet. Prioribus temporibus plurimum ufurpata est contra *pestem*, *hydropem*, *anginam*, et *parafynanchen* (96) nec non etiam contra ulcera maligna. (97) Iam vero, nostra faltem in patria, in *Medicina* non est in ufu.

V.

GALIUM VERUM.

Cl. IV.

Tetrandria Monogynia.

Planta Stellata.

RADIX est Rhizomatoïdea, multicaulis, obliqua, lignofa, fibrofa, repens, ramofa, folida, rubri coloris.

CORMUS, Caulis glaber, fubruber, foliofus, verticillatus, deliquefcens, prolifer, fubramofus, ramis alternis, oppofitis, distichis, floriferis, brevibus, rigidus, fragilis, extipulatus, inermis, fublignofus, fructificans, teres.

FOLIUM, glabrum, oppofitum, lineare, fulcatum, fesfile, fubamplexicaule, verticillatum, lanceolatum, integerrimum, canaliculatum, enervium;

---

(94) Vid. MATTUSCHKA. o. c. Tom. I. n°. 88. (95) Cf. N. IOLYCLERC. o. c. Tom. IV. pag. 421. (96) Vid. R. DODONAEUS l. l. Cl. KOPS. l. l. N. IOLYCLERC. o. c. l. l. (97) Vid. HELMUTH l. l.

avenium, nitidum, prasinum, folia in caule 7, 8, 9, in ramis semper pauciora.

INFLORESCENTIA, Corymbosa, subverticillata, ramosissima, deliquescens, coarctata.

FLOS, simplex, hermaphroditus.

CALYX, Perianthium, minimum, quadridentatum, persistens, abbreviatum, superum, germini insidens.

COROLLA, monopetala, rotata, quadripartita (aut tripartita) ex parte superiore, acuta, plana, rubra, lineata, tubo nullo.

STAMINA, Filamenta, quatuor (aut tria), subulata, bifida, corolla breviora, libera.

Antherae, flavae, oblongae, simplices.

PISTILLUM, Germen, didymum, inferum, sessile.

Stylus, filiformis, longitudine staminum, semibifidus, terminalis, liber.

Stigma, globosum, revolutum.

FRUCTUS, Pericarpium, baccae, duae, siccae, globosae, coalitae.

Semina, 2, solitaria, subrotunda, aut reniformia, glabra, passim scabra, nec hispida.

BASIS Receptaculum, parvum, siccum, planum, proprium.

Haec planta perennis per totam Belgiam copiose provenit in locis arenosis ac lapidosis, etiam in pratis ac versuris, illamque, in *Iulio* et *Augusto*, quando floret, statim detegimus, quia loca, ubi provenit, luteis suis floribus quasi plane tingit.

In locis ubi provenit maxime refertur Provincia Groningana: multum enim invenitur inter *Delfzyl* et *Farmsum*, prope *Appingadam* ad viam, prope *Haren* et *Harender Molen*, prope *Helpen* in *Mickelhorst*, inter *Helpen* et *Groningam*, extra *Groningam* pone arboretum quod dicitur *Sterrebosch*, in munimentis, prope *Papier Molen* extra *Groningam* aliisque in locis. Crescit altitudine bi vel tripedali. Nostrates appellant plurimum GEELWALSTRO, MEYERSKRUID, et WALSTRO.

Huius plantae flores ab Apibus diligenter expetuntur, quia insignem mellis quantitatem in se continent. (98)

---

(98) Cf. I. H. HELMUTH Naturgeschichte Th. VII. S. 267.

Secundum HESSELGRENIUM (99) haec planta gratum praebet alimentum bovibus, ovibus, capris equisque, a fuibus vero negligitur, et apud MATTUSCHKAM (100) et KOPSIUM (101) notatum invenimus, eam etiam ab equis recufari, quod BERGERUS (102) confirmat. Cafeus praeparatus e lacte animalium, quae hac planta ufa funt, fecundum nonnullorum narrationem, dulciori meliorique esfet fapore, quam ille, quem ab animalibus hac planta carentibus habemus (103), eamque hanc ob caufam, in folis arenofis, elatis, ad pecora alenda, coli debere dicunt. (104)

Multi fcriptores narrant hanc plantam lac coagulare (105), id iam DODONAEI tempore notum erat, cum dicat hunc in finem ufurpari. Doct. BLAIR in *Pharmaco-Botanologia* fua dicit, *Anglos* non folum hac planta uti, ut lac coaguletur, verum etiam ut et meliorem et maiorem cafei quantitatem nancifcentur. HOUTTUINIUS etiam dicit, incolas *Comitatus Cestrienfis* in *Anglia* (ubi egregii cafei conficiuntur) cafeo gratum praebere posfe odorem per plantae huius flores lacti inmistos (106), id vero obloquitur negatque BERGIUS. (107) PARMENTIERIUS et DEYEUX (108) dicunt, fua experimenta de lacte probasfe, hanc plantam nullam vim coagulantem in lac habere, cum id etiam per accurata ROUPPII KOPSIIQUE experimenta confirmatur. (109) HELMUTHIUS l. l. tamen dicit, eam etiamnunc hunc in finem nonnullis in regionibus ufurpari.

In arte tinctoria eximiae est utilitatis. Decoctum florentis herbae fecundum SUCKOWI (110) experimenta atque obfervationes, addito *Muriate Sodae et*

---

(99) Vid. HESSELGREN. Pan Suecus o. c. p. 240. Cf. etiam HELMUTH o. c. Th. VII. S. 267. (100) Cf. MATTUSCHKA. o. c. n°. 94. (101) Vid. Cl. KOPS o. c. Dl. I. Pl. XXXIII. (102) Cf. BERGER. o. c. S. 205. (103) Cf. hac de re Cl. KOPS Flora Batava l. l. (104) Cf. ibidem. (105) Cf. FABREGOU o. c. Tom. IV. p. 223. Lehrbegriff. Sammtl. Okonom. und Cameralwisfensch. Manheim 1784. Th. I. B. I. S. 162—173. IOLYCLERC. o. c. Tom. II. p. 58. HOUTTUIN o. c. bl. 287. I. F. GMELIN Grundrisf der Allgem. Chemie Th. II. S. 711. § 828. I. I. VAN PLENCK *Grondbeg. der Scheik. vert. door* I. S. SWAAN 1803. bl. 272. HELMUTH Naturgefchichte o. c. Th. VII. S. 268. BOHMER o. c. Th. II. S. 114. pluresque alii. (106) Vid. HOUTTUIN l. l. (107) Vid. BERGIUS Mater. Medic. Vol. I. p. 65. (108) Vid. PARMENTIER et DEYEUX. *Experiences et observations sur le lait p.* 85, 86. (109) Cf. Cl. KOPS l. l. (110) Vid. SUCKOWS Verfuche uber die Benutzung. Gewachfe fur Farberyen, in den Vorlef. der Thurpfalz. Gef. Th. III.

Sulphate Ferri, praſinum acquirit colorem, qui cum panno et ſerico communicatur.

Lutei flores cum *Alumine* cocti, lanam pulchro luteo colore inficiunt, (111) quod in nonnullis *Germaniae* regionibus valde uſitatum eſſe videtur: — quo modo id fiat, apud DOCT. BOHMERUM l. l. legimus.

Radices lanam perpulchro rubro inficiunt colore, uti a nonnullis oſtenditur ſcriptoribus. (112) Hunc in finem radix ſecundum LINNAEUM BOHMERUMQUE ſ. 114 vere vel autumno, colligi, ſiccari contundique debet. Ad tingendum itaque neceſſe est, ut certam huius pulveris quantitatem ſumamus et coquamus cum cerevisia aceſcente, in qua lana tum, (praeſertim quando iam luteo infecta est colore) pulchrum rubrum colorem acquirit. FELIX (113) de hac aliisque hunc in finem inſervientibus plantis agens, ſequentia dicit: „*Toutes ces plantes donnent un rouge aussi beau et aussi pur que la meilleure* „*garance*." In *Canada* mulieres, omnes ſuas vestes hac radice rubras tingere ſolent, et color non facile mutatur ſed perdurat, uti inter alios confirmat PENNANTIUS in itinerario ſuo per *Scotiam*. (114)

Radices etiam uſurpantur ad ova rubro colore tingenda; quod praeſertim faciunt habitantes in inferiori *Poituenſi* tractu, uti narrat GUETTARDUS. (115)

Oſſa animalium quae hanc radicem edunt, ſecundum plurium ſcriptorum narrationem (116) ab ea aeque ac a *Rubia Tinctorum*, rubro inficiuntur colore; etiam obſervavit GUETTARDUS oſſa foetus talium animalium iam rubro eſſe tincta colore, quod in opere qui titulus est: *Histoir. de l'Academ.*

---

(111) E. IÖRLIN. Plantae Tinctoriae o. c. p. 423. G. R. BOHMER. o. c. Th. II. S. 236. Cl. KOPS l. l. HELMUTH o. c. S. 268. F. C. BERGER. Handb. o. c. S. 184. DU MONT DE COURSET. *Le Botaniste Cultivat.* o. c. Tom. IV. p. 297. (112) Cf. *Acta Stockholm.* 1745. p. 244, 251. *Acta Stockholm.* 1742. p. 21. LINNAEUS *Reizen* etc. o. c. bl. 361. N. IOLYCLERC. o. c. Tom. II. p. 57. Schwed. Abhandlung. Th. VII. F. C. BERGER. o. c. S. 174. POPPE o. c. S. 428. § 1. HELMUTH o. c. l. l. *Annales de Chimie Tom.* XXXI. p. 202. DU MONT DE COURSET o. c. Tom. IV. p. 297. (113) Vid. *Extrait d'un mémoire sur la teinture et le commerce du coton filé rouge de la Grèce par le cit.* FELIX *in Annales de Chimie* Tom. XXXI. p. 202. (114) Cf. Berlin: Sammlung von Reiſebeſchreibung. B. XXIV. S. 377. Vid. etiam DAMBOURNEY o. c. S. 107. (115) Vid. GUETTARD in Histoir. de l'Academ. Roy. 1746. p. 98. (116) Cf. MATTUSCHKA o. c. no. 94. GUETTARD in oper. citat. IOLYCLERC o. c Tom. II. p. 57. HELMUTH o. c. l. l. pluresque alii.

Royal. 1747. *avec les Mem. de Math. et Phyf.* communicavit. Haecce experimenta cum *Cuniculo* inftituit, matris tamen ossa non rubro tingebantur colore, lac vero rofacei erat coloris.

OLAUS BORRICHIUS, fecundum HOUTTUINII narrationem, ex huius plantae floribus per deftillationem *Acetum* acquifivit, (117) nam ex aliquot manipulis huius plantae florum ficcatorum, ℥III acquifivit et quidem grati faporis, uti etiam videre est in RAYI *Hist. Plantarum* p. 482. Haec omnia ferioribus experimentis confirmantur. (118)

Quando iris ad coelum fpectatur, haec planta fecundum DODONAEUM l. l. plus folito olet; fecundum eundem etiam fcriptorem et fecundum KOPSIUM l. l. idem obtinet appropinquante pluvia tonitruve.

XVI Unciae huius plantae continent 4 fcrupulos et 10 grana fubftantiae refinofae; et 1 unciam materiae faponaceae. (119)

Flores fuaveolentes pavimento infpergunt ruricolae. (120) DIOSCORIDES narrat, uti legimus apud DODONAEUM, radicis ufum *libidinem* excitare.

Secundum KRAUSSIUM herba mictum cruentum bovium fanat. (121) In *Haemorrhagia* maxime infervire videtur, cum multis a fcriptoribus id narratur. (122)

IOLYCLERCIUS l. l. et FABREGOU (123) confirmant *Helminthicam* vim ei inesse et huic fcopo infervire. Prioribus temporibus variis in morbis ufitata fuit, uti etiam contra *Epilepfiam*; iam vero in morbis non ufurpatur.

Planta adftringenti gaudet fapore, floresque penetrantem habent odorem, quem ficcati amittunt.

---

(117) Vid. HOUTTUIN o. c. Dl. II. St. VII. bl. 286. (118) Cf. SCHRADER Hermbftädts Bulletin B. IX. Heft X. S. 304. (119) Cf. SCHRADER, Magazin der Gesell. Natur Freunde zu Berlin 1808. S. 234. ubi etiam videmus hanc plantam Acidum Aceticum continere. (120) Vid. LINNAEUS Iter Oelandicum n°. 158. Flora Oeconomica in LINN. Amoen. Academ. Vol. I. pag. 158. (121) *Afbeelding der Artsen. Gew. o. c. Dl. V.* bl. 22. (122) Vid. DODONAEUS o. c. bl. 576. HUBNER o. c. bl. 347. HOUTTUIN l. l. KRAUSS. l. l. (123) Vid. FABREGOU o. c. Dl. IV. p. 224.

VI.

RHAMNUS FRANGULA.

Cl. V.

Pentandria Monogynia.

Planta Dumosa.

RADIX est Rhizomatoïdea, lignosa, integra, ramosa, fibrosa, repens, solida, laevis, irregularissima.

CORMUS, Truncus, arboreus, inermis, lignosus, foliosus, deliquescens, fructificans, retroflexus, flexilis, teres, enodosus, glaber, saepe subglutinosus, maculatus, ramosus, ramis sparsis, patentibus, cortice brunnei coloris tectis.

FOLIUM, simplex, integerrimum, annuum, ovato lanceolatum, subundulatum, venosum, petiolatum, sparsum, nervosum, remotum, laeve, glabrum, prasini coloris.

Petiolus, teres, eglandulosus, nitidus, laevis, coloris atro-purpurei.

INFLORESCENTIA, irregularis.

Pedunculus, uniflorus, teres, opacus, laevis, axillaris.

FLOS, simplex, monogynus, hermaphroditus.

CALYX, tubulosus, campanulatus, 4—5— fidus, villis, fuscis, remotis, binatis et solitariis adspersus.

COROLLA, quinquefida, petalum inperforatum, externe rude, interne coloratum, infundibuliforme.

Tubus, turbinato-cylindraceus. *Limbus*, patens, divisus, acutus.

Squamulae, quinque, stamina munientes minimae, calyci insertae, ad basin singulae divisurae singulae, introrsum conniventes.

NECTARIUM, squama nectarifera invenitur ad basin tubi.

STAMINA, Filamenta, tot, quot laciniae corollae, subulata, capillaria, libera, incurva, petalo sub squamula inserta.

Antherae, parvae, muticae.

PISTILLUM, Germen, ſubrotundum, ſuperum.

Stylus, filiformis, ſimplex, longitudine ſtaminum, calyce brevior, capillaris, deciduus.

Stigma, obtuſum, 1—2—4 fidum, ſubrevolutum, emarginatum.

FRUCTUS, Perianthium, bacca, ſubrotunda, 3—4— ſperma, nuda, virens, dein rubra, tandem nigra, diviſa in pauciores lacinias quam corolla.

Semina, ſolitaria, ſubrotunda, hinc gibba, inde compreſſa, nitida, ferruginei coloris.

BASIS, Receptaculum, proprium, planum, viscoſum.

Hic Frutex, qui *Maio* et *Iunio* floret cuiusque Baccae *Septembri* maturant, crescit naturaliter in locis nemoroſis, humidis, paludoſis per totam fere Belgiam. Interdum altus fit 10 pluribusque pedibus, et invenitur in Provincia Groningana, praeſertim prope *Harender Molen*, *Paterwolde*, *Eelde*, *Peiſe*, *Roderwolde*, *Niekerk*, *Sebaldeburen* in Silvis; variis etiam in locis adest prope *Kropswolde*, *Kalkwyk*, *Harkſtede*, *Slochteren*, aliaque talia loca nemoroſa Colitur interdum in hortis nostris ornamenti cauſa.

Patriae nostrae incolae nomina huic plantae impoſuerunt ſequentia: SPORKENBOOM, PYLHOUT, HONDSBOOM, VUILBOOM, STINKEBOOM, WEGEDOORN, SPORCKENHOUT, PYLBOOM et HONDJESHOUT. Huius fruticoſae arboris baccae in Provincia Groningana JEUPJES vocantur. (124)

Uſus huius plantae in Oeconomia valde extenſa est, uti ex brevi hac recenſione conſici potest.

HESSELGRENIUS (125) dicit, hanc plantam a capris ovibusque, KOPSIUS (126) vero, etiam a bovibus ſuibusque expeti et edi, additque boves multum hinc dare lactis. WEIZENBECKIUS etiam affirmat folia a pecoribus lubenter devorari. (127) VIRGANDER de hac planta agens, ita loquitur: „*Ca-* „*prae ramos eius, ſi copia datur, folia lubentiſſime devorant.*" (128)

---

(124) Vid. DE GORTER o. c. p. 63. n°. 210. (125) Cf. HESSELGREN o. c. p. 242. (126) Cf. Cl. I. KOPS o. c. Dl. III. Pl. XXIV. (127) Vid. G. A. WEIZENBECK. Oekonom. Pflanzengeſch. fur Schulen und den gem. Mann. Munchen 1787. S. 185. (128) Cf. D. M. VIRGANDER, Frutetum Suecicum in LINN. Amoen. Acad. Vol. V. p. 214.

Turdi baccas maturas lubenter edunt, et hanc ob caufam etiam ad aucupium adhibentur. (129)

Lignum in medulla est fubrubrum, molle et in truncis annofis rutilum. (130) Quia lignum molle est, raro in arte fcrinaria ufurpatur, (131) fed fecundum BASTERUM (132) et WEIZENBECKIUM l. l. ex ligno per multos conficiunt clavos futorios, quam ad rem valde aptum est.

Carbones ligni huius arboris, inprimis in *pulvere pyrio* conficiendo valde aptos esfe fine dubio conftare videtur, quia omnes fcriptores (133) unice id testantur. „*Carbones ligni Frangulae*," inquit Cl. HALLERUS „*ad pulverem pyrium* „*aliis praeferuntur:*" et Cl. BOHMERUS dicit: „*die daraus bereiteten koh-* „*len aber machen diesfen Baum fchätzbar.*" Hanc etiam ob caufam, prope *Harburgam*, circa pulveris pyrii molendinam, magnum *Fruticetum* fecundum BECKMANNUM o. c. f. 448. inftituerunt. Huius arboris lignum prioribus temporibus, a fummo *Galliae Magistratu*, pulveris pyrii molitoribus ad ufum propofitum est, utque nullo alio ligno uterentur. (134) Huius ligni carbones hanc ad rem peraptos esfe non negari potest, ac denuo rurfus nuper adhuc laudati funt. (135) Unus e novisfimis fcriptoribus de hoc carbone hunc in ufum, fequentia dicit: „*Unter den kohlen, welche dem Pulver und zu den Luft-* „*feuern genommen werden können, find diejenigen am besten und fchnells-* „*ten, fo vom Hunds- oder Schiefzbeerholze gebrannt werden, weil folche we-* „*der Harz noch Gummi bei fich führen, und grosze Schweifzlöcher haben,*

(129) Vid. WEIZENBECK o. c. S. 185. (130) Cf. BOHMER Techn. Gefch. der Pflanz. Th. I. S. 122. (131) Cf. BOHMER l. l. (132) Vid. IOB BASTER. I *Antw. op de vraag: Welke Boomen, Graanen, Wortels, Peulvruchten en Planten etc.? in de Verhand. v. d. Maatfch. v. Weetenfchappen te Haarlem Dl. XIX. St. I.* bl. 181. (133) Cf. HOUTTUIN o. c. Dl. II. St. IV. bl. 285. BASTER l. l. WEIZENBECK o. c. S. 184. IOLYCLERC o. c. Tom. II. p. 8. KRAUSS *Afbeelding etc. o. c. Dl. III.* bl. 57. F. C. BERGER o. c. S. 444. I. BECKMANN. Anleitung zur Technolog. 1802. S. 352, 353. § 4. IACOBSEN Technolog. Worterbuch Th. II. S. 448. BOHMER o. c. Th. I. S. 122. Th. II. S. 438. HELMUTH o. c. Th. VII. S. 348. D. CRAANEN *Schei- en Huishoudkundig Magazyn*, 1809. bl. 332. S. F. HERMBSTÄDT Grundrisf. der Technologie 1814. S. 607. § 513. (134) Vid. *Arrêt du Conseil etc.* 23 *August.* 1701. (135) Cf. *Traité de l'Art de fabriquer la poudre par* RIFFAUT *et* BOTTÉE *in Journal de Physique, de Chim. d'Histoire Naturelle et des Arts. Tom. LXXIV. p.* 274. de qua re inter alia haec dicunt: „C'est par suite „d'un grand nombre d'expériences qu'on a cru devoir se fixer sur celui provenant de bourdeine."

„*daher auch dergleichen kohlen wie ein Zunder das Feuer fangen, und al-*
„*so die schnellste und gewaltsamste Entzundung verursachen.*" (136)

DU HAMELIUS (137) et IOLYCLERCIUS (138) narrant 100 ℔ huius ligni tantum carbonis ℔ 12 producere. De modo, quo carbones ad pulverem pyrium praeparantur, non agemus; describitur enim; a IACOBSENIO l. l.

Lignum valde stridet vel crepitat in igne.

HERMBSTÄDTIUS (139) dicit, huius arboris carbones optime inservire contra vini mucorem.

Cl. DAMBOURNEIUS varia cum hac planta instituit experimenta ad explorandum eius usum in arte tinctoria, et experientia docuit, omnes huius arboris partes, excepto ligno, in arte tinctoria maximae esse utilitatis, in eaque usurpari debere. (140)

Cortex huius arboris, lanam, gossypium, linteamina etc. flavo tingit colore, uti a sequentibus scriptoribus traditur. (141) MURRAIUS dicit, folia viridi tingere colore. (142)

Quando materia, quam tingere volumus (v. c. lana, gossypiumve) aliquamdiu prius in solutione *Aluminis* cocta est, etiam cum cortice rubro tingi potest, uti a WEIZENBECKIO l. l. DAMBOURNEIO l. l. BERGERO s. 175. KOPSIO l. l. aliisque pluribus ostenditur. In *Meridionali Hollandiae* parte, cum hoc cortice etiam secundum BOHMERUM o. c. s. 144. fila lanea, rubro inficiuntur colore; cuius rei efficiendae modus, etiam apud eundem scriptorem extat. Cortex etiam ad varias substantias fusco colore tingendas adhibetur (145); postremus auctor id praesertim quidem in *Gothia* obtinere dicit,

---

(136) Vid. Der Wiener Kunst- und Luftfeuerwerker oder Anleitung zur leichtesten, grundl. und Zweckmäsz. Erzeug. und Vorstellung aller Kunst- und Luftfeuer zu Land- und Wasserfeuerwerken. Wien. 1818. S. 78. § 111. (137) Cf. DU HAMEL. Kohlenbrennerkunst S 178. (138) Vid. N. IOLYCLERC. o. c. Tom. II. p. 8. (139) Cf. S. F. HERMBSTÄDT, *Raadgever voor Burger en Landman Gron.* 1820. Dl. II. bl. 99. — Applicandi modus hic etiam describitur. (140) Cf. DAMBOURNEY, Versuche etc. o. c. S. 74. (141) Vid. *Acta Stockholm* 1742. p. 23, 26, 27. IORLIN, o. c. p. 324. HOUTTUIN, o. c. Dl. II. St. IV. bl. 285. I. BASTER, o. c. bl. 182. LINNAEUS *Reistochten* etc. o. c. bl. 271, 319. LINNAEUS Flora Suecica p. 68. n°. 194. POPPE o. c. S. 426. § 1. WEIZENBECK, o c. S. 184. F. C. BERGER, o. c. S. 180. BOHMER, o. c. Th. II. S. 214. HELMUTH, o. c. S. 348. Cl. KOPS, l. l. (142) Cf. MURRAY Apparatus Medicament. B. IV. p. 7. Cf. etiam hac de re LINN. in Konigl. Schwedisch. Academ. Abhandlung. Th. VII, S. 35. (143) Vid. WEIZENBECK, l. c. LINNAEUS *Reizen*

huiusque rei efficiendae modum exponit. Varii colores, quibus lana, pannus aliaeque fubftantiae per hunc corticem infici posfunt, praefertim pendent ac orticis partibus quibus utuntur, a variis praeparandi modis atque a fubftantiis additis (144), quae omnia videre funt apud BOHMERUM l. l. LINNAEUMQUE l. l. Baccae virides, contufae et cum aqua coctae, flavum dant decoctum, lanaque gosfypiumve cum *Bismutho* praeparata, per eas nitido ac durabili colore tinguntur. (145) Cum baccis viridibus inmaturis, variis in locis, fecundum fcriptorum magnae auctoritatis narrationem, lanae pannusque viridi tinguntur colore (146), cuius rei defcriptionem praefertim apud LINNAEUM l. l. DAMBOURNEIUM l. l. BOHMERUMQUE l. l. invenimus: in *Actis* vero *Stockholm:* anni 1742. p. 26, 27, 28. alius modus defcribitur. Quando baccae maturae exprimuntur et aqua coquuntur, liquor violaceus fit aut purpureus, lanaque lividum in eo acquirit colorem: quando vero paulum *Nitratis Potasfae* liquori additur, color magis coeruleus fit, admixto *aceto* color coeruleus evanefcit mutaturque in violaceum. (147) Pannus hoc tinctus violaceum acquirit colorem valde durabilem (148) addita vero folutione *Stanni*, color mutatur in viridem fecundum eundem auctorem; Maturarum baccarum fuccus, in aqua frigida expresfus lanam, *Bismutho* praeparatam, viridi inficit colore, qui per *Acetum* non mutatur, addito vero paulo *Acetite plumbi*; dilucidior fit. Hunc in finem, fuccus antea reducitur ad fermentationem vinofam posteaque per femihoram coquitur. (149) Baccae inmaturae foliisque iunctae et contufae, lanam viridi colore inficere posfunt (150), et quidem praefertim quando haec antea cum foliis *Betulae Albae* cocta fuit. Baccis maturis fecundum DAMBOURNEIUM l. l. POPPE o. c. f. 426. § 1. WEIZEN-

---

etc. o. c. bl. 91, 319. Kenntnisfz der Pflanzen etc. o. c. S. 261. — (144) Cf. WEIZENBECK, l. c. (145) Cf. DAMBOURNEY l. c. BOHMER, l. c. (146) Vid. LINNAEUS *Reizen* etc. bl. 43, 91. HOUTTUIN, o. c. Dl. II. St. IV. bl. 285. Flora Oeconomica in LINN. Amoen. Acad. Vol. I. p. 360. IORLIN, Plant. Tinctor. o. c. p. 324. WEIZENBECK, l. l. F. C. BERGER, o. c. S. 178. IOLYCLERC, o. c. Tom. II. p. 8. Kenntnisfz der Pflanzen etc. o. c. S. 261. — DU MONT DE COURSET o. c. Tom. VI. p. 263. Cl. KOPS, l. c. (147) Cf. DAMBOURNEY, l. l. (148) Cf. DAMBOURNEY l. l. (149) Vid. WEIZENBECK, l. l. DAMBOURNEY, l. l. BOHMER, o. c. Th. II. S. 77. (150) Cf. BOHMER, o. c. S. 144. IOLYCLERC, o. c. l. l.

BECKIUM l. l. KOPSIUMQUE l. l. lana etiam rubro tingitur colore. In *Smolandia* ex hoc frutice vincula *Cantharorum* conficiuntur, ibique aucupes hoc ipſo retia ſua, viridi tingunt colore. (151)

Quia hic frutex celeriter creſcit, ſaepe etiam ſecundum BERGERUM o. c. ſ. 444. adhibetur ad ſepes circa hortos.

Plantae huius flores ab Apibus magnopere expetuntur.

Succus baccarum expresſus ſecundum WEIZENBECKIUM o. c. ſ. 185. optime valet in ovium *ſcabie*, dicit enim: „*Wolt ihr aus den Beeren einen ſaft „presſen, und einkochen, ſo könnt ihr davon ein, oder anderthalb Loth, „eüern ſchafen geben, die raüdig ſind.*"

In *Medicina* parum amplius vel omnino non adhibetur haec planta, prioribus vero temporibus valde erat in uſu. KRAUSSIUS l. l. dicit, internum corticem huius plantae ipſam valde celebratam reddidisſe ob vires medicatas: deque huius uſu in Medicina STRANDMANNI (152) verbis uti liceat: „Cortex hu„ius flavus, ſiccatus cerevisia ſecundaria infunditur l. decoquitur ad tertiae par„tis conſumtionem. Doſis uncia dimidia est valentioribus; debilibus vero ſuffici„unt drachmae binae. Purgat egregie, *hydragogum* eximium in *Scorbuto*, „*Hydrope*, *Asthmate humido*, et inter praeſtantiora, quae novimus, pur„gantia habetur."

MURRAIUS in Apparat. Medicam. Vol. IV. p. 6. dicit; corticem externum huius arboris egregium esſe antiſepticum, adſtringenteque gaudere qualitate.

Contra alvum adſtrictam in pecoribus corticis huius arboris *Extractum* ſecundum BERGERUM o. c. ſ. 231. egregium est medicamentum.

Quando perpendimus et conſideramus omnem utilitatem atque emolumentum ex hac frutice capiendum, non est profecto cur miremur, Cl. VAN GEUNS ad examinandum propoſuisſe, an hicce *Frutex* cum fructu ad agros prataque coli posſet? (153) De ſuccesſu autem dubitarem, quia arbor haecce, ſemper invenitur in locis umbroſis, humidis, vel paludoſis.

---

(151) Vid. Flora Oeconomica o. c. pag. 360. (152) Vide P. STRANDMAN, Purgantia Indigena, in LINN. Amoen. Acad. Vol. VII. p. 299. (153) Cf. Cl. KOPS, in o. c. l. l.

VII.

VIOLA ODORATA.

Cl. V.

Pentandria Monogynia.

Planta Campanacea.

RADIX, est Fibrillata, fibrosa, capillaris, irregularisſima; ſobolem emittens.

FOLIUM ſimplex, obrotundum, radicale, cordatum, amplum, ſerratum, in inferiore parte plicatum, ex radice erumpens, petiolatum, reticulato-venoſum, ſubpubeſcens, quintuplinerveum, ſparſum, dependens, viride, concolor.

Petiolus, ſemiteres, eglanduloſus, canaliculatus, laevis, longior folio, ſubpubeſcens, humifuſus.

PEDUNCULUS, folio longior, ſolitarius, radicalis, uniflorus, teres, nitidus, alatus, glaber, viridis coloris.

FLOS, ſimplex, hermaphroditus, papilionacei floris aemulus.

CALYX, Perianthium, pentaphyllum, breve, perſiſtens: foliolis ovato-oblongis, erectis, apice acutioribus, baſi obtuſis, ſupra baſin affixis, aequalibus, ſed diſpoſitione variis: quorum duo fulciunt petalum *a*, ſingula ſingulum petalum *b*, *c*, unicum duo petala *d*, *e*, ſimul.

COROLLA pentapetala, irregularisſima: petalis inaequalibus; quorum:

Petalum a, ſupremum, erectum, deorſum ſpectans, latius, obtuſius, emarginatum, deſinens baſi in Nectarium corniculatum, obtuſum, inter calycis folia prominens.

b, *c*, lateralia, paria, oppoſita, obtuſa, recta, ovata aut potius obovata.

d, *e*, infima, paria, maiora, ſurſum paulo reflexa, omnia cyanei vel coerulei coloris.

NECTARIUM, Calcar, obtuſum, corniculatum, compreſſum, ſubcarnoſum.

STAMINA Filamenta, quinque minima, quorum duo petalo *a*, proxima appendicibus annexis intrant Nectarium.

Antherae, saepius connexae, obtusae, violaceae, croceae, lingula terminatae; membranis ad apicem auctae.

PISTILLUM, Germen, superum, subrotundum, sessile.

Stylus, filiformis, terminalis, uncinatus, subventricosus, extra antheras prominens.

Stigma, obliquum, in hamum simplicem reflectitur.

FRUCTUS Pericarpium, capsula, ovata, trigona, obtusa, unilocularis, trivalvis.

Semina, plura, exigua, ovata, appendiculata, valvis affixa, albescentia.

BASIS Receptaculum, lineare, siccum, exiguum, per singulam valvulam lineae instar excurrens.

Pulchra haec planta quae nobis aestatis appropinquationem indicat copiose provenit in Provincia Groningana. Praesertim invenitur prope urbem *Groningam* in *munimentis*, etiam in urbis *moenibus* intra portas quae dicuntur *Ebbinge*- et *Steentilpoort*, copiose insuper provenit prope *Loppersum* et *Windeweer* in pratis atque hortis, multum denique inter *Helpen* et *Groningam* pluribusque aliis in locis praesertim umbrosis. Floret mense *Aprili* et *Maio*, pertinetque ad plantas perennes.

Belgiae incolae plantae huic nomina dederunt: TAMME VIOOLEN, BLAAUWE VIOOLEN, RUIKEND VIOOLTJE, MAARTSCHE VIOOL, et STYFMOERTJES.

Haec planta pulchra, odorata, vernalis coeruleoque gaudens colore, a tinctoribus ad lanam, gossypium, pannumve tingenda, bono successu non usurpari potest, cum multiplicia accurataque variorum doctorum virorum (praesertim DAMBOURNEII) experimenta, dilucidissime id ostenderint. (154) Ex petalis tamen huius plantae pigmentum viride pictoribus inprimis aptissimum parari potest. Hunc in finem Baccae *Rhamni Cathartici* cum pulvere *Aluminis* pinsuntur, succus bene exprimitur ac colligitur; dein petala coerulea *violae odoratae* pinsuntur, utrarumque harum substantiarum succi bene commiscentur. — Plantae huius petala hunc in finem etiam decerpi possunt et dein-

(154) Cf. DAMBOURNEY o. c. S. 282.

de contundi in mortario vitreo, tumque ſuccus per pannum bene exprimitur. Hoc ſucco patellae parvae cupreae implentur, tumque ſubinde leni calore ad exſiccationem ſeponuntur. Quandò hic ſuccus liquorve tunc fermentare incipit, tantum cupri quantum postulatur ad eum viridi colore inficiendum, ſolvit. Quando purus, viridis ſiccatusque est, tum in pura aqua ſolvitur, in porcellanicam patellam infunditur, in eaque rurſus exſiccari ſinitur, tum vero ad uſum aptus est. (155)

HOCHHEIMERUS (156) dicit, hoc pigmentum illi, quod ex *Rhamno Cathartico* paratur et nomine *Sap Groen* notum est, pulchritudine longe praeſtare. (157)

Acetum a petalis coeruleum accipit colorem, uti a BOHMERO l. l. HELMUTHIOQUE Th. VII. ſ. 596. affirmatur, quo modo vero id fieri posſit, non explicare posſum; hic enim ſuccus per *Acida* rubro colore inficitur, quod obſervare posſumus in *fermentatione acida Syrupi Violarium* et etiam in *Pharmacop. Batava* praeſcribitur ad detegendam Acidorum praeſentiam. (*)

A prioribus inde temporibus, uti iam apud DODONAEUM (158) indicatum invenimus, e petalis *Syrupus* paratur, qui in Medicina ſaepisſime adhibebatur, hodieque etiam adhuc magnopere est in uſu. Hic *Syrupus*, cuius praeparationem in *Pharmacopoea Batava* p. 226. praeſcriptam invenimus, examinanti Chemico maximi est momenti, quia *Alcalium* reagens est, ab iis enim viridi colore tingitur. Hunc in finem laudatur fere petalorum infuſum in aqua uti etiam in *Pharm. Batav.* p. 16. factum ſit: ſolent vero ad has examinationes *Syrupo* ſupra dicto et in *Pharm. Bat.* indicato uti, quia ſemper in *Pharmacopoliis* adest.

Licet non notatum invenerim hanc plantam a pecoribus devorari, affirmare tamen posſum propria quippe experientia edoctus, boves ovesque ea uti.

Pulchra floscula ab Apibus aliisque muscis diligenter viſitantur.

---

(155) Cf. BOHMER, o. c. Th. II. S. 262. (156) Vide HOCHHEIMER Chemiſche Farbenlehre S. 275. (157) Cf. hac de re etiam WEINLIGS Chemiſche Bereitung der Farben S. 39. (*) *Experientia doctus, affirmare posſum huncce colorem coeruleum non perdurare Aceto addito, magis vero aliquantum ad rubrum vergere. Hic autem ſuccus aut ſyrupus, videtur non adhibendus esſe tanquam reagens pro acidis, quia non ſatis agit in quaedam acida; melius tutiusque est hanc ad rem ſucco* LAKMOES *uti.* (158) Vid. R. DODONAEUS o. c. bl. 233.

In *Aegypto* hae violae in hortis copiose numerantur, quia *Turci* grato horum florum odore saepe fruuntur, eorumque pulchro colore valde delectantur. *Saccharum Violarum* in aqua solutum a *Turcis* ad *Sorbetum* praeparandum inservit. *Sorbetum* ab hac natione etiam ex aliis quidem substantiis praeparatur, e *Violarum* vero saccharo praeparatum apud optimates principesque magnopere aestimatur, praesertim praetiosissimum cum *Ambra Grisea* mixtum, quando ad venerem incitandam inservit. (159)

Flores huius plantae fronti applicati secundum DODONAEUM l. l. et FABREGOUM (160) somnum excitant (161) cephalalgiaeque laborantibus dolorem minuunt.

HOUTTUINIUS (162) narrat virginem quandam florum in cubiculo disclusorum odore laesam esse et apoplectice mortuam, quae proprietas etiam a BERGERO (163) floribus hisce adscribitur. Doct. DE LA FAILLE, Cl. INGENHOUSZII vestigiis insistens, has florum proprietates noxias Gazis Acidi Carbonici exhalationi adscribi debere statuit. (164)

Calidis in regionibus *Syrupi Violarum* usus valde communis est in quotidiana Oeconomia, quia hic contra calorem cum aqua bibitur, est enim maxime refrigerans. (165)

Contra sitim maxime inservit violarum *Iulepus*. (166) DODONAEUS dicit huius plantae herbam deficientibus floribus, multis in casibus eius loco usurpari posse, quippe quae iisdem pene viribus ac proprietatibus gaudet. (167)

Pulchra haec planta ornamenti causa in hortis nostris copiose colitur. (168)

Haec planta acri sapore et refrigerante vi gaudet. Antea in Medicina non tantum magis usurpabantur eius partes, flores non solum, semina radicesque, sed varia etiam praeparata inserviebant uti oleum, acetum, iulepus,

---

(159) Cf. HASSELQUIST Reise etc. o. c. S. 524. (160) Vid. FABREGOU o. c. Tom. VI. p. 318. (161) DURANTES in Hist. Plantar. fol. 475. hanc proprietatem, etiam *Ol. Viol.* adscribit. (162) Vid. HOUTTUIN o. c. Dl. II. St. II. bl. 134. (163) Cf. BERGER o. c. S. 285. (164) Cf. I. BAART DE LA FAILLE Diss. Physiol. Medic. de Asphyxia. Gron. 1817. p. 201. — (165) Cf. DODONAEUS, l. l. A. MUNTING Naauwkeurige Beschrijving der Aardgewassen in Fol. 1696. bl. 926. (166) Cf. DODONAEUS, l. l. (167) Cf. etiam hac de re MUNTING o. c. Boek III. bl. 926. (168) Cf. DU MONT DE COURSET Le Botaniste Cultivateur, Tom. V. p. 193.

ſyrupus, mel, ſaccharum, conſerva, etc. (169) iam vero in Pharmacopaea illius *Syrupus* ſolummodo adhibetur. (170) Syrupus *Tuſſim* ac *Raucedinem* coërcet, minuitque dolores ex *Aphtis* (171): — in pueruIis applicari potest tanquam medicamentum leniter ſoporem adducentem (172); BERGERUS ſyrupo corroborantem etiam ac purgantem adſcribit vim (173) et LINNAEUS in *Mat. Med.* l. l. etiam refrigerantem qualitatem enumerat. (174)

Herba, *Cataplasmatis* forma externe applicata, tanquam emolliens praeſcribitur (175) et cum floribus mixta cum fructu Cataplasmatis forma in *Herniis incarceratis* adhiberi potest.

Radix est *diuretica* (176) et *emetica* (177) (†); ſemina autem eandem poſſident proprietatem (178), quam ob rem in calculo adhibentur: hodie vero a *Medicis* nihil huius plantae uſurpatur quam Syrupus.

---

(169) Cf. DODONAEUS, l. l. MUNTING l. l. FABREGOU l. l. LINNAEUS Mat. Medica 1787. p. 231. n°. 547. (170) Cf. *Pharmacop. Batava.* (171) Saepe ſaltem hoc in morbo adhibetur, aut per ſe, aut pro vehiculo Boracis, et experientia docet optimum hoc in caſu eſſe remedium. Vid. ADOLPHUS YPEIJ Handboek der Materies Medica 1818. bl. 322. (172) Vid. KRAUSS Afbeelding der Artzeny Gewaſſen bij Sepp en Zoon Dl. I. bl. 9. (173) Vid. BERGER, o. c. S. 285. (174) Cf. etiam MESUES Lib. I. Solv. cap. 11. (175) Cf. MUNTING o. c. l. l. LINNAEUS l. l. BERGER, l. l. (176) Cf. BERGER, o. c. l. l. pluresque alii. (177) Vide LINNAEUS, l. l. (†) *Plures auctores hanc vim radici, inprimis recenti, adſcribunt; experimentum tamen a me inſtitutum cum Cane et Feli, nullum habuit ſucceſſum, forſan tamen Ventriculus humanus hoc in caſu irritabilior eſſe potest quam quidem locum habet in Cane vel Feli.* (178) Cff. PLINIUS Histor. Natural. Lib. XXI. cap 19. H. I. N. CRANTZ, Mater. Medic. et Chirurg. iuxta Syst. Nat. Digest. Ed. II. 1765. Tom. II. p 234.

VIII.

HERACLEUM SPHONDYLIUM.

Cl. V.

Pentandria Digynia.

Planta Umbellata.

RADIX est Rhizomatoïdea, integra, sublignosa, fusiformis, ramosa, perpendicularis.

CORMUS, Caulis, ramosus, integer, sparsus, divaricatus, retroflexus, fructificans, adscendens, foliosus, nodosus, fibrosus, fistulosus, subteres, hispidus, opacus, sulcatus.

FOLIUM compositum, semiquinquefidum, petiolatum, sparsum, dispar, reclinatum, reticulato-venosum, hispidum, ciliatum, alternatim pinnatum, foliolis oblongis, laevibus, quinis, pinnatifidis, inaequalibus, serratis, acutis, dentatis.

Petiolus, communis, semiteres, eglandulosus, vaginatus, canaliculatus, semiamplexicaulis, sulcatus, hispidus.

INFLORESCENTIA, Umbellata, composita, conferta, convexa, pedunculata: *umbellula*, pedunculata, conferta, oppositifolia, convexa.

Pedunculus, interfoliaceus, communis, sulcatus, hispidus, axillaris, involucratus.

FLOS, simplex, hermaphroditus.

CALYX, *Umbella universalis*, multiplex, maxima: *Partialis* plana.

Involucrum universale, polyphyllum, caducum: *Partiale*, extrorsum dimidiatum: foliolis tribus ad septém, lineari-lanceolatis, exterioribus longioribus. *Perianthium*, obsoletum.

COROLLA *universalis*, difformis, maxime radiata. Flosculi fertiles plerumque omnes.

Propria disci, aequalis, pentapetala: *Petalis*, inflexo-uncinatis, emarginatis.
Propria radii, inaequalis, fubuniformis, pentapetala.
Petalis exterioribus, maioribus, magisque bifidis, oblongis, uncinatis, coloris albi.
STAMINA, Filamenta quinque, corollulis longiora, fubulata, libera, pilofa.
Antherae parvae, muticae, erectae.
PISTILLUM, Germen fubovatum, inferum, fessile.
Styli, duo, approximati, breves, recti.
Stigmata, fimplicia, aliquantum obliqua.
FRUCTUS, ellipticus, emarginatus, compresfus, in medio utrinque ftriatus; marginatus.
Semina, duo, ovata, compresfo-foliacea, brunneï coloris.
BASIS, Receptaculum, proprium, planum, ficcum.

Haec planta biennis, floret in fine *Iunii*, *Iulii* et *Augusti:* ubivis paene crefcit in patria nostra, uti in pratis, filvis nemorofis, fepibus, praefertim ad agrorum margines etc. interdum altitudine trium vel quatuor pedum invenitur. In Provincia Groningana praefertim invenitur pone *Sterrebosch*; in et circa *Galgenberg*, in munimentis, in campo *Exercitieveld* dicto, extra portam quae dicitur *Kleine-Poortje*, ad canalem verfus *Hoogezand*, interdum in moenibus urbis, ad aggerem *Ommelandicum* prope Groningam, copiofe circa Peife in hortis et ad vias aliisque in locis.

A nostratibus BEERENKLAAUW five HEILKRUID vocata est haec planta.

Recte dicit Doct. WEIGEL (179) quod flores tum flavi funt, tum rubri: folia modo cyanea funt, modo argentea occurrunt; hoc etiam hisce in regionibus faepe obfervavi.

Haec planta, a bovibus, capris, ovibus, fuibus, inprimis vero ab equis confumitur. (180) Folia tenella maxime expetuntur a *Cuniculis* atque *Leporibus*, uti narrat HELMUTHIUS. (181) Apes flores diligenter examinant.

In *Camtfchatka* incolae menfe Iunio caules, pedunculos, petiolosque foliorum radicalium congregant, frondem feparant, eosque fic domum deducunt: hic iam

---

(179) Cf. E. C. WEIGEL, Flora Pomerano—Rugica 1769. p 53. (180) Vid. HESSELGREN, Pan Suecus o. c. p. 243. (181) Cf. I. H. HELMUTH's Naturgefchichte o. c. B. VII. S. 453.

membranula externa, five epidermis, ope conchae a caulibus, pedunculis petiolisque dextre feparatur et fic praeparata fasciatim folis calori in aere aperto ad exficcationem exponuntur. Post aliquot dies, farina quadam dulci Saccharo analoga circumdantur, dein faccis immittuntur ac fortiter quasfantur, ut farina haecce faccharata in faccorum fundo fe colligat. Farina collecta et purificata ex 40 caulium ficcatorum libris, quadrantem librae tantummodo fubpeditat, et hanc ob caufam ut rarum quid fervatur (182) et hocce faccharum convivis, cupediarum loco, offerunt. Interdum farina caulibus circumdata manet et fic in coena apponitur. (183) Talibus ex caulibus, praefertim tamen ab incolis *Siberiae* et *Camtfchatkae*, fpiritus vinofus destillatur. (184) (*) Aqua tepida caulibus affunditur et loco commodo ad fermentationem feponitur, dum paulum materiae ex praecedente fermentatione relictae additur, licet nonnulli hunc in finem *Xylostei Baccis* utantur, aqua vero antea fermento mixta esfe debet. Elapfis 24 horis fermentatio vinofa paene finita est, quando liquor destillationi aptus est. Incipiente destillatione fortisfimum, dein vero minus generofum acquirunt fpiritum: hic fpiritus bis destillatur, tum autem optimi frumenti fpiritus maiori fortitudine, gratiore vero fapore gaudet. (185)

GMELINUS l. l. et BOHMERUS dicunt, liquorem, quando post primam destillationem altera vice destillatur, tam fortem fieri ut vix ufurpari queat. (186) Spiritus, ex hoc liquore, aut potius ex hac planta, praeparatus infaluberrimus est, hominesque per hunc facile ebrii fiunt, in facie lividi et infani, uti varii affirmant auctores. BOHMERUS l. l. dicit: *„Wenn man „die ftengel und ftiele nicht abfchabet, fondern nur fpaltet und trocknet,*

---

(182) Cff. I. G. GMELIN, Flora Sibirica Tom. I. p. 214. HOUTTUIN o. c. Dl. II. St. VIII. BOHMER, o. c. Th. I. S. 479. (183) Cf. CHALMOT, o. c. Dl. IV. bl. 2927. (184) Cff. I. G. GMELIN, Flor. Sibir. Tom. I. p. 14. STELLER's Reife nach Kamtfchatka S. 103. KRAUSS Afbeelding etc. o. c. Dl. V. bl. 21. HOUTTUIN o. c. Dl. II. St. VIII. bl. 102. KRASCHENINIKOW von Kamtfchatka S. 103. CHALMOT, o. c. l. l. P. I. KASTELEIN, Chemifche Oefeningen Dl. III. bl. 100. *Botanifches Magazin* St. XII. S. 55. IOLYCLERC, o. c. Tom. I. p. 455. Flora Oeconomica o. c. p. 361. BOHMER Techn. Gefch. der Pflanzen Th. I. S. 478. pluresque alii. (*) Scriptores atque itineratores varii credunt, illam plantam ex qua fpiritum talem destillandò acquirunt, non esfe *Heracleum Sphondylium* verum aliam Heraclei fpeciem. (185) Cf. GMELIN, Flor. Sibir. l. l. CHALMOT, l. l. (186) Vid. BOHMER, l. l.

„*so soll man eben so viel Brantewein erhalten, welcher aber noch ungesun-*
„*der ist.*"

Farina, de qua supra sermo iam erat, eodem modo tractata etiam spiritum praebet, non tamen eadem quantitate: — cerevisiae vinive species quaedam ex ea praeparatur, per quam homines facillime inebriantur, gravibusque conflictantur capitis doloribus. (187)

GMELINUS l. l. narrat ex 100 ℔ caulium et petiolorum; ope destillationis acquiri posse 25 ℔ Spir. vini aut alcoholis.

Ex huius plantae caulibus cum *Pini* nucleis contusis mixtis, mulsi species quaedam praeparatur. (188)

KRAUSSIUS affirmat l. l. *Camtschadales*, *Russos*; *Lithuanos Polonosque* ex hac planta speciem quandam panis cerevisiaeque conficere, dum IOLYCLERCIUS l. l. hac de re dicit. „*Les Russes composent, avec ses semences, une*
„*bierre qui vaut les nôtres; ils mangent, dans leurs primeures, les tiges*
„*et les petioles comme nous mangeons les asperges.*"

Recte profecto GMELINUS l. l. dicit inventionem praeparationis spiritus ardentis ex hac planta multum illius usum apud hos populos duxisse et in consuetudinem abire fecisse, licet in ipsorum damnum. (§) Huius plantae utilitatem damnumve in praeparandis spiritibus ardentibus non definire audeo, quare celeberrimi nostratis Chemici verba apponam: „*Zij verkrijgen uit* 100
„*ponden steelen* 25 *ponden Brandewijn, die zoo sterk is, dat na men hem*
„*op de helft heeft overgehaalt, hij gelijk staat met Alcohol, ook is hij aange-*
„*naamer dan Koornbrandewijn. Het ware der moeite wel waardig om ze te*
„*planten.*" (189) Cl. HERMBSTÄDTIUS (190) etiam culturam huius plantae quam maxime commendat, quia magni esset emolumenti destillatoribus spiritus vini aut iuniperi et quum facile conserventur caules, petioli pedunculique.

---

(187) Vid. CHALMOT l. l. (188) Cf. HOUTTUIN o. c. Dl. II. St. VIII. bl. 102. (§) *Praestantissimus ille Russiae navigator* FILETOFF, *qui naufragio facto, page Zoutkamp adpulsus mihi (cum ibi essem) narravit, quod in itinere suo in Camtschatkam expertus fuerat, incolas non amplius, ut antea fere omnes, ex hac planta spiritum vini destillare, quamvis adhuc inter pauperes nonnulli essent, qui sibi adhuc spir. vini ex hac planta praeparare soliti erant.* (189) Vid. KASTELEYN Chemische oefeningen o. c. l. l. (190) Cf. HERMBSTÄDT in Sammlung Pract. Erfahrungen Th. I. S. 122.

Etiam ex hac planta optimum praeparavit Saccharum et Syrupum. (191) Hic tamen notare debeo *Heracleum Sphondylium* hac in regione proveniens, ſecundum experimenta a me inſtituta, multo minorem ſpiritus quantitatem dare quam in Siberia; ſecundum auctorum narrationem. Experimentum autem ſecundum citatorum ſcriptorum narrationem et praeſertim ſecundum Cl. ZIMMERMANNIUM (192) inſtitui.

Quando liquor, per destillationem paratus, denuo per aliquot vices cum magna pulveris carbonis quantitate destillatur, multum ingrati ſaporis proprietatumque noxiarum amittit.

Haec herba in ore manſa pustulas parvas circa labium et gingivas efficit. Herba est amara, acris et ſubaromatica; tamen a HERMBSTÄDTIO l. l. et POPPIO (193) praeſcribitur aut laudatur ad ſaccharum praeparandum, et STELLERUS (194) ac STRALENBERGIUS (195) eam existimant, post *Arundinem Sacchariferam*, omnium vegetabilium maximam continere ſacchari quantitatem. (196)

Infima praeſertim petiola foliorum radicalium dulcia ſunt, eorumque ſapor odorquè magnopere cum *Chaerophyllo Sylvestri* conveniunt.

Poloni ea contra *Plicam Polonicam* utuntur, eique ſpecifice mederi existimant, in ea vero nullius est utilitatis. (197) Secundum LINNAEUM (198) contra *Dyſenteriam* inſervit. Prioribus temporibus folia et radix in Pharmacopoeis *Brancae Urſinae* nomine uſurpabantur, apud nos vero iam diu haec oblivioni tradita est et vix amplius adhibetur. Apud PLINIUM (199) DIOSCORI-

(191) Vid. Chemiſche Verſ. und Beobacht. uber die Darſtell. des Zuckers und eines brauchbares Syrups aus einheim. Gewächſen; in Neue Schriften des Geſ. Natuf Freunde zu Berlin, Th. II. S. 324, 250. (192) Cf. E A. W. VON ZIMMERMAN, De Aarde en haare Bewooners, Dl. VIII. bl. 109. (193) Vid. POPPE o. c. Abth. II. S. 346. § 1. (194) Vid. G. STELLER's Reiſen nach Kamtſchatka o. c. S. 84. (195) Vid. STRAHLENBERG Nörd und östlicher Theil von Europa und Aſia. Stockholm 1730. S. 430. (196) Qui plura de hoc Sacchàro Heraclei Sphondylii ſcire cupiat adeat ſcriptores ſubſequentes: Stralſundiſchen Magazin B. I. St. V. S. 412. Allgemeine Reiſen zu Waſser. u. ſ. w. Th. XX. S. 259. SCHERER's Allgem. Journal der Chemie Bd. 4. 1800. S. 140. I. F. IOHN Chem. Tabellen der Pflanzenanalyſe etc. Nurnberg 1814. S. 15 in fol. (197) Cf. KRAUSS, o. c. l. l. (198) Vid. LINNAEUS Materies Medica p. 92. n°. 212. (199) Cf. PLINIUS, Hist. Nat. Lib. XX. cap. 22.

DEM (200) DODONAEUM (201) atque RUELLUM (202) illius usus prioribus temporibus praesertim invenitur. (203).

IX.

CICUTA VIROSA.

Cl. V.

Pentandria Digynia.

Planta Umbellata.

RADIX est tuberosa, cauliformis, concava, loculosa; densa; oblonga, concamerata, geniculata, striata, annulis prominulis distincta, fibrosa, fibris subverticillatis, lateritii coloris, acerrimum continens liquorem, qui aestate aquosus, hieme et vere ex flavo lacteus est.

CORMUS, Caulis, teres, fistulosus, cavus, crassus, ramosissimus, coarctatus, politus, integer, glaber, parumper virgatus, divaricatus, fructificans, inermis, nitidus, concolor (sed saepe etiam lineis rubris notatus) flexilis, carnosus, prasini coloris. (††)

FOLIUM, compositum, maxime, glabrum; tripliciter pinnatum; petiolatum, vaginatum, minutissime divisum et subdivisum: foliola; lanceolata, ternata; acute serrata, serraturis apice albis, duorum circiter pollicum longa.

---

(200) Cf. DIOSCORIDES, Lib. III. cap. 19. (201) Vid. REMBERTUS DODONAEUS o. c. bl. 494, 495. (202) Vid. RUELLUS, Lib. III. de Natura Stirpium cap. 6. (203) Prioribus saeculis *Heraclei* genus magni propter pulchram eius structuram pictoribus, et sculptoribus habitum fuit pretii, sumserunt enim *Heraclei* speciem exemplo in eorum picturis et sculpturis uti apud VITRUVIUM Lib. IV. VIRGILIUM Ecl. IV. THEOCRITUM Edyl. I. aliosque dilucide patet, incerta tamen habenda est species illa, qua utebantur, credo tamen *Heracl. Panaces* fuisse.
(††) Pars, quae immediate radici super posita est, et non raro pollicem aequat, attamen subalbicante gaudet colore.

Petiolus, sulcatus, eglandulosus, alatus, ala iuxta caulem decurrens.

INFLORESCENTIA, Umbella, composita, rara, patens, convexa, pedunculata; basi rubra, 14 profert radios, quisque radius umbellulam; umbellula e contrario 48 radios: — *umbellula*, pedunculata, conferta, oppositifolia, convexa.

Pedunculus, partialis, teres, glaber, subsulcatus, prasini vel viridis coloris.

FLOS, albus, simplex, hermaphroditus, uniformis.

CALYX, Umbella universalis, subrotunda: radiis plurimis, aequalibus.

Partialis subrotunda, radiis plurimis, aequalibus, setaceis.

Involucrum universale, nullum.

Partiale, 3—5 aut polyphyllum: *foliolis* setosis, brevibus.

Perianthium proprium, vix notabile.

COROLLA *universalis*, uniformis. *Flosculi* omnes fertiles.

Propria, petalis quinque, ovatis, inflexis, subaequalibus, albi coloris.

STAMINA, Filamenta, quinque, capillaria, libera, corolla longiora.

Antherae, simplices, erectae, muticae.

PISTILLUM, Germen, inferum.

Styli, duo, erecti, filiformes, persistentes, albi, externe curvati, corolla longiores, in fructu divaricati.

Stigmata, capitata, simplicia.

FRUCTUS, subovatus, sulcatus, sulcis crenulatis, bipartitus, compressus, laevis, truncatus.

Semina, duo, subovata, hinc convexa striata, inde plana.

BASIS, Receptaculum, proprium, planum, subglandulosum, siccum.

Haec planta, quae iure inter violentiora patriae nostrae venena referri potest, praesertim amat loca paludosa, agros aquosos fossasque et hanc ob causam talibus in locis et inprimis in aquis stagnantibus provenit. Prope *het Horendsche Diep* in canalibus munimenta, quae *nova* dicuntur, circumdantibus, prope *Waterhuizen* extra *Groningam*, ad *Oosebrink* prope *Mickelhorst*, circa *Eppenhuizen* in canali, qui *sepulcretum* circumdat et in fossis circumsitis similibusque locis in Provincia Groningana copiose obviam fit. Pertinet inter plantas perennes, floret *Iunio*, *Iulio* atque *Augusto*, et interdum fit altitudine trium quatuorve pedum. Diameter rami dimidium fere pollicem aequat.

Hanc plantam homini perniciosissimam Belgi vocant DOLLE KERVEL, GROOTE WATERSCHEERLING, VERGIFTIGE WATERSCHEERLING,

TWEEDE WATER-EPPE et WATERSCHEERLING. Utinam unum tantummodo nomen huic plantae, datum fuisſet, eoque ſub nomine cuique notum esſet!

Cicuta haec *Viroſa*, ad violentisſima venena narcotica, calida ac acria referenda, a capris ſine damno devoratur, uti a Cl. SCHWENCKIO (204) obſervatum est: — in *Norvegia* etiam huius plantae radices colliguntur et cum caprarum pabulo miscentur uti narrat GUNNERUS (205); idem etiam ſcriptor affirmat in *Norvegia* variis in *Suum* morbis radices uſurpari. Quando recens est cuique fere animali pernoxia est, ſiccata tamen planta ſine notabili damno ab equis, ſuibus, capris aliisque herbivoris animalibus devoratur. (206) Illustris LINNAEUS (207) ſatis ſuperque huius plantae virulentiam in pecoribus probavit, quare omnino asſentiendum esſe arbitramur BERGERO (208) eam referenti inter plantas, quae pecoribus magnum damnum afferunt. GMELINUS (209) dubitat, an haec planta noxia ſit ovibus? GUNNERUS l. l. vero id comperte affirmat. DODONAEUS dicit *Aſinos* hanc herbam lubenter multumque devorare; addit vero: „*dan ſy worden daar ſoo ſlaperich van*, „*dattet gebeurt is dat menſe levende ghevilt ende de huyt afgetrocken* „*heeft, eer ſy wacker geworden ſyn*,” quod autem mihi improbabile ac ridiculum videtur, licet etiam a MUNTINGIO confirmetur. (210)

Secundum GALENUM, *Sturni* per huius plantae ſemina pingues fiunt, quod citatur apud SCHWENCKIUM o. c. atque a MATTHIOLO (211) ac DODONAEO (212) comprobatur.

Piscatores ſecundum DODONAEUM l. l. foliis huius plantae ad piscandum utuntur, dum haec interdum, hunc in finem, cum *Herba Foeniculi* miscetur. Secundum LOBELIUM, cit. apud eundem ſcriptorem, pistores huius plantae ſemine tam maturo quam inmaturo utuntur; quando nempe furnus nimis calidus est, adeo ut panis adusturus ſit, tunc enim unum duosve manipulos in eum coniiciunt, quo facto impeditur adustio.

---

(204) Cf. M. W. SCHWENCKE in Tractatu de *Cicuta Aquatica Gesneri* p. 756. (205) Vid. GUNNER, Flora Norvegica, in Fol. o. c. Tom. I. p. 27. n°. 42. (206) Cf. Clarisſ. KOPS, Flora Batava Dl. III. Pl. XCV. (207) LINNAEUS, Flora Lapponica n°. 103. Iter Westrogoticum p. 46. Flora Suecica n°. 239. (208) Vide BERGER, o. c. S. 207. (209) Cf. I. F. GMELIN, Allgemeine Geſchichte der Gifte S. 358—370. et von den Giftigen Gewachſen in Teutschland. S. 181—205. (210) Vid. A. MUNTING, o. c. B. III. bl. 489. (211) Cf. MATTHIOLUS, Lib. IV. cap. 74. (212) Vide R. DODONAEUS, o. c. bl. 757.

HOUTTUINIUS (213) narrat, huius plantae folia, hisce in regionibus tam venenata, secundum SCALIGERUM; meridionali in Europae parte tanquam acetaria oleraque in iusculo usurpari, et secundum MATTHIOLUM hanc plantam in *Italia* non valde venenatam esse; adeoque non verosimile est gtt. venenatas, sub nomine *Acquetta di Neapoli* notas, in Italia hac ex planta parari. Plantae radix pro venenatissima perniciosissimaque eius parte haberi potest, et quidem praesertim acerrimus liquor, qui ei inest; non solum haec praesentaneum est venenum, sed etiam folia; et secundum SCHWENCKIUM o. c. p. 43. etiam semina.

HOUTTUINIUS (214) dicit, virulentas radicis *Cicutae Virosae* proprietates veteribus Botanicis, uti CLUSIO, MATTHIOLO, DODONAEO ac LOBELIO ignotas fuisse, et SIMONEM PAULI *Medicum Rosteckensem* primum fuisse, qui de lethali ac venenata huius radicis vi scripserit, in libro *Quadripartitum Botanicon Rostock* 1640. *Cl. III. p.* 263. *de Cicuta.* Herbae tamen virulentae proprietates veteribus notae erant. Primo loco in mentem nobis veniat PLATONIS, pluriumque aliorum narrationes, (215) *Athenis* nempe fucum huius plantae usurpatum fuisse ad maleficos et vero etiam cel. Philosoph. SOCRATEM morte afficiendum: — dein autem ipsa DODONAEI verba, anno 1618 in lucem edita, id nos dilucide docebunt, et videbimus tunc temporis mortiferas huius plantae vires perbene iam notas fuisse; exempli causa tantummodo aliquot DODONAEI verba apponam: „*Want*, *als* DIOSCORIDES *verhaalt*, *den scheerlinck moet gerekent worden* „*onder 't getal van de dootelyke dinghen*, *die den mensche door heur coude* „*eigenheyt het leven vercorten.*" bl. 756. b. — — „*Want sommighe crygen* „*daer draeyingen in 't hooft van*, *sommighe grooten hooftsweer*, *sommighe* „*worden der dul van*, *sommighe sterven daer van*" etc. bl. 757. b.

PLINIO (216) iam notum fuit, vinum optimum esse contra venenum huius plantae antidotum, quod hodie etiam adhuc est in usu, uti a novissimis scriptoribus narratur; (217) Doct. DE MEZA *de Venenis.* p. 22. sq. tamen contrarium narrat, dicitque, hanc herbam in vino usurpatam celeriter morte afficere; contra, in aceto consumtam sine damno adhiberi posse.

---

(213) Vid. HOUTTUIN, o. c. Dl. II. St. VIII. bl. 155. (214) Vid. HOUTTUIN, Nat. Historie Dl. II. St. VIII. bl. 149. (215) Cf. etiam VALERIUS MAXIMUS, Lib. XXI. cap. 6. STAPELIUS, Lib. IX. cap. 17. in Th. (216) Vid. PLINIUS, Lib. XXV. cap. 15. Cf. hac de re etiam RUELLIUS, De Natura Stirpium. Lib. III. cap. 113. (217) Cf. inter alios Clar. KOPS, Flora Batava. l. l.

Prioribus temporibus, hanc herbam puerorum testiculis virginumque mammis contra nimium corporis incrementum applicare solebant. (218)

Huius plantae radix album continet liquorem, qui aëri expositus cito infuscatur. (†) Tam herbae, quam radicis sapor acer est, non vero ingratus, odor tamen ac sapor siccatione pereunt, uti KOPSIUS l. l. observat. Planta haecce praedita est volatili et narcotico principio (219) et, secundum WIEGLEBIUM, (220) magna *Nitratis Potassae* quantitate.

Cl. ROUELLE optimam de huius plantae principiis scripsit commentationem. (221)

Magna hominum copia occisa fuit huius plantae veneno, uti narrant multi scriptores: v. c. HELMUTHIUS, (222) totas familias huic plantae succubuisse, dicit. Milites tres vere anni 1714. *Traiecto ad Rhenum* profecti, qui in via huius plantae radicem ederant, intra semihoram mortui sunt, secundum HOUTTUYNIUM. (223) Cl. GMELIN (224) dicit, duos pueros atque sex puellas, aetatis variae, vere radices *Cicutae Virosae*, pro radice *Pastinacae*, consumsisse, illos vero, qui forsan huius plantae maximam assumserant quantitatem, vehementissimo succubuisse spasmo, hos tamen vomitu voluntario non solum, verum et artificiali minime esse mortuos. Horrenda etiam sunt, quae, narrante Doct. BOXIO, anno 1756, prope *Roterodamum* acciderunt. (225) Una duaeve guttae succi radicis STORCKIO (226) linguam adeo rigidam, tumentem atque dolentem reddiderunt, ut ne verbum quidem loqui posset.

Plantae usus stuporem, vertiginem, somnum, convulsiones fatuitatemque efficit, plurimum vero mortem.

Radix, caules, petiolique sunt partes maxime venenatae.

Optima antidota sunt emetica, deinde coffea saturatissima acidaque vegetabilia. (227)

---

(218) Cf. DODONAEUS, o. c. bl. 756. DIOSCORIDES, Lib. IV. cap. 79. (†) RAY Historia Plantarum Tom. I. p. 450. (219) Cf. PET. AD. GADD, Taschenbuch fur Scheidek. 1783. S. 10. IOHN Chem. Tabell. o. c. S. 40. (220) Vide WIEGLEB o. c. p. 147. (221) Vide Beitragen zu von CRELL's Chemische Annalen 1786. S. 80. (222) Cf. HELMUTH Naturgeschichte Th. VII. S. 430. (223) Vid. HOUTTUIN o. c. bl. 152. (224) Cf I. F. GMELIN Allgem. Gesch. der Pflanzengifte. S. 344. (225) Cf. SCHWENCKE o. c. (226) Vide STÖRCK, Libellus de Cicuta 1760. p. 9. (227) Cff. PLINIUS o. c. l. l. RUELL. o. c. l. l. KRAUSS

In *Suecia* et *Dania*, secundum MURRAIUM, (228) ex Cicuta virosa *Empl. Cicutae* paratur, quia maiorem *Conio* habet effectum.

KRAUSSIUS l. l. dicit: *„Men gebruikt het kruid bij klier en kankergezwellen, verstoppingen der Milt, en uitwendig bij de Melaatsheid."*

Radix cocta externe applicatur Cataplasmatis forma contra *Arthritidem*, *Rheumatismum* etc. (*) GLÖCKNERUS in Nat. Genees- en Huishoudkundig Kabinet Dl. II. bl. 9. probavit eximiam Cicutae Virosae utilitatem in Cancro.

Utinam virulentissima haecce planta, quantum fieri posset, in patria nostra exstirparetur, atque a Medicis reiiceretur, quia utilitas eius nunquam damna aequat.

Quando variorum auctorum de hac planta cogitationes et narrationes consideramus, videmus, eas, a prioribus inde temporibus ad haec usque tempora, valde diversas fuisse de plantae huius viribus proprietatibusque; id vero erroribus in eligenda hac planta adscribendum videtur: — magnam enim cum multis aliis plantis (quarum proprietates et vires plane ab ea differunt) habet similitudinem, quoad nempe ad habitum atque adspectum externum, ita ut accurate et prudenter procedere debeamus, nisi errare velimus. Hanc ob causam mihi non incongruum videtur, distinctiones nonnullarum cum hac planta convenientium plantarum breviter enumerare.

1°. *Conium Maculatum* caule sua differt a Cicuta Virosa maculis suis passim rubicundis, subtilioribus atque dentatis foliolis, odore praeterea ingratiore. Involucrum etiam habet Conium maculatum, cuius foliola sunt reclinata; hoc autem involucro plerumque destituitur nostra planta.

2°. Ab *Apio Petroselino* dignoscitur odore, praeterea foliis maioribus non tam profunde insculptis et ex eo, quod universali caret involucro.

3°. *Daucus Carota* radice sua flava facili negotio a Cicuta dignoscitur.

4°. *Pastinaca Sativa* cum Cicuta in eo non convenit, quod huius plantae folia sunt tripliciter aut dupliciter pinnata et flores albi; dum praeterea Pastinaca Sativa folia habet simplicissime pinnata, foliola autem triplicia et flores eius flavi magis sunt coloris.

---

o. c. Dl. VI. bl. 11. Cl. KOPS, Flora Batava l. l. HELMUTH, Naturgeschichte. o. c. Th. VII. S. 431. pluresque alii. (228) Vide MURRAY Apparatus Medicament. o. c. Tom. I. p. 276.

(*) E. GUNNER Flor. Norvegica in Fol. Pars Prior p. 27.

5°. Nostra Cicuta in eo differt ab *Angelica Archangelica* ac *Angelica Sylvestri*, quod haec habet foliola ovata et maiora.

6°. Radix *Apii Graveolentis* differt a radice Cicutae, quod ad interiorem ſtructuram, nam radix Apii disſecta est ſolida, Cicutae radix vero est fibroſa et cava.

De hac planta egregiae exſtant commentationes, inter quas praeſertim enumerandae ſunt ſequentes. (229)

Quia haec planta adeo venenata gaudet qualitate; non ſuperfluum erit, iconem Cicutae viroſae inſpicere, ut omnes eam melius dignoſcant; talis autem iconis videndi cupidis ſequentes ſcriptores praebent occaſionem: REMBERTUS DODONAEUS, *Cruydt-Boek* 1618. bl. 756. I. I. WEPFER, Cicut. Aquat. Histor. et noxae, Comment. illustrat. 1679. STÖRCK, Libellus de Cicuta 1760. SCHWENCKE, in Tractatu de Cicuta Aquatica Gesneri. 1754. KRAUSS, *Afbeelding der Artzeny-gewasſen by Sepp en Zoon* Dl. VI. Pl. 510. *Eelhart of de Menſchenvriend* Dl. I. bl. 97. GEORG. CHRISTIAN. OEDER, *Icones Plantarum ſponte naſcentium in Regnis Daniae et Norvegicae in Ducatibus Sloſvici et Holſatiae et in Comitatibus Oldenburgi et Delmenhorstiae* 1767 *in Fol.* Vol. II. Tab. CCVIII. HELMUTH, *Naturgeſchichte* o. c. Th. VII. S. 429. Cl. I. KOPS, *Flora Batava* Dl. III. Pl. XCV.

---

(229) I. I. WEPFER, Cicutae Aquaticae Historia et Noxae, Comment. Illustrat. Baſ. 1679. M. W. SCHWENCKE o. c. etiam in linguam nostram transl. ſub tit. M. W. SCHWENCKE Verhandeling over de ware gedaante, aart en uitwerkingen der Cicuta Aquatica Gesneri, of groote Waterſcheerling 's Hage 1756. TARTREAUX, Epistol. Apolog. B. L. TRALLUS adverſus DE HAEN. In Cauſa de Cicutae uſu 1767. STÖRCK, Libellus de Cicuta 1760. STÖRCK, Libellus in quo continuantur etc. I. F. GMELIN Allgem. Geſch. der Pflanzengifte S. 340. —

X.

ERICA VULGARIS.

Cl. VIII.

Octandria Monogynia.

Planta Bicorna.

RADIX est Rhizomatoïdea, lignofa, integra, durisfima, ramofa, fibrofa, filiformis, nullam fobolem emittens.

CORMUS, Truncus, fruticofus, ramofisfimus, lignofus, deliquefcens, prolifer, fparfus, virgatus, retroflexus, flexilis, tenax, ftipulatus, fructificans, teres, folidus, foliofus, integer, durus, asper, coloris rubicundi, fusci aut obfcuri.

FOLIUM, exiguum, aliquantulum durum et asperum, femper virens, tamariscum referens, imbricatum, nitidum, oppofitum, fagittatum, quadrifarium, triquetrum, erectum, tetragonum, angulis fcabris, fesfile, adeoque: *Petiolus*, nullus.

INFLORESCENTIA, Racemus, imbricatus, foliofus, fimplex, bracteatus, erectus.

Pedunculus, uniflorus, partialis, nitidus, laevis, fcapiformis, axillaris, erectus.

FLOS, fimplex, hermaphroditus, cernuus.

CALYX, Perianthium, 3 — vel 4 — phyllum, corolla minor: foliolis, ovatis, erectis, coloratis, perfiftentibus.

COROLLA, monopetala, campanulata, perfiftens, quadrifida, faepe ventricofa, colorata, calycibus duplicatis, fubaequalibus.

STAMINA, Filamenta octo, capillaria, receptaculo inferta, aequalia, corollis breviora.

Antherae, apice bifidae, aristatae, rufae, exertae, acute definentes.

PISTILLUM, Germen ſubrotundum, ſuperum, ſesſile.

Stylus, filiformis, rectus, ſtaminibus longior, purpureus, calycis longitudine.

Stigma, corniculatum, tetragonum, quadrifidum.

FRUCTUS, Capſula ſubrotunda, calyce minor, membranacea, 4—8 locularis, tecta, quadrivalvis, polyſperma.

Semina numeroſa, minima, libera, ſubbrunnei coloris.

BASIS, Receptaculum proprium, convexum, ſiccum, parvum et quidem ita, ut vix notabile ſit.

Hic Frutex, qui praeprimis amat loca arida; arenoſa et pascua, quam plurimum in talibus locis Belgiae nostrae provenit: — in Provincia Groningana invenitur praeſertim in ericeto prope *Harender-Molen*, inter *Paterwolde* et *Groningam* ad *Horendſche-Diep*, prope *Kalkwyk*, *Kropswolde* talibusque locis aridis.

Fit altitudine binarum item quatuor pedum et ultra, floretque menſibus *Augusto* et *Septembri*. In Belgia nostra, a prioribus inde temporibus, haec planta nominata fuit: HEIDE et GEMEENE-HEIDE.

Licet praecedens planta in humana Oeconomia quam maxime noxia ſit, eo magis tamen utilis est habenda haec *Erica*, (quae tantummodo in altero huius Planetae latere provenit) (230) quod iam paucis explicabimus.

Incolae *Inſularum Hebridarum* quoddam cereviſiae genus hac ex herba coquunt: hunc in finem, ſecundum PENNANTIUM, (231) ſumuntur 2 partes verticum, ſive potius ſupremarum partium huius plantae, malti 1 pars et paulum humuli. Humulique loco interdum in *Anglia* Ericam, ad cereviſiam coquendam adhiberi, diu iam notum fuit. (232)

Erica praecipuas inter materias tinctorias recenſetur a SUCKOWO. (233) Quando Ericae ſiccatae inque tempore florendi collectae aqua infunditur, liquor aureum acquirit colorem, qui addito *Muriate Sodae* atque *Alumine* la-

(230) Vid. Vaderlandſche Letteroefeningen voor Iah. 1821. N°. 1. Mengel. bl. 21. (231) Cf. Berlin. Samml. von Reiſebeſchreibung. B. XXIV. S. 383. (232) Cff. Neuen Schauplatz. Th. III. S. 743. PLOTT. STOFF. S. 397. Flor. Oeconom. o. c. p. 164. CHALMOT o. c. Dl. IV. bl. 2899. HELMUTH, Naturgeſch. c. c. Th. VII. S. 571. (233) Vid. SUCKOW, Verzuche uber die Benutzung etc. o. c. Th. III. S. 77.

teritius fit, et lana pannusve, cum *Alumine* praeparati, in eo ochraceum acquirunt colorem. (234) SUCKOWI verba DAMBOURNEYI (235) experimentis comprobantur. In insula Hebridica *Iura* incolae ex supremis huius plantae partibus sive verticibus, secundum PENNANTIUM, (236) luteum colorem coquunt. SUCKOWUS o. c. etiam cum decocto lanam pannumque, non antea praeparatos, ferrugineo colore, cum *Sulphate Ferri* praeparatos, badio colore, cumque *Alumine* praeparatum sericum croceo infecit colore.

POPPIUS dicit, hanc herbam egregie aptam esse ad lanas tingendas, et quidem praesertim ad rubro, luteo, fusco et viridi colore tingendum: dicit praeterea, hanc herbam, addita *Potassa*, lanam, pannum, etc. atro-purpureo colore, addito autem *Acido Muriatico*, phoeniceo, cumque *Alumine*, subviridi colore inficere. (237)

Ad corium parandum Erica etiam maxime inservit, multis quippe gaudens proprietatibus adstringentibus; dicunt etiam eam hac in operatione Quercuum corticem longe superare. Hunc in finem anno 1764 dolia (*German. Tonne*) 82018, et anno 1765 dolia 71826 Ericae in *Hiberniam* sunt deducta. (238)

GESNERUS primus fuit, qui Ericam in fornace siccaverit, ad pulverem redegerit et sic *Querni corticis* loco in corio parando usurpaverit, quam inventionem atque operationem cum *Academia Scientiarum Göttingensi* communicavit, eique corii partem hoc modo paratam ostendit. Haec tamen operatio non tam cito procedit, ac cum cortice Querno. Dein duo Angli THOM. FRANKIN et HOLT. WAHRING facilem invenerunt corii cum Erica parandi modum, qui non tantum citius, sed etiam melius quam cum cortice Querno succedere videtur: — hanc inventionem anno 1766 *summo Hiberniae Senatui* proposuerunt. (239) Haec operatio describitur apud BOHMERUM o. c. Th. II. S. 415. — BAUTSCHIUS tamen dicit, experimenta sua probasse, Ericam solam tantummodo ad solearum corium parandum inservire posse. (240)

---

(234) Cf. SUCKOW, l. l. (235) Vide DAMBOURNEY Versuche und Erfahr. etc. o. c. S. 103. (236) Vid. Berlin. Samml. von Reisebeschreibungen B. XXIV. S. 377. (237) Vid. POPPE o. c. S. 427. § 1. S. 431. § 1. (238) Cf. Gothaischen Handlungszeitung 1786. S. 176. (239) Cff. Hannover. Magazin. 1766. St. XLVII. et 1789. S. 719. Berlin. Magazin. B. IV. S. 296. STAHL Forstl. Magazin B. X. S. 332. Neues Bremer Magazin B. I. S. 359. BERGER, o. c. S. 190. (240) Vide BAUTSCH Lobgerber. S. 62.

Hic Frutex humilis, prope *Burdegalam*, secundum DU HAMELIUM, copiose adhibetur ad carbones cremandos, et quidem praesertim eius radices ramique: (241) — DILLONIUS (242) dicit, nihil in toto regno vegetabili Ericâ melius carbonibus aptum esse: — ex ea durus firmusque provenit carbo.

In *Ducatu Luneburgensi* ex caulibus ramisque huius fruticis scopae conficiuntur, ibi nomine *Heidebesen* notae, quae magna copia *Hollandiam* versus deducuntur. (243) In *Gallia* ex ramulis subtilibus ac tenellis huius plantae exicia (*Gall. Vergettes*) conficiuntur, quibus conficiendis tota *Fabrica* occupata est. In *Scothia* domorum tecta hoc frutice teguntur. (244) In hoc Regno interdum etiam hoc frutice utuntur ad domos tegendas, ex eoque scopas parari cuique certe notum erit. *Meppelae* complures familiae sunt, quae conficiendis talibus scopis exsistant, uti pluribus *Drenthiae* locis obtinet. Scoparum exiciorumque ex hac planta praeparatio valde antiqua esse videtur, quia DODONAEUS (245) de ea iam loquitur, quod a sequentibus confirmatur scriptoribus. (246) Pluribus in *Drenthiae* locis haec planta a pistoribus usurpatur ad fornacem calefaciendam pauperibusque, durante hieme, ligni loco inservit. (247)

Quando huius Fruticis cinis accurate colligebatur, ex eo optime et cum emolumento *Potassa* parari posset, quia Erica inter indigena nostra vegetabilia maximam fere possidet *Potassae* quantitatem. Hanc ob causam haec planta, tempore belli, quo interruptum est per mare commercium, maximi est momenti. Praeclarus Gallicus Chemicus CHAPTALIUS ex 10 ℔ cineris acquisivit ℔ 1 et ℥XII Potassae (248) summusque HERMBSTÄDTIUS (249) dicit 1000 ℔ cineris *Ericae Vulgaris* 115,0 ℔ Potassae, bonae notae, producere: — recte itaque dicit Cl. UILKENSIUS, nos certe cum emolumento usurpari posse Ericeta nostra

---

(241) Vid. DU HAMEL, von Baumen etc. S. 106. (242) Vid. DILLON, Reise durch Spanien Th. II. S. 304. (243) I. B. VAN ROHR Godleerende Plantkunde 1764. bl. 286. (244) Cf. Museum Rusticum B. X. p. 14. (245) Vide R. DODONAEUS o. c. bl. 1203. (246) Cf. VAN ROHR Godleerende Plantkunde 1764. bl. 286. HOUTTUIN o. c. Dl. II. St. IV. bl. 501. CHALMOT o. c. Dl. IV. bl. 1899. KRAUSS, Afbeelding der Artseny Gewassen by Sepp en Zoon Dl. II. bl. 3. HELMUTH o. c. S. 571. pluresque alii. (247) Vide HOUTTUIN o. c. Dl. II. St. IV. bl. 502. CHALMOT o. c. l. l. MARTINET, Katechismus der Natuur Dl. III. bl. 386. HELMUTH, o. c. S. 570. (248) Vid. CHAPTAL, Chemie Appliqueé aux arts. Tom. II. p. 98. (249) Cf. S. F. HERMBSTÄDT, Grundrisz der Technologie 1814. S. 474. § 509.

extenſa, vasta incultaque, ad Potasſam parandam; (250) et magna quidem inprimis foret huius plantae utilitas, ſi hoc modo dupliciter uſurpabatur. In analyſi huius plantae ex 5 ℔ acquiſivi tantummodo ℥IIß Potasſae.

Quando hic frutex, qui ſemper deſertis incultisque locis provenit, crematur, ex his incultis ſolis, bona operatione, cinereque per agrum ſpargendo, pulchra arva confici posſunt, (251) cuius rei efficiendae modus praeſertim deſcribitur apud TURBILLIUM, qui hunc in finem fornacem invenit ad Ericam cremandam, quae magnam cum hic uſitatis *Calcareis fornacibus* habet convenientiam, ex cespitibus vero est compoſita: — non tantum apud TURBILLIUM, ſed etiam apud DU HAMELIUM (252) depicta invenitur. De huius operationis proventu atque emolumento SERRURIERIUS (253) ſequentia dicit: „*Zelfs de* „*tegenſtanders van deze bewerking ontkennen niet, dat men op zulk land,* „*drie jaren achtereen, zonder mest, gerst, tarwe en haver met zeer veel* „*voordeel verbouwd heeft.*"

Ericae turiones aptisſimum ac gratisſimum ovibus caprisque administrant alimentum (254), a pecoribus vero paulum vel nunquam devoratur. (§§) Adultiora Ericeta igne conſumere ſolent ruricolae, ita ut, anno peracto, Ericâ tenellâ, ovibus caprisque aptâ, repleantur, (255) quod ſecundum LINNAEUM in *Scania* ſingulis tribus annis locum habet. (*) HESSELGRENIUS dicit, hanc plantam etiam

---

(250) Vide Cl. I. A. UILKENS, Technologisch Handboek 1813. St. II. Hoofdſtuk XI. bl. 171. (251) Cf. DE TURBILLY *Memoir. sur les Defrichemens* Amſt. 1762. IAN HORA SICCAMA, Verſlag wegens het Roppen, zijnde eene nieuwe Kunstbewerking, waardoor de ligtſte en ſchraalſte gronden, etc. 1816. (252) Vide DU HAMEL, Nieuwe wijze van Landbouwen Tab. I. bl. 35. (253) Vide I. F. SERRURIER Boeren Goudmyn 1807. bl. 310. (254) Cff. I. B. VAN ROHR Godleerende Plantkunde Boek III. Hoofdſt. II. bl. 275. PALMAERUS, Ovis. o. c. p. 181. LINNAEUS, Reizen o. c. bl. 477. Flora Oeconomica. o. c. p. 164. HOUTTUIN l. l. MATTUSCHKA, o. c. n°. 276. GUNNER, o. c. n°. 15. MARTINET o. c. Dl. I. bl. 207. HELMUTH, Naturgeſch. Th. VII. S. 571. (§§) Ante 70, et quod excurrit, annos, gravisſima oriebatur ſiccitas, unde ſequebatur magna pabuli penuria. Hac occaſione complures agricolae in *Luſatia ſuperiori* et *inferiori*, uti etiam in *Silesia*, aliisque in regionibus, pecora Erica Vulgar. alere coeperunt. Primo momento non valde expetebatur, tandem vero gratisſimum iis evadebat alimentum: — affirmant, hoc nutrimentum feliciter ſucceſſisſe atque emolumento fuisſe. — Cum igitur temporibus penuriae ex hac planta in pecoribus alendis tantum emolumenti acceptum fuerit, ita etiam aliis temporibus adhiberi posſet et quidem praeſertim locis, ubi parum foeni graminisve; magna contra Ericae invenitur quantitas. Cf. I. B. VAN ROHR, Godleerende Plantkunde Boek III Hoofdſt. II. bl. 275. (255) Vid. PALMAERUS, o. c. l. l. LINNAEUS, l. l. (*) *Mongoli* eandem methodum ſequuntur, quod ad

ab equis vorari, a fuibus vero recufari (256); *Cervi Tarandi* in *Alpibus* aeftate, fecundum HOFFBERGIUM, hanc plantam recufant, aeque ac *Sues*, neque eam ufurpant. (257)

Haec planta Apibus omnium vegetabilium gratisfima utilisfimaque haberi potest, mel enim eis copiofisfime fuppeditat. (258) DODONAEUS tamen dicit, mel ab Apibus hoc ex Frutice exhaustum, non tam bonum gratumque fapore esfe, quam quod aliis ex plantis colligitur, (259) KOPSIUSQUE etiam dicit, de *Erica Tetralice* agens, mel, ex *Erica Vulgari* exhaustum, luteum, ac fyrupo analogum esfe, neque tam bonum, quam aliis ex plantis. (260) LINNAEUS l. l. praeterea testatur, iis in locis, ubi multum Ericae invenitur, mel luteum, ubi illa deëst, mel plane album evadere. Cl. PARMENTIERIUS (*Mittel dem Zucker zu ergänzen S.* 66.) remedium invenit, quod ingratum mellis faporem luteumque colorem exftinguit.

Cera, ab Apibus hac ex planta collecta, maioris certe momenti, et, fecundum BECKMANNUM, (261) melior est, quam, quae aliis ex plantis colligitur.

Haec planta etiam congregatur, ac ovibus caprisque fubfternitur, etiam magnam ad copiam collocatur in aëribus ftabulorum pecorum, quia hinc ficciores evadunt, indeque fimeta multum capiunt augmenti. (262)

Scoti Montani ex Erica compacta, radicibus deorfum verfis, mollisfimos fanosque parant lectos (263), quod etiam a DODONAEO o. c. bl. 1204. iam narratur. HOUTTUINIUS, (264) CHALMOTIUS (265) et KRAUSSIUS (266)

---

gramen, ibi, uti videtur, perlongum, pertinet; comburunt enim autumno, experti, id non tantum primo vere, fed praeterea etiam optimum et luxuriofum fuis pecoribus dare gramen. Vide Dr. IOHN BELL, Reifen van Petersburg door verfcheidene en wel de voornaamfte Gewesten van Afia 1786. Dl. I. Drk. II. bl. 34. (256) Vide HESSELGREN, o. c. p. 246. (257) Cf. C. F. HOFFBERG, Cervus Tarandus in LINNAEI Amoen. Academiae Vol. IV. p. 150, 151. (258) Cff. HOUTTUIN l. l. LINNAEUS, Flor. Suecica. p. 112. n°. 309. CHALMOT, l. l. IOLYCLERC o. c. Tom. II. p. 22. MARTINET Katechismus der Natuur. Dl. III. bl. 387. HELMUTH, o. c. Th. VII. S. 570. § 338. (259) Vide DODONAEUS, l. l. (260) Cf. Clarisf. I. KOPS, Flora Batava Dl. I. Pl. VIII. (261) Vide BECKMAN, o. c. S. 241. § 1. (262) Cf. Flora Oeconom. o. c. p. 164. HELMUTH o. c. l. l. (263) Cf. Brieven uit Noord Schotland, behelzende een berigt omtrent de Hoog-Landen en de Levenswijze der Bergfchotten, uit het Engelsch vert. Dl. II. bl. 135. Brief XXIII. Flora Oeconomica l. l. (264) Vide HOUTTUIN, o. c. Dl. II. St. IV. bl. 502. (265) Vid. CHALMOT, l. l. (266) KRAUSS, l. l. . .

narrant praeterea, nonnullis in locis, *Culcitas* hac repleri ad dormiendum per-aptas, KRAUSSIUSQUE addit praefertim eas infervire pueris *Rachitide* laborantibus. Hi fcriptores etiam narrant, Scotiae incolas Ericam, cum ftramine permixtam, cum argilla condepfere et hinc domorum parietes conficere. (267)

Modus, quo Erica exftirpatur, defcribitur apud LINNAEUM (268); et apud KNOXIUM (269) modum explicatum invenimus, quo in *Scotia* Ericeta exftirpantur indeque prata efficiuntur, qui modus optimus mihi esfe videtur.

Quando confideramus, hanc plantam, fecundum BERGERUM, (270) folum arenofum praefertim amare, non mirum nobis videri potest, eam a BERKHEIO (271) laudari contra disfipationes arenae mobilis.

A *Drenthiae* incolis huius plantae cinis, cum pane, e fecali confecto, tosto mixtus, tanquam *pulvis dentifritius* ufurpatur. Memini, alicubi me legisfe, huius plantae folia ramosque tenellos *Theae* loco ufurpari posfe.

Chemici, inopia infufi Gallarum, huius plantae infufum ad Ferrum detegendum adhibere posfunt, propter adftringentem qualitatem.

Hisce paucis, huius plantae ufum Oeconomicum, in genere, breviter vidimus; qui vero de hoc peculiari incolarum Drenthiae ufu plura fcire cupit, adeat praeclarum nostratem TONKENSIUM. (272)

In *Medicina* haec planta non est in ufu, licet prioribus temporibus ufurparetur, quod inprimis videre est apud DODONAEUM.

---

(267) Cf. hac de re etiam HELMUTH's Naturgefchichte Th. VII. S. 571. (268) Vid. LINNAEUS Reizen, etc. o. c. bl. 146. (269) Vide Voyage d'Ecosse par KNOX Tom. II. p. 341. (270) Vid. BERGER, o. c. S. 221. (271) VAN BERKHEY o. c. bl. 13. (272) Vid. Tegenwoordige ftaat van het Landfchap Drenthe; 1fte Stuk.

XI.

SORBUS AUCUPARIA.

Cl. XII.

Icosandria Trigynia.

Planta Pomacea.

RADIX est Rhizomatoïdea, lignosa, integra, ramosa, perpendicularis, fibrosa, solidissima, nonnunquam sobolem emittens.

CORMUS, Truncus, arboreus, ramosus, stipulatus, deliquescens, prolifer, sparsus, retroflexus, flexilis, tenax, erectus, aphyllus, (ramis vero foliosis) inermis, fructificans; teres, solidus, lignosus; lignum est valde durum, compactum; rubicundum; cortice aspero et pallido obductum.

Stipulae 2, oblongae, rectae, integerrimae, dilatatae.

FOLIUM, oppositum, pinnatum, utrinque glabrum, compositum, petiolatum, remotum, pinnatum cum impari, foliolis, oppositis, decrescentibus, oblongis, serratis, conduplicatis, mollibus, sessilibus, nervosis, nervis ad marginem tendentibus, prasini coloris, saporisque styptici.

Petiolus, communis, subteres, eglandulosus, sericeus, laevis, subrubri coloris.

INFLORESCENTIA, Cymosa, axillaris, rara, squamosa, pedunculata.

Pedunculus, teres, laevis, eglandulosus, subpubescens, ramosus.

Squamae, 3, circiter alternae, laterales, ovatae, compressae, rigidae, subtomentosae, petiolares.

FLOS, simplex, hermaphroditus, albi coloris.

CALYX, Perianthium, monophyllum, concavo-patens, quinquefidum, persistens.

COROLLA, pentapetala, subrotunda, concava, calyci inserta.

STAMINA, Filamenta viginti, subulata, aequalia, a superiore parte revoluta, calyci inserta.

Antherae, subrotundae, connatae.
PISTILLUM, Germen, inferum, sessile.
Styli, tres, subulati, filiformes, erecti, terminales.
Stigmata, capitata, revoluta, multifida.
FRUCTUS, Bacca, infera, mollis, globosa, subrotunda, umbilicata, trisperma; rubra.
Semina, tria, oblongiuscula, distincta, cartilaginea.
BASIS, Receptaculum, proprium, planum, carnosum; subglutinosum.

Pulchra haecce arbuscula per totam pene nostram patriam crescit in desertis, umbrosis; nemorosis, declivibus, incultis, locisque arenosis, et invenitur plurimum in Silvis. In Provincia Groningana copiose occurrit ad pagos *Pekel-A*, *Wildervank*, *Veendam*, *Annerveensche - Compagnie*, *Kropswolde*, prope *Harender - Molen*, *Helpen*, in *Michelhorst*, *Eelde*, *Peise*, *Roderwolde*, locisque adiacentibus. Floret plurimum *Maio* et *Iunio*.

Varia nomina Belgice obtinuit a prioribus inde temporibus, praecipua tamen sunt sequentia: HAVER-ELZEN, HAVER-ELS, LYSTERBESSEN, QUALSTER-BOOM, SORBE-BOOM, LYSTERBEZIEN-BOOM, SORBUS, SPREEBOOM, SPREEUWBESIENBOOM, QUETZE BRYEN-BOOM etc. quod nomen ultimum; secundum D. DE GORTER, (273) praesertim quidem apud Groninganos, est in usu, licet nunquam iis in regionibus nomen hocce audiverim. Flores, qui grato gaudent odore, praesertim ab Apibus expetuntur. Folia et ramuli huius arboris a bovibus, equis, ovibus, suibus caprisque lubentissime vorantur (274), *Castorique* gratissimum etiam sunt alimentum.

Lignum est durum, solidum, tenax, subalbum, interdum lineis nigris marmoratum et aptissimum politu; non vero tam bonum est, quam *Sorbi Domesticae*. Omnes ob has dictas proprietates multum adhibetur ab *Tornatoribus* et *Scriniariis*, et hunc in finem alio ligno anteponendum atque praeferendum est. (275) Valde idoneum est ad conficienda talia instrumenta, quae magno

---

(273) Vide D. DE GORTER Flora VII. Provinc. etc. o. c. p. 134. n°. 423. (274) Vid. HESSELGREN o. c. p. 249. (275) Cff. Flora Oeconomica p. 367. IOB BASTER in Holl. Maatsch. van Wetenschappen te Haarlem Dl. XIX. St. I. bl. 183. HOUTTUIN o. c. Dl. II. St. II. bl. 600. BOHMER o. c. T. I. S. 101. BERGER o. c. S. 439. HELMUTH Naturgeschichte o. c. Th. VIII. S. 179. —

submittuntur attritui, uti, praela, cochleas, rotas molares, rotarum radios taliaque; porro adhibetur, propter tenacitatem et soliditatem, ad temones, mensas, manubria fistularum tabacinarum, manubriaque cultrorum conficienda.

Secundum GLEDITSCHIUM o. c. BAUTSCHIUM o. c. BERGERUM o. c. ramuli, folia et baccae inmaturae, emolumenti causa, in corio parando usurpantur. POPPIUS o. c. S. 402. § 7. etiam dicit, hanc plantam in corio parando adhiberi posse, solummodo tamen mentionem facit de cortice. DAMBOURNEYUS o. c. varia instituit experimenta, ad praeparandas ex hac arbore materias tinctorias, aut potius, examinavit, an cum emolumento in officinis tinctoriis adhiberi posset haec planta: — experimenta vero instituta eius spem plane fefellerunt. Narratur tamen, per hanc arborem, lanas, pulchrum, durabilem nigrumque acquirere colorem, pulchriorem adhuc, quam aliis cum materiis tinctoriis fieri potest; (276) cuius rei efficiendae modus l. l. etiam exponitur. Praeclarus nostras atque doctissimus BASTERUS l. l. sequentia hac de re dicit: „*doch de voornaamste reden, waarom ik deezen Boom aanrade te plan-*„*ten, is, omdat men volgens de Heer* UBLANDER (277) *met dezelve op* „*wollen stoffen een duurzamer, schoonder en zachter zwart verft, als tot* „*nog toe van eenige andere verfstoffen bekend is. En dat er een groot on-*„*derscheid tusschen zwart en zwart is weeten die geenen, welke de Utrecht-*„*sche zwart geverfde lakens van den Heer* REMEES FLORIS ELIN *boven an-*„*deren aanprijzen.*" Ex arboris huius baccis siccatis et ad pulverem redactis, nonnullis in regionibus, quaedam panis species (sanum praebens nutrimentum) fingitur. (278) Baccae molitae nutrimento esse possunt suibus: — gallinis etiam in cibo sunt. (279) *Turdi, Perdices Rusticae* pluresque aliae aves ea loca praesertim amant, ubi hae arbores crescunt, quia baccae gratum iis praebent alimentum: hanc etiam ob causam baccae ab aucupibus ad aves capiendas magnopere adhibentur. (280)

---

(276) Vid. Recueil des Memoires les plus interessantes de Chimie, contenues dans les Actes D'UPSAL, 1764. Vol. II. (277) Vid. Acta Upsaliensia. 1753. Tom. XV. (278) Cff. BRYANT, Verz. von Nahrhafte Pflanzen. Th. II. S. 282. HIORTH Plantae Esculentae o. c. p. 80, 98. HELMUTH's Naturgeschichte Th. VIII. S. 179. (279) Vide Flora Oeconomica o. c. p. 367. (280) Cff. DODONAEUS o. c. bl. 1307. PH. MILLER o. c. bl. 818. Flor. Oeconomica l. l.

DODONAEI tempore iam notum fuit, *Pirum* in hanc Sorbum Aucupariam aptissime inseri posse, quod etiam a PONTINO (281) confirmatur: — *Pinus* huic arbori etiam inseri potest, quod in *Suecia* valde usitatum videtur. Cuique certe notum est, ex huius arboris baccis, quando rite tractantur, spiritum destillari posse, (282) qui optimus est ac gratissimus. BECKMANNUS narrat, XII ℔ baccarum ei III ℔ Spiritus, bonae notae, praebuisse. (283) Quando baccae, congelatae sunt, multo maiorem dant spiritus quantitatem, quam alioquin, quae res explicatum habet haud difficilem: — per congelationem, aeque ac mala, fermentationem saccharinam subeunt ac dulces fiunt aptioresque evadunt ad spiritum destillandum. Secundum ACKENII experimenta et observationes ex I *Doliolo* baccarum non congelatarum II ℔ tantummodo acquirimus, cum ex 1 Doliolo congelatarum Baccarum ℔ VI optimi Spiritus nanoiscimur. (284)

HERMBSTÄDTIUS l. l. etiam ex dolio, baccis congelatis repleto, XXXVIII ℔ spiritus vini destillationis ope, acquisivit; ex eadem quantitate baccarum, gelu non affectarum, e contrario tantummodo XII ℔ spir. In *Sibiria* aqua fervida baccis infunditur, addito pauco fermenti, ad fermentationem incitandam: — post fermentationem vinosam spiritum destillant, spiritu frumenti gratiorem et fortiorem, et hanc ob causam in *Livonia* hae baccae cum secali permiscentur ad magnam in fermentatione atque destillatione spiritus quantitatem acquirendam, uti a PALLADE (285) narratur. Non mirum nobis eveniat, destillationem grati spiritus inventam fuisse ex his baccis, cum etiam ex *Pinu Sylvestri*, adhuc parva, a *Iudaeis*, *Prussiae* fines incolentibus, gratus destil-

---

HOUTTUIN o. c. Dl. II. St. II. bl. 597. Natur- Kunst und Handl. Lexicon o. c. S. 1945. IOLYCLERC o. c. Tom. IV. p. 496. HELMUTH o. c. Th. VIII. S. 179. Cl. KOPS, l. l. pluresque alii. (281) Vid. D. D. PONTIN, Arboretum Suecicum in LINN. Amoen. Acad. Vol. V. p. 192. (282) Cff. HIORTH o. c. p. 88. Flora Oeconomica o c. p. 367. KASTELEYN Chemische Oefeningen o. c. bl. 110. Hedia Sammling af Rön och Afhandlingerne, vörande Landbruket fan til Konigl. Veteskaps Academ. blifwit ingifne Stockh. 1777. B. II. P. G. BERGIUS in Kongl. Veteskaps Academiens Handlingar Tom. XXXVI. p. 262. KRAUSS o. c. Dl. V. bl. 89. BOHMER o. c. Th. I. S. 481. HERMBSTÄDT, Samml. Practische Ehrfahrungen Th. I. S. 125. HELMUTH Naturgeschichte o. c. Th. VIII. S. 179. (283) Vide I. BECKMANN, Anl. zur Technologie 1802. S. 208, 209. § 16. (284) Cf. KASTELEYN l. l. BOHMER o. c. S. 481. (285) Vide PALLAS, Flora Rossica Tom. I. P. I. p. 65.

letur ſpiritus. (286) Nonnulla etiam cum baccis *Sorbi aucupariae* inſtitui experimenta, ad destillandum ſpiritum, nunquam vero, ope destillationis, eam acquirere potui Spiritus quantitatem, quae a citatis auctoribus recenſetur. Ex X ℔ Baccarum congelatarum acquiſivi tantummodo ℔ II, 12°; experientia vero me docuit, congelationem multum valere quod ad ſpiritus quantitatem.

Doct. CARLOWITZIUS (286*) dicit, quando vere cortex huius arboris inciſione laeditur, aquam vel ſuccum ex vulnere ſtillare, qui in coquenda cereviſia magno cum emolumento adhiberi potest.

Ex baccarum ſucco, ſapida praeparatur *Cidera*, uti confirmatur ab HIORTHIO (287) ALANDRO (288) et HOUTTUINIO (289); IOLYCLERCIUSQUE l. l. addit meliorem eam esſe ac ſapidiorem, quam quae ex malis praeparatur.

Cortex exſiccatus et comminutus pro pabulo bovibus equisque porrigitur in Norlandia atque Suecia; (290) idem etiam ſcriptor narrat, Rusticos nodoſos ſuos baculos ex huius arboris ramis, dum adhuc crescunt, arte ſibi praeparare. IOLYCLERCIUS l. l. nonnullos credere narrat, hominem animalve a cane rabido morſum atque iam ſanatum, ſub umbra huius arboris postea ſedentem, denuo Hydrophobiae ſymptomatibus affici atque, inſanum fieri. (291)

BERGERUS (292) dicit, hanc arborem pulchrae ſtaturae, pulchrarumque baccarum cauſa, in ambulationibus ſpatiisque plantari. Quia hocce arbusculum rite creſcit locis humidis, deſertis, tam umbroſis, quam apricis atque incultis, ubi nulla alia arbor creſcit, cumque raro, aut potius nunquam ab inſectis laedatur, maximi certe esſet momenti, talibus in locis, culturae eius prodesſe, eamque inſtituere, et quidem praeſertim iis in regionibus, ubi avium invitatio non nocere vel damnum proferre posſet. Baccae maturae acido gaudent odore atque acido ingrato farinoſo ſapore. (293) Sunt adſtringentes, diureticae et purgantes. Commendantur in *Haemorrhagia, Haemorrhoïdibus*; et ſuccus recenter expresſus contra *Haemorrhagias Uteri.* (294) Secundum eundem ſcrip-

---

(286) Vid. BOCKS, Naturgeſchichte von Preuszen B. III. S. 221. (286*) Vid. CARLOWITZ, Anweiſung zur wilden Baumzucht, Theil II, Cap. III. S. 206. (287) Vid. HIORTH, o. c. p. 88. (288) Vide O. R. ALANDER, Inebriantia in LINN. Amoen. Acad. Vol. VI. p. 186. (289) HOUTTUIN l. l. (290) Cf. Flora Oeconomica p. 367. (291) Cf. hac de re etiam DODONAEUS atque MUNTINGIUS, l. l. (292) Vide F. C. BERGER, l. c. (293) Vid. KRAUSS, l. c. LINNAEUS Mater. Medica p. 151. n°. 352. (294) Vide KRAUSS l. l.

torem X baccae quotidie consumtae in calculo renali optimum esse remedium. (295) Conserva sive Rob, quae, prioribus temporibus, ex his praeparabatur, contra *Ischuriam* atque *Strangurіam* inservit. (296) Contra *Scorbutum* succus in *Anglia* usurpatur. FABREGOUS (297) narrat, baccas, in prunorum Syrupo coctas, contra ventriculi morbos inservire. Iam vero nihil huius plantae in *Medicina* (saltem nostra in patria) adhibetur. (298)

XII.

GEUM URBANUM.

Cl. XII.

Icosandria Polygynia.

Planta Senticosa.

RADIX est Rhizomatoïdea, sublignosa, fibrosa, integra, fusiformis, perpendicularis, externe brunnei aut potius fusci, sed intus rubri coloris atque recens odore et sapore aromatico, subcaryophyllaceo praedita.

CORMUS, Caulis, ramosus, multiflorus, deliquescens, prolifer, sparsus, retroflexus, rigidus, tenax, adscendens, prostratus, foliosus, inermis, fructificans, teres, herbaceus, fistulosus, subinanis, laevis, muricatus.

FOLIUM, lyratum, caulinum, interrupto-pinnatum, pinna ultima trilobata, subpubescens, venoso-nervosum, supradecompositum, petiolatum, reclinatum, foliis inferioribus quinatis, superioribus vero ternatis, pinnae ultimae lobi subrotundi, crinati: pinnulae aliae subrotundae; —

(295) Vid. etiam MURRAY, Apparat. Medicamentorum Vol. III. p. 203—205. DÖBEL in Oekonomische Nachrichten Th. VII. S. 845, 852. (296) Cf. HENNICKE in Nova Acta Physico-Medica Academiae Caesareae Leopoldino-Carolinae Naturae Curiosorum Ao. 1761. Tom. II. p. 215. (297) Vid. FABREGOU o. c. Tom. VI. p. 220. (298) Qui plura de huius arboris utilitate scire cupit, adeat Annal. der Oekon. Gesellschaft zu Potsdam, Th. II. Part. III. S. 15. —

Petiolus, canaliculatus, eglandulofus, fubpubefcens, compresfus, opacus.

INFLORESCENTIA irregularis atque non definienda.

Pedunculus, folitarius, uniflorus, teres, fubpilofus, laevis, prafini coloris.

FLOS, fimplex, hermaphroditus.

CALYX, Perianthium, monophyllum, decemfidum, laciniae inaequales, erectiusculum, perfiftens: laciniis alternis, minimis, acutis, deflexis.

COROLLA, pentapetala, (fed rarisf. hexapetala,) rotundata: unguibus longitudine calycis, cui inferta, fed inaequalibus.

Antherae, breves, latiusculae, obtufae, liberae, verfatiles, incumbentes.

PISTILLUM, Germina numerofa, in capitulum collecta, fesfilia, fupera.

Styli, lateri germinis inferti, pilofi, longi, terminales, fubincurvi.

Stigmata, fimplicia, acuta.

FRUCTUS, Semina numerofa, barbata, compresfa; aristata, arista plerumque geniculata, hispida, coloris flavo-virentis.

BASIS, Receptaculum commune, femi oblongum, hirfutum, calyci reflexo impofitum, ficcum.

Floret *Iunio*, crefcit altitudine duorum pedum circiter, pertinetque ad plantas perennes.

Occurrit plurimum in locis umbrofis ac nemorofis, et ad fepes. Copiofe invenitur in *Sterrebosch* prope *Groningam*, inter portas, quae dicuntur *Heere*- et *Der A-Poort*, *onder de Boomtjes*, in *Mickelhorst*, in urbis moenibus inter *Ebbinge*- et *Steentil-Poort*, fimilibusque pluribus locis.

Diverfa acquifivit nomina in patria nostra; ufitatisfima vero funt fequentia: — GEMEEN NAGELKRUID, GEZEEGEND NAGELKRUID, GEMEENE NAGELWORTEL, et GEZEEGEND KRUID.

Haec planta ab equis, bovibus, ovibus, caprisque editur, ovibus praefertim grato est alimento. Flores huius plantae magnopere expetunt apes, iisque in deliciis funt.

Secundum illustr. BRUGMANSIUM, (299) menfibus *Iunio* et *Iulio* in radice huius plantae infecta inveniuntur, quae ficcata et trita, *Coccionellae* colorem praebent: dicit enim: — „*Contemplemini autem menfibus Iunio et Iulio antiquos*

(299) Vide S. I. BRUGMANS, Oratio Aditial. de Accurat. Plantar. Indigenar. notitia maxime commendanda. p. 39.

„*horum nunc neglectorum stolones, quae siccata fiunt, imo fiunt trituratio-*
„*ne Coccifera. Ex hisce pigmentum forte habebitur, et res est omnino*
„*indagine digna, desideratissimum, quod elegantia, et cum veterum purpu-*
„*ra et cum hodiernorum Coccionella, certare possit.*" Saepe, et variis in locis, radicem huius plantae diligenter examinavi, sed nunquam talia insecta (aut potius *Coccum Polonicum*) inveni; facile fieri potest, terrae speciem, coeli clima, vel in genere potentias externas hac in re magnum habere effectum. Folia huius plantae recentia atque tenella, secundum GATTENHOFF, (300) tanquam acetaria adhiberi possunt.

Radix fissa, siccata, cerevisiae addita, eam *Caryophylli* odore imbuit et ab acescentia praeservat (301), hunc tamen in finem, verno tempore, antequam caules erumpunt, colligi debet. KNOOPIUS dicit, radicem etiam multum adhiberi, ad vinum grato odore imbuendum, quae vina, sic praeparata, multum bibuntur vere inter coenam. (302) Hunc in finem radices sumuntur ac in sacco ligantur, postea in dolio, cerevisia vinove repleto, deponuntur. Experientia docuit cerevisiam, tali modo tractatam, per totam aestatem, imo etiam per plures annos, conservari posse.

Experimenta DAMBOURNEYANA docent, totam plantam lanam, cum *Bismutho* praeparatam, fusco, castaneo colore tingere posse; (303) secundum eundem etiam scriptorem l. c., e radice ruber et violaceus color extrahi potest.

GLEDITSCHIUS narrat, hanc plantam peraptam esse, ad corium parandum, (304) quod a BERGERO, (305) pluribusque aliis confirmatur (306): — principia adstringentia huius plantae valde convenire videntur cum iis, quae

(300) Cf. GATTENHOFF cit. apud Cl. KOPSIUM Dl. I. pl. XLVI. Confer. etiam HELMUTH Naturgeschichte Th. VIII. S. 223. (301) Cff. Flora Oeconomica o. c. p. 369. HIORTH o. c. p. 90. LINNAEUS, Flora Suecica p. 179. Schwed. Akadem. Abhandlung B. II. S. 42. Genees- Nat.- en Huishoudkundig Kabinet Dl. III. bl. 552. Acta Natur. Curiosor. Vol. V. p. 303. HELMUTH o. c. Th. VIII. S. 223. Clar. KOPS, l. l. (302) Vide I. H. KNOOP, de beknopte Huishoudelijke Hovenier bl. 369, 370. (303) Cf. DAMBOURNEY o. c. S. 63. (304) Cf. BÖHMER o. c. Th. II. S. 414. (305) Vid. BERGER, o. c. S. 192. (306) Cff. Clariss. VAN GEUNS, in Holl. Maatsch. van Wetensch. Dl. XXVI. bl. 287. DURANDE, Mem. sur les plantes adstringentes indigênes: in Nouv. Memoir. de l'Academie de Dyon An. 1783. p. 85. — Cl. I. KOPS, in Flora Batava Pl. XLVI.

in *Cort. Querc.* adsunt, quare non mirum est; hac in operatione, *Cort. Querc.* loco, adhiberi et tanquam succedaneum laudari.

Radices, siccatae, acetoque conspersae, vestibus inferuntur, ad eas praeservandas contra *Tineam*, cum praeterea gratum etiam assumant odorem. (307) Haec radix vere saepe colligitur, siccatur, et hieme cum carne miscetur, quod, nonnullis in locis in Provincia Groningana, in usu est. Radix, cum aqua vel spiritu vini mixta atque digesta, hos liquores purpureo inficit colore, tritaque in pulverem subrubrum transit (308), quare nonnunquam in Tinct. Aromaticis adhibetur.

Haec planta, vel tantummodo radix, ad incitantia, nervina atque adstringentia pertinet, et in morbis, ubi talia medicamenta adhibenda sunt, cum fructu adhiberi potest. Saepe praescribitur in febribus asthenicis atque intermittentibus, et eventus docet, talibus in morbis maximi esse momenti.

WOYTIUS dicit, radicem partes genitales, tam virorum, quam foeminarum corroborare atque stimulare, impregnationique prodesse. (309)

Nonnulli, secundum DODONAEUM o. c. bl. 200, radicem secum portabant, credentes, se tunc non a pestilentia affecturos iri.

Varia, accurataque experimenta docent, hanc radicem *Corticem Peruvianum* antiseptica qualitate antecellere. (310) Radix herbaque amarae sunt, adstringentes, acidae, radixque vere collecta *Caryophyllorum* gaudet odore. Radices haberi possunt remedia, ventriculum quam maxime corroborantia, et quidem praesertim, quando vino rubro digeruntur, (311) quando valdopere commendandae sunt iis, quibus organa digestionis debilia sunt. CRANZIUS recentium foliorum infusum probat, tanquam Sudoriferum, in Podagricis affectionibus, et usum totius plantae externum, contra ulcera Scorbutica, fistulasque. (312) HELMUTHIUS Th. VIII. S. 225. dicit, optimum esse remedium in laxitate gingivarum. LÖSEKIUS (313) dicit, hanc plantam egregium esse remedium in Co-

(307) Vide DODONAEUS o. c. bl. 199. (308) Vide Nat. Gen. en Huishoudk. Kabinet Dl. III bl. 551. (309) Vid. I. I. WOYT, Schatkamer der Genees- en Natuurkunde 1766. bl. 142. (310) Vide Chr. KOPS, l. l. (311) Cf. HOUTTUIN, o. c. Dl. II. St. IX. bl. 73. CHALMOT o. c. Dl. VII. bl. 5084. Nat. Kunst und Handl. Lexicon. o. c. S. 432. KRAUSS o. c. Dl. III. bl. 17. Cl. RICHTER Specielle Therapie Th. II. S. 692. (312) Vid. CRANTZ Mat. Med. et Chirurg. p. 101. (313) Cf. LÖSEKE Mat. Med. Ed. II. p. 360.

licis doloribus. LINNAEUS, in Mater. Medic. p. 158, huic plantae pellentem sudoriferamque adscribit vim, quare eam laudat in variolis, etiam contra dysenteriam, quod a SCOPOLI (314) confirmatur, dicente: „*triginta et quadraginta grana pulverisatae radicis in Dysenteriis, sub finem data plurimis profuerunt.*"

Doct. BUCHHAVE usum huius plantae radicis quam maxime laudat in Tussi convulsiva infantum et quidem praesertim quando Conserv. forma adhibetur. (315)

Iuxta eundem Auctorem ob corroborantem qualitatem radix magnopere inservit in febribus intermittentibus, (316) quod etiam comprobatur experimentis a Cl. THOMASSEN à THUESSINK (317) institutis. Haec radix etiam inservit contra foeminarum fluorem album, et in genere contra omnes morbos ex debilitate vera ortos. (318) In libro, cui titulus est: Nat.-Gen. en Huishoudkundig Kabinet, huius plantae usus variis in morbis ostenditur D. III, bl. 552—595.

In huius plantae usu medico ante oculos tamen est ponendum, eam in solo sicco colligi debere. (319)

---

(314) Vid. SCOPOLI Flora Carniolica p. 571. (315) Vid. BUCHHAVE, Observat. circa Rad. Gei Urbani etc. pag. 160. sqq. (316) Cff. hac de re etiam HOUTTUIN, o. c. l. l. LINNAEUS, Mat. Med. l. l. Genees.- Nat.- en Huishoudk. Kabinet. l. l. VOLTELEN Pharmac. p. 277. HUFLAND Iournal. Tom. XXIV. part. IV. S. 153. Tom. XXI. part. III. S 81. pluresque alii. (317) Vide Cl. E. I. à THOM. à THUESSINK, Waarnemingen omtrent de ziekten van het Nosocom. Clinicum, An 1798 et 1799. bl. 80. (318) Cf. SCOPOLI l. l. Cl. KOPS l. l. (319) Vid. Pharmacop. Batava.

XIII.

NYMPHAEA LUTEA.

Cl. XIII.

Polyandria Monogynia.

Planta Succulenta.

RADIX est Rhizomatoïdea; subcarnosa, longa, crassa, fusiformis, obliqua, fibrosa, fungosa, laevis, in cortice nodos habens, foris ex fusco flavens, intus pallida, succum viscosum albi coloris continens.

CORMUS, Caulis, simplicissimus, crassus, fungosus, teres, rubicundus, tener, rigidus, carnosus, loculosus, enodosus, succulentus, inermis, fructificans, glaber, laevis.

FOLIUM cordatum, integerrimum; lobis approximatis, simplex, coriaceum, carnosum, obtecto venosum, nutans, emersum, magnum, amplum, crassum, fungosum, petiolatum, glabrum, laeve, concolor, pruinosum.

Petiolus, canaliculatus, eglandulosus, compressus, semiteres, glaber, laevis, spongiosus, longus.

PEDUNCULUS, teres, spongiosus, carnosus, crassus, glaber, laevis, prasini coloris.

FLOS Rosaceus, simplex, hermaphroditus.

CALYX, Perianthium, inferum, 4 — vel 5 — phyllum, petalis longius, persistens, magnum, quinquefissum, laeve, glabrum, supra coloratum.

COROLLA polypetala, (saepe quindecim aut viginti) germinis lateri insidentia, serie plus quam simplici, coloris lutei.

STAMINA, Filamenta, numerosa, et plura quam petala, (septuaginta vel octoginta et quatuor saepe) plana, curva, obtusa, brevia, libera, aequalia atque lutea.

Antherae, magnae, erectae, oblongae, filamentorum margini adnatae, lineares.

PISTILLUM, Germen, ovatum, magnum, sessile, superum.

Stylus nullus.

Stigma orbiculatum, planum, peltato-sessile, radiis notatum, margine crenatum, persistens.

FRUCTUS, Bacca, dura, ovata, multilocularis, loculis polyspermis (plerumque 10—15) carnosa, rudis, collo angustata, apice coronata, pulpa plena, truncata, stigmate radiato, plana.

Semina, plurima, subrotunda, compressa.

BASIS, Receptaculum, carnosum, proprium, planum, viscosum.

Crescit in aquis stagnantibus, in fluviis, fluminibus et canalibus per totam Belgiam. Pagi *Veendam*, *Pekel-A*, et *Wildervank* praeprimis his plantis copiose instructi sunt. Invenitur etiam in fluviusculo *de Aha* prope *Winschoten*, in aquis prope *Harkstede*, *Slochteren*, Groningae prope *Papier-Molen* et in *het Hornsche Diep*. Floret *Iunio* et *Iulio*, pertinetque ad plantas perennes. Belgae hanc plantam vocârunt: GEELE PLOMPEN, PANNEKOEKEN, POMPEBLOEM, WATERROOS, MEIR-BLAD, POMPEBLAD, GEELE POMPEBLOEMEN etc.

HESSELGRENIUS dicit, illam a suibus caprisque, non vero ab equis, bovibus atque ovibus edi, (320) quod a MATTUSCHKA (321) confirmatur: obloquuntur tamen ei HALLERUS et SUCKOWUS, (322) cum dicant, radicem foliaque egregium pecoribus praebere alimentum. *Sues*, secundum nonnullos auctores, e radicibus foliisque, aeque ac e glandibus, pinguefiunt. (323)

SCOPOLI narrat, hanc plantam copiosissime habitare in *Lacu Zirchnisensi*, rusticosque eam, *Iulio* mense potissimum, colligere, ut hieme pecoribus pabulo inserviat. (324)

Radix, lacti immersa, *gryllos domesticos* et *tineas* necat. (325) Apud Clariss.

---

(320) Vide HESSELGREN, o. c. p. 249. (321) Cf. MATTUSCHKA, Flora Norvegica o. c. n°. 379. (322) Cir. apud KOPSIUM Dl. I. P. LXVI. Cf. etiam HELMUTH, Naturgesch. Th. VIII. S. 167. (323) Cf. Flora Oeconomica o. c. p. 369. MATTUSCHKA, l. c. HELMUTH, Th. VII. S. 167. Cl. KOPS, l. c. (324) Vide I. A. SCOPOLI, Flora Carniolica 1760. p. 315. (325) Cf. Flora Oeconomica l. l. MATTUSCHKA l. l. HELMUTH, l. l.

KOPSIUM l. l. invenimus, insulanos in *Suecia* radices, tanquam cibo; uti, et, secundum LEONHARDI (326) narrationem, in *Aegypto* ex huius plantae semine panis pinsitur. LOUREIRO narrat, *Sinensium* cibum praesertim ex huius plantae semine et radice consistere. (327) Secundum FAVRODIUM, in *Francia* conati sunt, panem ex huius plantae radice fingere, quem non insalubrem esse postea apparuit. (328) BOHMERUS (329) dicit, solummodo radicem, GLEDITSCHIUS vero o. c. BECKMANNUSQUE o. c. S. 193. dicunt, totam plantam in corio praeparando usurpari. Folia aquam reddunt pacatam, piscesque fovere creduntur. (330)

Secundum HOUTTUINIUM, (331) *Turci* ex hac planta interdum *Sorbetum* parant.

Haec planta praeprimis confert ad Atmosphaerae purificationem, quia permultum *Gaz Oxygenii* exhalat vel producit, uti variis experimentis manifeste vidi; hanc ob causam, in *Nosocomiis* et *Carceribus*, ubi aër saepe inquinatus est atque impurus, apte poni poterat.

Succus sive decoctum huius plantae solutionem ferri, aeque ac *Tinct. Gallar.* nigro tingit colore, quam ob causam, ad ferri praesentiam detegendam, adhiberi posset.

Secundum BERKHEYUM, Nat. Hist. van Holland Dl. II. bl. 491. multum adfert ad Uliginis ortum haec planta.

Huius plantae semen *Anatibus* cibo inservit, dum etiam aliis ab avibus aquaticis editur. Tempore belli, durante imperio NAPOLEONTIS, atque interrupto commercio, semen huius plantae, coffeae loco, a multis usurpabatur; et revera, coffeae penuria, optime, tanquam succedaneum, adhiberi potest.

Secundum DODONAEUM, (332) huius plantae radix inservit contra *impudicitiam*, et hanc ob causam a *Sacerdotibus Anachoretisque in Aegypto* multum usurpabatur, ne hac in calida regione impudicis cogitationibus nimis vexarentur aut afficerentur. *Pedunculi* secundum LINNAEUM l. l. aestate multum crudi

---

(326) Vid. LEONHARDI, Naturgeschichte B. II. S. 1245. (327) Cf. LOUREIRO, Flora Conchinch. S. 417. (328) Cit. apud KOPSIUM l. l. (329) BÖHMER, o. c. Th. II. S. 420. (330) Flor. Oeconomica, l. c. (331) Vid. HOUTTUIN, o. c. Dl. II. St. IX. bl. 111. Cf. etiam HELMUTH o. c. l. c. (332) Vid. REMBERTUS DODONAEUS, o. c. bl. 929.

eduntur; *Aegyptii* etiam, secundum eundem, ex hac planta ſyrupum conficiunt ſomniferum.

Radix ſemenque in *pollutionibus nocturnis* et in foeminarum *fluore albo* laudantur. (333)

Dodonaeus l. l. radicem etiam laudat in *Diarrhaea*, atque, ſecundum eundem, foliorum ſuccus inſervit contra lentigines.

Houttuinius dicit, folia pedibus applicata, contra *Cephalalgiam* inſervire: — idem ſcriptor ea etiam laudat in *Haemorrhagiis*. — Iam vero folia in *Medicina* non ſunt in uſu, ſed apud Doct. du mont de courset (334) radicem tamen laudatam invenimus, tanquam *refrigerantem*, *reficientem*, et *diureticam*.

Millerus dicit, eam interdum in *piscinis* ornamenti cauſa plantari, quem in finem nonnulla ſemina in eas conliciuntur, quando tempore verno prodibunt. (335)

Odor florum aliquantum ſomniferus est; radix est aliquantum amara, atque adſtringenti ſapore, porro reſinoſa et mucilaginoſa, quas proprietates folia etiam poſſident.

In Patria nostra, fere nunquam, nec in Medicina, nec in Oeconomia, adhibetur, quare nobis non magni est momenti.

---

(333) Cf. dodonaeus, l. l. houttuin, l. l. (334) Vide du mont de courset, Le Botaniste Cultivateur. 1811. Tom. II. p. 368. (335) Vid. philip miller, o. c. bl. 614.

XIV.

SINAPIS ARVENSIS.

Cl. XV.

Tetradynamia Siliquosa.

Planta Siliquosa.

RADIX est Rhizomatoïdea, lignosa, ramosa, fibrosa, fragilis, integra, fusiformis, alba.

CORMUS, Caulis, ramosissimus, saepe deliquescens, teres, debilis, patens, sparsus, retroflexus, rigidus, fragilis, foliosus, scabrosus, fructificans, herbaceus, teres, maculis rubicundis saepe notatus.

FOLIUM, lanceolato-linearium, remotum, obiter dentatum, glabrum, passim scabrum, reticulato-venosum, opacum, laeve, patens, pinnatifidum, laciniatum, inaequaliter serratum, saepe sessile atque semiamplexicaule, nonnunquam coloratum.

INFLORESCENTIA, non definienda atque irregularis.

Pedunculus, uniflorus, scapiformis, e caule sarmentoso oriundus, interfoliaceus, teres, laevis, pubescens.

FLOS, simplex, hermaphroditus.

CALYX, Perianthium, tetraphyllum, subluteum, patens: foliolis, linearibus, concavo-canaliculatis, cruciformi-patentibus, deciduis.

COROLLA, tetrapetala, cruciformis: *Petala*, subrotunda, plana, patentia, integra: *Unguibus*, erectis, linearibus, longitudine vix calycis insidentia.

NECTARIUM, Glandulae nectariferae, quatuor, ovatae: quarum una utrinque inter stamen brevius et pistillum, et una utrinque inter stamina longiora calycem posita.

STAMINA Filamenta, sex, subulata, libera, erecta, horum duo opposita longitudine calycis, quatuor vero longiora receptaculo imposita.

Antherae, erecto-patentes, acuminatae, liberae.

PISTILLUM, Germen, teres, ſuperum.

Stylus, longitudine germinis, altitudine ſtaminum, ſubulatus.

Stigma, capitatum, integrum, obtuſum.

FRUCTUS, Pericarpium, ſiliquum, oblongum, gibbum interne toroſum, turgidum, ſcabrum, biloculare, 2—valve; valvulis dehiscendo rectiusculis: disſepimento valvulis duplo ſaepius longiore, prominente, enſiformi, magno, compreſſo;

Semina, plura, globoſa, parva, coloris nigri, oleoque adimpleta.

BASIS, Receptaculum, proprium, ſubgloboſum, ſiccum.

Copioſisſime crescit in agris, inter *ſegetes* et *rapas* atque vias; ubique in noſtra Belgia. Multum occurrit in locis argilloſis, uti prope *Lopperſum*, *Kantens*, *Middelſtum*, *Warffum*, *Baſlo*, *Eenrum*, *Vierhuizen*, *Krodde-boeren* etc. qui pagus ultimus ab hac planta nomen accepisſe videtur. Floret a *Iunio* ad *Septembrem*, estque planta annua.

Nomina, quae in patria noſtra obtinuit haec planta, ſunt: HERIK, HERK, HERIK MOSTAARD, et KRODDE; ultimum vero nomen praeſertim in Provincia *Groningana* est in uſu.

In *Scania*, hac planta, tanquam cibo, multum utuntur pauperes (336) et valde huic rei apta est: — ipſe enim eâ, cum butyro, ſale ac pipere praeparatâ, uſus ſum; ſapor tamen aliquantum acer est, quando vero coquitur cum lacte, acritas haec adimitur. Pecoribus etiam haec planta gratum est alimentum, atque a bovibus, ovibus, capris, ſuibus, et quidem praeſertim ab equis devoratur (337): — boves ovesque multum lactis dant, quando hac planta aluntur; quod tamen lac valde aquoſum est et parvam cremoris quantitatem producit: — cavendum vero est, ne equi hac planta nimium utantur, et praeſertim ei, qui quotidie laborant, quia parvas, ſive potius nullas dat vires, uti in omnibus vegetabilibus ſucculentis obtinet. (338) Haec planta a BRUGMANSIO (339) inter inutiles in pratis recenſetur.

---

(336) Cff. HIORTH o. c. p. 91. L. F. GMELIN, Abhandlung v. d. Arten des Unkrauts auf den Aeckeren, in Schwaben 1779. S. 154. HELMUTH, Naturgeſchichte Th. VIII. S. 319. (337) Vid. HESSELGREN o. c. p. 253. MATTUSCHKA, o. c. n°. 502. GMELIN l. c. HELMUTH, o. c. l. l. (338) Vide T. PILGUER, Veterinair Wisſenſchaft, B. I. S. 944. (339) Vid. S. I. BRUGMANS, Disſert. ad Quaestionem: Quaenam ſunt plantae inutiles etc.?

Flores Apibus pergrati atque utiles ſunt, quia multum mellis praebent. (340) Secundum DODONAEUM, a nonnullis huius plantae folia, quando adhuc tenuia atque tenera ſunt, acetariis inmiſcentur, et ſic eduntur. (341) Oves ſcabioſae continuo ſolummodo huius plantae uſu ſanari posſunt, uti mihi narravit peritus agricola.

Huius plantae ſemen, *Sinapis Nigrae* loco, uſurpari potest, uti a MATTUSCHKA l. l. narratur. — Semen multum olei continet et hanc ob cauſam in oleo faciendo vel fabricando cum fructu adhiberi potest (342); eandem etiam ob cauſam, ſemen ab agricolis accurate a frumento (cui valde nocet) ſeparatur, et ſic *Olearii* venditur, quod multum valet. Haec planta ſaepe, tam copioſe in agris ſponte provenit, ut hic ſertam esſe facile credas, cum nihil frumenti videre posſis: — praeſertim in avena provenit. BOHMERUS l. l. dicit, hanc plantam in *Germania* coli, ad oleum ex ſemine faciendum. Oleum tamen, hoc ex ſemine ortum, cito rancidum fit atque ingratum. (*) Secundum BOHMERUM, plus olei ex ſemine huius plantae acquirimus, quam ex *Brasſica Napo*. Illustr. Chemicus SPIELMANNUS l. l. probat, quantitatem olei tertiam ponderis partem continere: — HELMUTH, l. l. etiam dicit, XXX ℔ ſeminis huius plantae X ℔ olei dare.

ZAHNIUS etiam hac de re nonnulla experimenta inſtituit, narratque, ſe ex libris duabus ſeminis, in frigida expresſione, uncias duas olei, lutei coloris, ac ſaporis pari, acquiſiviſſe, dein, in calida expresſione, uncias ſex olei ſubviridis. (343) Oleum huius ſeminis egregium est remedium, ad bovium, equorum oviumque etc. pediculos pellendos, et hac in re prae aliis ſeligendum est.

---

(340) Cf. GMELIN, l. l. HELMUTH Th. VIII. S. 319. Ultimus horum auctorum dicit, etiam magnam copiam cerae apibus praebere. (341) Vide DODONAEUM, o. c. bl. 1107. (342) Cff. LINNAEUS, Reizen etc. o. c. bl. 365. BECKMANN. o. c. S. 241. § 1. S. 227. I. H. M. POPPE o. c. S. 91. § 3. DU MONT DE COURSET, o. c. Tom. IV. p. 384. GMELIN, l. l. SPIELMANN. Institution. Chem. p. 202. ZAHN, in Pfingstens Magazin. B. II. S. 159. BOHMER o. c. Th. I. S. 670. HELMUTH, o. c. Th. VIII. S. 320. Cl. KOPS Flora Batava. Dl. II. Bl. CXLVII. (*) Saepe hoc vitium, quantum fieri potest, adimere expertus ſum, et ſequentem modum inveni. — Oleum aliquoties fortiter quasſatur cum arena marina, dein filtratur per filtrum tali arena repletum, ſiquè dolio, in quo postea ſervabitur, aliquot carbonum partes (ex lign. Frangul. paratae) ponuntur. Oleum, hoc modo tractatum, pellucidum fit et diu ad uſum ſervari potest. (343) Vid. Pfingstens Magazin. B. II. S. 159. —

Quando hoc ſemen cum frumento in Molendinis molitur atque haec farina ad panem conficiendum uſurpatur, panis amarum ingratumque acquirit ſaporem. — Secundum LINNAEUM, o. c. bl. 168, in *Gothia* in uſu videtur eſſe, ſemen frumento, quod ad panem faciendum uſurpabitur, immiſcere, qui tamen panis, uti mihi videtur, non grati est ſaporis.

Huius ſeminis manipulus, quaque vice equorum boviumque pabulo inſperſus, aptisſimus est; agricolaeque affirmant, ſi id quaque vice repetitur, boves multo facilius foetum procreare.

Columbis et *Perdicibus* hoc ſemen, hieme, egregium gratumque praebet nutrimentum.

KOPSIUS l. l. narrat, 1 *Iugerum*, interdum XXVII *Modios* huius ſeminis dare: — et hinc conficere posſumus, rusticum damnum, ab hac planta frumento ſuo illatum, per hoc ſemen restituere poſſe, vendendo nempe id Oleareo. Modus, quo oleum ex hoc ſemine paratur, a POPPIO l. l. § 5 — traditur.

Tantam licet praebeat utilitatem in Oeconomia haec planta, certum tamen est, eam habendam eſſe pro pesſima herba in agris, atque ab agricolis, quantum fieri potest, ſarriri debere, licet id perdifficile ſit.

Ab illustr. PONSIO (344) remedia allata ſunt, ad hanc malam herbam, optimo facillimoque modo, ſarriendam, quae aptisſima eſſe videntur: — unus vero, e praecipuis nostris agricolis, mihi narravit, optimum huius herbae eruendae modum eſſe eruncationem, quae per aliquot vices repeti debet in aeſtate, et quidem praeſertim, quando planta floret: hic modus in ſeptentrionali *Provinciae Groninganae* parte pasſim est in uſu.

Aliquot experimenta inſtitui, ad detegendam Potasſae quantitatem, quam acquirere posſumus per combustionem atque elixivationem, hac ex planta. Eventus me docuit, 50 ℔ ſiccatarum ac florentium plantarum, in combustione, 8 ℔ et 2 unc. cineris dare et hunc cinerem ℥ VIII et ʒIIß Potasſae. Doct. STORR (345) ex 1 ℔ huius plantae, combustionis ope, tantummodo VI gr. Alcali acquiſivit.

---

(344) Vide BONSE, in Verhandelingen van de Maatſchappij van Landbouw te Amſterd. Dl. XIV. St. I. (345) Vid. STORR, von CRELL's Neuest. Entdeckung. B. V. S. 254. Cf. etiam IOHN Chemiſche Tabellen in Fol. S. 69.

Haec planta acri, aromatico, gaudet ſapore et bono ſucceſſu contra *Scorbutum* conſumi poteſt. Semini huius plantae eaedem adſcribuntur vires, ac *Sinapi Nigrae*.

Iam haec planta in Medicina non est in uſu; prioribus vero temporibus, permultum uſurpata est, quod videri poteſt apud DODONAEUM l. l. pluresque alios veteres Botanicos atque Medicos.

XV.

SPARTIUM SCOPARIUM.

Cl. XVII.

Diadelphia Decandria.

Planta Papilionacea.

RADIX, est Rhizomatoïdea, duriſſima; tenaciſſima; lignoſa; ramoſa; integra, laevis, fuſiformis, perpendicularis, flavi coloris.

CORMUS, Truncus, fruticoſus, lignoſus, ramoſiſſimus, deliqueſcens, prolifer, erectus, ſparſus, ab infima parte plerumque pollicis craſſitiei, virgatus, retroflexus, flexilis, tenaciſſimus, folioſus, inermis, fructificans, pentagonus, enodus, fibroſus, inanis, cortice aspero et ſtricto obductus; rami ſulcati, ramuli ſtriati, inermes, denuo ramoſi.

FOLIUM, compoſitum, ternatum ſolitariumque, oblongum, lineare, ovatum, acuminatum, ciliatum, venoſum, enervium, petiolatum, planum, remotum, ſolutum, hirſutum; ſtriatum, e ſquama bacteïformi natum, praſini coloris.

Petiolus, angulatus, hirſutus, eglanduloſus, opacus.

PEDUNCULUS, uniflorus, ſolitarius, ſcapiformis, alaris, interfoliaceus, ſubrotundus.

FLOS, ſimplex, hermaphroditus, nutans.

CALYX, Perianthium, monophyllum, deorſum productum, cordato-tubulatum, ventricoſum, hirſutum: labio ſuperiore, bidentatum, profundius diviſum; labio inferiore tridentatum; ſummo margine brevisſimum, interne verſus apicem quinque denticulis notatum, coloratum, parvum.

COROLLA, Papilionacea, pentapetala, flavi coloris. *Vexillum* oblongum; totum reflexum, a carina remotum, maximum. *Alae*, ovatae, oblongae, vexillo breviores, filamentis annexae, laxae.

Carina, quibusdam pendula, dipetala, lanceolata, oblonga, alis atque vexillo longior, margine carinali villis convexo, filamentis inſerta.

STAMINA, Filamenta, decem, connata, germini adhaerentia, inaequalia, ſenſim longiora: ſuperius brevisſimum: inferius novemfidum.

Antherae, oblongiusculae, liberae, muticae.

PISTILLUM, Germen, oblongum, hirſutum.

Stylus, ſubulatus, asſurgens, rectus.

Stigma, ſuperiori lateri apicis adnatum, longitudinale, ſupra villoſum, oblongum.

FRUCTUS, *Pericarpium*, legumen, oblongum, cylindraceum, pubeſcens, ſericeum, mono-aut poly-ſpermum, obtuſum, turgidum, uniloculare, bivalve.

Semina, plura, ſolitaria, globoſo-reniformia, aliquantulum compresſa, ſubfusci coloris.

BASIS, Receptaculum, proprium, excavatum, ſiccum.

Pertinet inter Frutices; in locis arenoſis aridisque et circa *Dunas*, per totam fere Belgiam, copioſe ac ſponte crescens; occurrit altitudine 5 vel 6 pedum. In Provincia *Groningana* inprimis invenitur circa *Onnen*, in *Ericeto* prope *Harender-Molen*, prope *Helpen*, in *Mickelhorst*, *Kropswolde*, locisque adiacentibus. Floret menſibus *Maio* et *Iunio*.

Haec planta fruticoſa Belgis dicitur: GEWONE BREM, KAPPERS, BREM, BREMKAPPERS, GEMEENE BREM, etc.

Haec planta pecoribus pernoxia haberi poteſt; (346) *Lepores* vero, aliaeque ferae, ramulos tenellos lubenter edunt, iisque alliciuntur. (347) Flores ab Apibus ſaepe examinantur, iisque perſalubres ſunt (348), quare, ſecundum DODONAEUM, haec planta in *Italia* ad alvearia plantatur.

---

(346) Vide BRUGMANS, l. l. (347) Cf. MATTUSCHKA, o. c. n°. 517. (348) Cf. EHRHART, cit. apud Cl. KOPSIUM, o. c. Dl. I. Pl. XXXIX.

Huius plantae semen ovibus egregium est pabulum hibernum, uti affirmat DAUBENTONUS, (349) maturumque a ramis decuti, atque in stragulis sive velamentis colligi debet.

Infusum huius plantae erucas tineasque necat, quando arbores, plantaeve, iis refertae, hoc sparguntur aut irrigantur. (350) Semen permultum olei, ovium scabiem dementis, dat. (351)

Flores, nonnullis in regionibus, tanquam Acetaria adhibentur, uti narratur a LÖBELIO, (352) quodque confirmat DODONAEUS. (353) Flosculi, iam ab antiquissimis inde temporibus, muria et aceto conditi, *Capparidum* loco, acetariis inserviebant. (354) GORTERUS, in Flora Belgica p. 189. n°. 591. id seminibus adscribit: dicit enim hoc in loco „*Semina a nostratibus condiuntur, et loco Capparidum acetariis inserviunt.*"

Semen colligi, aduri, et sic, Coffeae loco, usurpari potest. (355) Secundum celeberrimi itineratoris KALMII (356) narrationem, complures cerevisiae coctores in *Anglia*, in cerevisia coquenda, *Humuli* loco, hanc plantam adhibent, et sic cerevisia fortissima fit, hominesque cito inebriat, titubantesque reddit; hoc a Cl. SUCKOWO (357) confirmatur. Hic frutex valde aptus est, ad ignem alendum in foco, alius ligni turforumve inopia. (358)

Ramuli saepe etiam ad scopos conficiendos inserviunt, (359) IOLYCLERCIUSQUE affirmat, hunc in finem, *Fabricam* in *Gallia* exsistere.

Ramuli tenelli, aqua macerati, multum etiam in *Vineis* adhibentur, ad ramos devincendos, quod DODONAEUS l. l. ac IOLYCLERCIUS l. l. narrant.

Ramuli tenelli etiam, stramenti loco, pecoribus substernuntur, cum ita egregium atque copiosum dent fimentum. (360) IOLYCLERCIUS l. l. affirmat,

---

(349) Vide DAUBENTON in Verhand. van de Maatschappij van Landbouw Dl. VIII. bl. 67. (350) Vide Neues Hamburger Magazin. B. XVII. (351) Cf. Cl. KOPS, l. c. (352) Vid. LÖBEL, Kruidboek, bl. 104. (353) DODONAEUS, o. c. bl. 1194. (354) Cff. DODONAEUS l. l. HIORTH o. c. p. 92. KRAUSS, o. c. Dl. III. bl. 89. FABREGOU, o. c. Tom. IV. p. 229. KNOOP, Hovenier, o. c. bl. 359, 366. LÖBEL o. c. l. l. Cl. KOPS, l. l. Amoen. Academ. LINNAEI, Tom. III. p. 92. Königl Schwed. Abhandlung Th. VI. S. 278. (355) Vid. SCHREBER cit. apud Cl. KOPSIUM. atque etiam IOURDAN in Diction. des Sciences Medicales Tom. XVIII. pag. 69. An. 1817. (356) Cf. KALM's Reise etc. B. I. S. 210. (357) Cit. apud KOPSIUM l. l. (358) Vide IOLYCLERC, o. c. Tom. III. p. 23. (359) Vid. DODONAEUS l. c. IOLYCLERC l. c. DU HAMEL von Baumen, o. c. LINKE Naturgeschichte etc. B. II. S. 159. (360) Cf. IOLYCLERC, o. c. Tom. III. p. 23. Cl. I. KOPS, l. l.

hunc fruticem variis in Provinciis *Galliae* in solis arenosis, aridis sterilibusque seri, adultumque in agro comburi, cineremque per agros conspergi, qui hinc aptissimi fiunt ad frumentum colendum.

Extremâ cortice sive epidermide a ramulis separata, ex his ramulis, scrutis non additis, optima solidaque parari potest charta scriptoria. (361)

A BERKHEIO MEERBURGIOQUE haec planta recensetur inter eas, quae bono cum successu contra glareae dissipationes possunt adhiberi. (362)

Huic frutici solidum, firmum est condensumque lignum, quod fuscum flammeumque est, adque tornandum aptissimum. (363) DAMBOURNEYUS dicit, hunc fruticem, loco apto positum, saepe X pedum altitudinem, et VI vel VII digitorum circuitum acquirère; ligni medulla subfusco-rubra est et ligni *Campeschini* colori similis. (364) BOHMERUS o. c. Th. II. S. 294. observat, tempore meridiano, quando sol maximam acquisivit altitudinem, hunc fruticem non habere lignum rubrum.

DAMBOURNEYUS cum hoc ligno, a cortice et alburno separato, varia instituit experimenta, ad id aptum reddendum arti tinctoriae; quae experimenta, si omnia enumerare vellem, terminos, quos mihi praescripsi, nimis excederem: — sequentia tantummodo hac de re notabo. — Hoc lignum aqua coctum eam purpureo inficit colore, lanaeque cum *Bismutho* praeparatae in ea aqua, rubrum durabilem colorem (*vigogne farbe*) acquirunt; cum ea etiam coeruleae et subfuscae tingi possunt. (365) Rami siccati sine floribus, cum aqua cocti, luteum subfuscum praebent liquorem vel decoctum, quod, variis admixtis materiis, varios etiam adsumit colores, eosque cum panno lanisque communicat: (366) ad rubro colore inficiendum, secundum SUCKOWUM, tum maxime aptus est, quando lanae pannive cum *Sulphate Ferri* praeparati sunt. BORKHAUSENIUS, s. 86. affirmat, corticem pulchrum fuscum colorem cum lanis pannisve communicare. POPPIUS o. c. s. 456, § 1. dicit, ramulos, praesertim tenellos, huius fruticis, bono cum successu, adhiberi posse, ad lanam,

(361) Vide BÖHMER Techn. Gesch. der Pflanzen o. c. Th. II. S. 474. (362) Cf. VAN BERKHEY, in o. c. l. l. N. VAN MEERBURG in Holl. Maatsch. van Wetensch. te Haarlem Dl. XIX. St. II. bl. 55. (363) Vid BÖHMER, o. c. Th. I. S. 188. (364) Cf. DAMBOURNEY, o. c. S. 168. — (365) Vide DAMBOURNEY, l. l. (366) Cf. SUCKOW, Versuche uber die benutzung etc. o. c. Theil III. Seite 131.

gosſypium; pannum, ſericumque viridi, rubro fuscoque colore tingendum. Flores, ad varias materias tingendas adhiberi posſunt, uti affirmat BASTERUS o. c. bl. 191. BÖHMERUS etiam l. l. dicit, hos flores cum urina coctos, materias coerulei coloris, praſino inficere colore. Secundum MATTUSCHKAM l. l. et BÖHMERUM l. l. ex huius plantae floribus pulchrum luteum confici potest pigmentum, pictoribus utilisſimum. (367) BÖHMERUS dicit, floribus cum *Alcohole* digestis, atque hoc *Alcohole* dein evaporato, luteam, ſolidam acquiri masſam, quae porro ſolis calore ſiccata, nitida fit, vernicioque ſimilis videtur. Haec masſa in aqua ſolubilis est, ac chartam pulchro ochraceo tingit colore.

Huius plantae corticem in corio praeparando aeque bene inſervire posſe ac *Corticem Quernam*, ab omnibus ſcriptoribus una voce confirmatur (368): — multum id in uſu esſe videtur in *Anglia*, ſecundum LA LANDE, perdiuque hic magnum tanquam arcanum ſervatum manſit, dein vero in *Francia* etiam innotuit, atque univerſe introductum fuit. Modum huius rei efficiendae apud LA LANDE, WHISTLINGIUM BÖHMERUMQUE deſcriptum invenimus. KERNERUS, (369) POPPIUS (370) et BECKMANNUS (371) etiam confirmant, hanc plantam in officinis coriariorum egregie inſervire, eamque hanc ob cauſam laudant.

DODONAEUS dicit, *Spartii* ſuccum pediculos (quibus nonnulli homines interdum vexantur) necare et hunc in finem multum uſurpari.

Haec planta etiam, ad *Potasſam* praeparandam uſurpari potest, quia in combustione atque elixivatione inſignem dat Alcali quantitatem: — praeclarus Chemicus Francicus CHAPTALIUS o. c. l. l. ex X ℔ huius plantae cineris ℔ II ℥ V Alcali puri acquiſivit. Mihi etiam in animo fuit, hac de re nonnulla inſtituere experimenta, iamque certam huius plantae quantitatem colligi curaveram: tempus vero impedivit, quo minus conſilium meum perfice-

(367) Cf. hac de re etiam IOURDAN, in Diction. des Sciences Medicales 1817. Tom. XVIII. p. 70. (368) Cff. BAUTSCH o. c. S. 89. C. G. WHISTLING's ökonomiſche Pflanzenkunde etc. Leipzig 1806. B. III. S. 336. LA LANDE, Lohgerberkunst. S. 88. HALLER, Histor. Stirp. Helvet. Tom. I. N°. 354. BERGER, o. c. S. 190. SCHREBERS, Sammlungen cit. apud Cl. KOPSIUM l. l. Göttingiſche Anzeigen 1755. S. 1304. BÖHMER, o. c. Th. II. S. 417. Neues Hamburger Magazin Th. XVII. S. 183. (369) Vid. KERNER, ökon. Pflanzenk. S. 246, § 277. (370) Vide POPPE o. c. S. 401. § 7. (371) Vid. BECKMANN, o. c. S. 285, § 6.

rem: certo tamen credo, hanc plantam post *Tanacetum Vulgare* inter nostratia vegetabilia maximam praebere Alcali quantitatem.

Ex ramis eodem modo ac *Cannabis* tractatis, funes, linteamina pannique parari posſunt, quemadmodum *Piſani* experimentis ſuis didicerunt. (372) Prioribus iam temporibus id notum fuiſſe videtur, cum iam a DODONAEO notetur. (373) Ramuli in *Piſa*, Etruriae urbe, colliguntur atque in ſolo ſiccantur, tunc vero per 3 vel 4 dies in fonte aquae calidae deponuntur: — haec fons *Bagno ad aqua* vocatur et 8° REAUM. calorem habet. Postquam ramuli macerati atque emolliti ſunt, aeque ac Cannabis, deteruntur atque partes lignoſae ſeparantur a partibus fibroſis atque filiformibus, ut ſic ad uſus varios aptae reddantur. Pannus hac ex planta paratus, Piſanis *Carmignolae* nomine notus est. Secundum BRUGMANSIUM et IOLYCLERCIUM, funes pannique ex hac planta parati optimi ſunt, conſilioque egregie inſervientes: — ultimus ſcriptor hac de re dicit: „*On tire de ce Genêt par le rouissage une filasse propre a faire des* „*cordes; si on choisit les jeunes branches, le fil en est plus fin que celui du* „*chanvre, il sert aut mêmes usages, que les autres fils, et il a de plus* „*qu'eux, la proprieté de prendre parfaitement le teinture.*". Linteamina tamen ex Spartio nostro confecta, atque menſe *Iunio* ann. 1763. *Academ. Reg. Scientiarum* oſtenſa, quidem bona videbantur, ſed fila uſitata adhuc valde erant craſſa atque aspera. (374) Pars fibroſa huius plantae praebet porro funes, ſaccos, tomentum ad ſupplendos v. c. pulvillos ſedium, taliaque, quae omnia certe magni ſunt in Oeconomia momenti. (375)

Oleum, ex huius fruticis ſemine paratum, ſecundum DODONAEUM l. l. optime adhiberi potest contra lentigines. Licet DU MONT DE COURSET o. c. dicat, hanc fruticem ſaepe ornamenti cauſa in hortis coli, KOPSIUS tamen l. l.

---

(372) Cf. Memoires de l'Academie Royal des Sciences 1763. p. 97. IOLYCLERC o. c. l. l. VALMONT DE BOMARE *Algemeen Beredeneerd Woordenboek*, in voce *Brem*, IOB BASTER o. c. l. l. Iournal Oeconomique Novembre 1756. S. I. BRUGMANS, Oratio etc. o. c. p. 40. BÖHMER, o. c. S. 533. IOURDAN in Dictionnaire des Sciences Medicales Tom. XVIII. p. 70. An. 1817. (373) Vid. R. DODONAEUS, o. c. bl. 1194. (374) Cf. etiam IORUDAN in Dict. de Sciences Medic. o. c. l. l. (375) Cf. Histoire de l'Academ. Royal. des Sciences 1763. o. c. l. l. HALLER o. c. l. l. BASTER o. c. l. l. VAN GEUNS Hollandſche Maatſchappij van Wetenſchappen, Dl. XXVI. bl. 270.

dicit, id non ſuadendum eſſe, quia radix valde ſoboleſcit, ſolumque fertilitate ſua privat.

Ramuli foliaque huius plantae amaro, ingrato, adſtringentique gaudent ſapore, flores contra, hanc proprietatem non poſſident, gratumque habent odorem.

Secundum IOLYCLBRCIUM flores purgante gaudent vi, et DODONAEUS l. l. dicit, ſemina emeticam habere proprietatem. Celeberrimus MEADIUS (376) decocto ſummitatum huius plantae atque ſeminibus *Sinapi*, magno cum ſucceſſu, in *Hydrope* uſus fuit. Uſus erat, I cochlearis ſeminis Sinapi atque ½ ℔ infuſ. vel decoct. huius plantae quaque vice. Succus, ſi ramuli tenelli exprimi poſſunt, purgat egregie et non raro vomitum excitat, ſi copioſe adhibetur. (377) Pertinet inter praeſtantiora noſtra medicamenta, *Diuretica*, *Aperientia*, atque *Hydropica*, quod fuſius videatur apud IORDANUM, MURRAIUM (378) pluresque alios. Ante aliquod temporis ſpatium, infuſum vel pulvis huius *Spartii* quam maxime laudatum est in violentiſſimo illo morbo *Hydrophobiâ* vel *Rabie Caninâ* dicto. (379) Varia experimenta a Doct. MAROCHETTI, Chirurgo in Noſocomio *Moscovienſi* anno 1813 et 1818 hac de re ſunt inſtituta, quorum eventus erat ſanatio. Applicandi modus atque agendi ratio fuſius explicantur atque docentur apud cit. auctores: — nimis extenſa atque complicata ſunt horum ſcriptorum dicta, quam ut hic omnia recenſerem. (§§)

Quod ad hodiernum huius plantae in *Medicina* uſum attinet, parvi ſive potius nullius fere est momenti, licet recepta est in *Pharmacopoea* noſtra *Batava*, antea vero permultae ei adſcribebantur vires proprietatesque, quibus apud Medicos valde uſitata erat, quaé omnia apud DODONAEUM fuſe tractata invenimus. Pro remedio domeſtico decoctum, cereviſia paratum, crebro inſervit.

---

(376) Vid. MEAD, Monita et Praecepta Med. p. 77. (377) Cf. IORDAN Dict. des Sciences Medical. o. c. l. l. (378) Vid. IORDAN l. l. MURRAY Apparatus Medicamentorum Tom .II. pag. 327 et 361. (379) Vid. MAROCHETTI in Petersburg. Vermischt. Abhandlungen aus dem geb. der Heilkunde 1821. cit. apud Cl. RUST, Magazin fur die geſammte Heilkunde Bd. VI. St. I. S. 71. — (§§) *Haec omnia in lingua nostra Belgica communicavit Cl. nostras* VAN DER BREGGEN *in* Vaderlandſche Letteroefeningen voor 1821. N°. XV. Mengelwerk. bl. 703. — *postea etiam receptum atque communicatum fuit in* Provinciale Groninger Courant 1822. N°. XXV. Dingsdag den 26 Maart. *Uſus huius plantae hoc in morbo certe maximi est momenti et hac in re omnium doctorum virorum attentionem atque examinationem quam maxime meretur.*

Ex his omnibus vidimus, hunc fruticem, qua fere omnino non utuntur in Provincia Groningana, in Oeconomia extensissimae esse utilitatis: — recte igitur dicit Cl. nostras KOPSIUS. „*De Plant verdient, om alle deeze nuttigheden op schrale gronden, te worden aangekweekt.*"

XVI.

LEONTODON TARAXACUM.

Cl. XIX.

Syngenesia Aequalis.

Planta Composita.

RADIX, est Rhizomatoïdea, fusiformis, carnosa, perpendicularis, simplex, integra, laevis, brunnei coloris, lacteo succo repleta, atque intus alba.

FOLIUM, simplex, runcinatum, glabrum, acutum, oblongum, reticulato-venosum, dentatum, opacum, radicale, laeve, membranaceum, fasciculatum, patens, sessile.

PEDUNCULUS, uniflorus, radicalis, solitarius, teres, fistulosus, intrafoliaceus, laevis, nitidus, glaber, per maturitatem violacei coloris.

FLOS, compositus, semiflosculosus.

CALYX, Anthodium, polyphyllum, aequale, duplex cylindricum, subimbricatum, persistens, sulcatum.

Foliola, acuta, lanceolata, quorum anthodii interioris patentia, exterioris vero reclinata atque brevissima sunt.

COROLLA, monopetala, truncata, ligulata, stylo longior, lutei coloris.

STAMINA, Filamenta, quinque, libera, capillaria, brevissima, conniventia, aequalia, corollae imposita.

Antherae, parvae, connatae, tubulosae, muticae, cylindraceae.

PISTILLUM Germen, 1, subovatum, sessile, inferum.

Stylus, 1, capillaris, rectus, filiformis, terminalis, marcefcèns, longior staminibus.

Stigma, acutum, bifidum, reflexum aut revolutum.

FRUCTUS, Semina, plurima, linearia, oblonga, libera, fcabra a fuperiore parte, ferruginei coloris.

Pappus, ftipatus, perfistens, uniformis, plumofus, omnibus fimul fumtis globi fpeciem formantibus.

BASIS, Receptaculum, nudum, fpongiofum, fubglobofum, ficcum.

Per totam *Belgiam* copiofisfime crefcit ubique in viis, pratis, pascuis ac verfuris; floret pene per totam aeftatem ab *Aprili* ad *Augustum*, pertinetque inter plantas perennes.

Cum haec planta tam copiofe per Patriam nostram disperfa fit, et tantopere omnibus in illius regionibus proveniat, diverfa etiam acquifivit nomina, praecipua vero funt fequentia: HONDSBLOEM, KANKERBLOEM, PIS IN 'T BED, KAARSIES, PAPENSTOELEN, HONDETONG, GEMEENE PAARDEBLOEM, MOLSALADE, PAAPENKRUID etc.

Magna huius plantae utilitas in Oeconomia tam hominum, quam aliorum animantium talis est, ut cogitanti Naturae fcrutatori *Dei Optimi Maximi* benignitatem ab omni parte perfpicuam reddat; quae omnia paucis videbimus. Apes multum mellis ceraeque e floribus congregant, qui iis maxime funt momenti, praefertim veris initio, quando pauci alii flores adfunt. (380) Secundum eosdem fcriptores, haec planta pecoribus grata est, praefertim ovibus; addit vero Cl. MATTUSCHKAM, falubrem esfe equis asthmaticis. HESSELGRENIUS (381) et IOLYCLERCIUS (382) affirmant oves, boves, caprasque eam confumere, equos vero eam recufare. *Sues* praefertim amant huius plantae radicem, quae iis egregium ac falubre praebent alimentum. (383) *Marmotae* praefertim huius plantae folia devorare amant, cum 24 horarum fpatio plus eorum comedant, quam ipforum continet pondus.

Folia, dum fefe explicant et adhuc albida funt, verno tempore lecta, vel tanquam acetaria, vel cocta et cum butyro, fale et pipere praeparata,

---

(380) Cff. MATTUSCHKA, Flora Silefiaca o. c. n°. 564. HELMUTH, Naturgefchichte Bd. VIII. S. 448. (381) Vide HESSELGREN, o. c. p. 255. (382) Vid. IOLYCLERC, o. c. Tom. II. 350. (383) Cff. I. LINDII, *Sus Scrofa*, in LINN. Amoenitat. Academ. Vol. V. p. 463. HELMUTH, o. c. l. l.

Brasficae loco ufurpantur; (384) in iusculis etiam faepe ufurpatur. Omnes in hos fines, haec planta in hortis colitur, uti a KOPSIO l. l. HELMUTHIO l. l. et UILKENSIO (385) narratur: — modus, quo id optime fieri potest, fufe traditur apud Doct. KNOOPIUM, (386) et vero etiam apud HELMUTHIUM l. l. Radices coctae, tanquam faluberrimum aptisfimumque alimentum a Cl. VAN GEUNS (387) laudantur, dum; hunc in finem, ad demendam amaritudinem, aquae fervidae imponuntur, ad macerandum.

Radix confcisfa atque adusta *Cichorii*, imo etiam *Coffeae* loco, adhiberi potest, (388) quod, fecundum Cl. KOPSIUM, praefertim in *Germania* est in ufu. Radix huius plantae etiam cum emolumento ad acetum parandum ufurpari posfet; quia multas continet partes farinofas, ac facile ad fermentationem vinofam tranfit. Cum radix multum etiam materiae faccharinae contineat et fic facile ad fermentationem vinofam deducatur, a BERGIO (389) inter eas recenfita est fubftantias, ex quibus fpiritus vini vel ardens confici potest, quod ab aliis confirmatur. (390)

Flores contufi, fuccoque expresfo, pulchrum luteum dant pigmentum pictoribus et tinctoribus.

Huius plantae fuccus, fecundum DODONAEUM l. l. egregie infervit ad *Verrucas* pellendas.

Quia haec planta omnibus in folis facile crefcit, a BERKHEIO l. l. laudatur contra glareae disfipationes. Fervidis in telluris nostrae regionibus, haec planta virulentis gaudet proprietatibus, uti generatim in omnibus plantis lactefcentibus locum habere videtur. (391) Id autem maiori humorum organifationi

---

(384) Cff. DODONAEUS, o. c. bl. 993. PIERLIN, Macellum olitorium in LINN. Amoen. Academ. Vol. VI. p. 129. HIORTH, o. c. p. 92. H. VON DER BURG, Acetaria, in LINN. Amoen. Academ. Vol. VI. p. 548. Flora Oeconomica, o. c. p. 375. KRAUSS, o. c. Dl. I. pl. 71. HOUTTUIN, o. c. Dl. II. St. X. bl. 389. MARTINET, Katechismus der Natuur Dl. IV. bl. 185. HELMUTH, o. c. Th. VIII. S. 447. Cl. KOPS: o. c. Dl. III. Pl. IX. (385) Vide Cl. L. A. UILKENS, Het nut en voordeel der Infekten, 1816. bl. 8. (386) Vide KNOOP, o. c. bl. 347. (387) Vide VAN GEUNS, in Holl. Maatfch. van Wetenfchappen te Haarlem Dl. XXVI. l. l. (388) Vid. DODONAEUS, l. l. KRAUSS, l. l. MARTINET, l. l. BERGER, o. c. S. 274. HELMUTH, l. l. Cl. KOPS l. l. (389) Vide P. G. BERGIUS, in Kongl. Vetensk. Acad. Handlinger o. c. l. l. (390) Cf. KASTELEYN o. c. Dl. III. bl. 103. BÖHMER o. c. Th. II. S. 481. (391) Vide HOUTTUIN, o. c. Dl. II. St. X. bl. 447.

adſcribendum eſſe credo, quia omnes ſucci nutrientes ſub *Zona Torrida* melius organiſantur, parteſque ſubtiliores atque agentes inprimis magna quantitate producuntur. (392) Solis calorem magnum hac in re habere effectum, manifeste in Patria nostra et quidem praeſertim in hac planta obſervari potest: — Vere nempe aquoſa est, ſaponacea eximia vi praedita diluente, maiori vero ſolis calore ſiccior evadit, agilioribus principiis gaudens amarior farinoſiorque est.

Secundum HALLERUM, huius plantae aqua destillata aliquantum acida est, ſpirituſque herbae fermentatae vinoſo gaudet ſapore et odore. (393) Quodam reſpectu, nostra planta in pratis noxia haberi potest, multas enim pecoribus utiles plantas exſtinguit. (394)

Cl. IOHN in hac planta invenit principium *Caoutchouc* dictum, et quidem magna quantitate; etiam continet principium quoddam reſinoſum et gummoſum, acida libera, *Murias-Phosphas-* et *Sulphas Calcis*, plurimaque principia, quae omnia apud eruditiſſ. IOHN enumerantur. (395)

Cavendum est, ne Extract. huius plantae a Medicis praeſcribatur cum *Tart. Potaſſ.*, quia tunc decompoſitio locum habet; nam Extr. Tarax. ſemper continet certam quantitatem *Acet. Calcis*, quae per *Acid. Tartar.* decomponitur atque in ſtatu Tart. Calcis ad fundum cadit.

Omnes huius plantae partes ſucco lacteo amaro ſunt repletae, qui in manibus fricatus, eas fuſco tingit colore. Tota planta porro amaro gaudet ſapore, multoſque continet ſuccos aquoſos ac ſaponaceos. Toti plantae diluens, aperiens, et diuretica adſcribitur vis, unde maxime laudatur in obſtructionibus atque adeo in infarctu viscerum, in ictero, pleuritide atque hypochondryaſi etc. Quantam praeſtet utilitatem haec planta in ictero, maxime videre est apud 'SGRAEUWENIUM, VAN DE WYNPERSSE, BOSCHIUM, VAN DER WAGT, HOOGEVEENIUM, BECKERUM et ſcriptores ibi citatos. (396) In uſum prae-

---

(392) Cf. I. C. LEUCHS, Verhand. over de aankw. van nuttige Gewasſen in de Natuurk. Verhandel. v. d. Holl. Maatſch. der Wetenſch. te Haarlem 1820. Dl. X. St. II. bl. 16. (393) Vid. HALLER, Helvet. Stirp. Indigenar. Historia Tom. I. p. 24. (394) Cf. Clariſſ. KOPS, Flora Batava l. l. (395) Vid. IOHN, Chem. Unterſuch. Vegetabil. Animal. und Mineral. Korper. B. IV. S. 4. IOHN, Chem. Tabellen der Pflanzen Analyſ. in fol. S. 49. (396) Cf. Eorum Commentationes ad Quaestionem: Welke zijn de bekwaamſte en tevens veiligſte middelen om de Geelzucht etc.? in Servandis Civibus Dl. XII. St. I, II.

fcribi potest, decocti extractive forma; de quantitate vero accuratae definitiones non funt faciendae, quia id noxios effectus non efficit. Prioribus temporibus fuccus recenter expresfus, decoctumve huius plantae in fic dictis *Meidranken* inferviebat. Antea etiam ex hac planta per fermentationem parabatur aqua, *Aquae Taraxaci per fermentationem paratae* nomine infignis; (*) de hac aqua KRAUSSIUS fequentia dicit: — — — „*doch welk laatfte ongelukkiglijk in Holland nog niet genoeg bekend is.*" (397) Illud decoctum huius plantae cum lacte faepisfime pesfimam *Tusfim convulfivam infantum* fanavit, fuccumque expresfum egregium esfe antiscorbuticum, videre est apud Cl. THUESSINK. (398) Radix *Axungiâ Porcinâ* mixta, contra *Scrophulas* externe laudatur. (399) Etiam fuccus adhibetur externe, ad maculas in cornea provenieus demendas, imo etiam tam externe, quam interne in *Amaurofi.* (400) Ob maximam huius plantae vim diureticam infantes vesperi Acetarium (de quo fupra diximus, quodque hic univerfe nomine *Mol-falade* notum est) non confumere debent, quia tunc nocte lectum permingunt. (†) Eandem ob proprietatem haec planta faepe in *Hydropia* applicata est, docuitque experientia, hunc morbum periculofum folummodo per huius plantae ufum vinci. (401)

Haec planta etiam adhibetur in fcabie aliisque morbis cutaneis, imo etiam in morbo, fic dicto, *Lepra.* (402)

Celeberrim. KÄMPF (403) narrat, hanc plantam, optimum esfe remedium refolvens atque corroborans in Clysmatis fuis visceralibus. Prioribus temporibus, huic plantae mirificae adfcribebantur vires proprietatesque, inque

---

(*) Hac de re Cl. DELIUS egregiam fcripfit Commentafionem, in qua etiam dilucide vis refolvens huius plantae ostenditur. Vid. DELIUS Disf. de Taraxaco praecipue aquae eiusdem per fermentationem paratae eximio ufu. Erlang. 1750. (397) Vid. KRAUSS l. l. (398) Vid. E. I. THOM. à THUESSINK Genees en Heelm. uit Kelder en Keuken, in Servand. Civibus Dl. XIII. St. III. bl. 920. (399) Cff. KRAUSS et Cl. KOPS, l. l. etiam a Doct. MALOUIN affirmatur. (400) Cf. Cl. THOM. A THEUSSINK l. l. (†) Cauti procedere debemus in confumendo atque praeparando hocce *Mol-Salade*, quia faepisfime, proh dolor! inquinatum est cum foliis tenellis *Ranunc. Ficar. Vernal.* LINN. et fic non raro vehementisfimos dolores colicos atque fpasmodicos producit. (401) Cff. Recueil par RICHARD, Tom. II. MURRAY, Apparat. Medicam. Vol. I. p. 106. TERNE, o. c. in Servand. Civib. bl. 394. Comment. Med. Tom. VIII. quod etiam a Cl. BOERHAVE et VAN SWIETEN testatur. (402) Cf. THOM. A THUESSSINK, o. c. l. l. (403) Vid. KÄMPF, over de Hypochondrie, bl. 201.

Medicina non minus, quam hodié in uſu erat, quae omnia videri posſunt apud DODONAEUM l. l. Iure igitur dicere audemus, hanc plantam omnium vegetabilium in *Belgia* ſponte creſcentium utilisſimam, praecipuamque eſſe habendam in *Medicina*; quare etiam in Pharmacopaea Batava inter maxime necesſarias plantas refertur. Cl. noster THOM. à THEUSSINK in e. c. bl. 918. hac de re ſequentia dicit: „*Alle Geneesheeren getuigen als uit eenen mond*, „*dat het de voortreffelijkſte van alle inlandſche planten is, en ſtemmen hierin* „*overeen, dat er geene plant is, welke zodanige zeepagtige en oplosſende* „*krachten bezit, en op zulk eene vermogende wijze de chroniſche ziekten ge-* „*neest, en de hardnekkigſte verſtoppingen oplost als deze.*"

XVII.

HIERACIUM PILOSELLA.

Cl. XIX.

Syngeneſia Aequalis.

Planta Compoſita.

RADIX est Rhizomatoïdea, perpendicularis, repens, ſublignoſa, ramoſa, integra, lacteo ſucco repleta, laevis, fibroſa, fuſiformis, intus alba, extus ferruginei coloris, ſobolem emittens.

FOLIUM, ſimplex, obovatum, piloſum, radicale; membranaceum, ſesſile, patens, integerrimum, ſtolonibus repentibus, ſubtus tomentoſum.

PEDUNCULUS plerumque ſolitarius, atque uniflorus, radicalis, piloſus, teres, laevis, intrafoliaceus, fistuloſus, erectus, ſquamulis parvis ſaepe obductus atque lacteo ſucco repletus.

FLOS, compoſitus, ſemifloſculoſus, ſulphurei coloris.

CALYX, communis, imbricatus, ſubinde calyculatus, polyphyllus; ovatus: *ſquamis* plurimis linearibus, valde inaequalibus, longitudinalibus et incumbentibus.

COROLLA, composita, imbricata, uniformis: *Corollulis*, hermaphroditis, numerosis, aequalibus.

Propria, monopetala, ligulata, truncata, linearis, quinquedentata.

STAMINA, Filamenta, quinque, brevissima, libera, aequalia, capillaria, conniventia.

Anthera, cylindracea, tubulosa, mutica.

PISTILLUM, Germen, 1, subovatum, inferum.

Stylus, 1, filiformis, longitudine staminum, rectus, marcescens.

Stigmata, 2, acuta, recurva, bifida.

FRUCTUS, Semina, solitaria, plurima, brevia, libera, obtuse tetragona, linearia.

Pappus, plumosus, sessilis, persistens, stipitatus, uniformis, simplex.

BASIS, Receptaculum, nudum aut passim subpilosum, siccum, carnosum, globosum.

Haec planta perennis ubique crescit in locis elatis, siccis et in campis, magnitudine non plane semipedali, per totam nostram patriam, floretque a *Iunio* ad *Septembrem*.

Invenitur copiose prope *Groningam* extra portam *Kraane Poort* dictam, ad aggerem, extra portam, quae dicitur *het Kleine-Poortje* prope molendina, pone *Sterrebosch*, in vicinitate et in loco qui dicitur *Galgenberg*, in munimentis, in urbis moenibus inter *Ebbinge-* et *der A-Poort*, prope *Haren*, in aggeribus ad viam iacentibus, et *Harender Molen*, copiosissime, similibusque aliis locis.

Humillima haec planta, quae in Oeconomia parum est in usu, tamen copiosissime in Provincia Groningana provenit, quam ob causam a me in hac Commentatione recepta fuit. Nomina Belgica sunt: MUIZENOOR, LANGHAIRIG-HAVIKSKRUID, NAGELKRUID, GROOTE PILOSELLA, etc.

Flores Apibus magni sunt momenti, quia multum mellis dant, diuque florent. A capris ovibusque voratur, non vero ab equis bovibusque (404); EHRHARTIUS tamen dicit, ovibus eam noxiam esse, alvumque adstrictam reddere. (405)

---

(404) Vid. HESSELGREN, o. c. p. 255. (405) Vid. EHRHART, cit. apud KOPSIUM, o. c. Dl. I. Pl. XXIX.

Incolitur saepe a *Phalaena Annularia*, *Phalaena Castrensi*, *Cynipe Hieracii* et *Cocco Tinctoria* sive *Cocco Pilosella*. (406) Planta cum fructu contra glareae dissipationes, *Arundinis Arenariae* loco, adhiberi potest, uti narrant BERKHEIUS o. c. bl. 14. KOPSIUSQUE l. l.

Haec planta a LINNAEO (407) Horologiis florae adferitur: oritur matutino tempore hora 8, occidit vero hora pomeridiana 2, idque confirmat GORTERUS. (408)

Quando equi ad Ungulam vulnerati sunt, haec planta ad pulverem redigitur, pulvisque vulneri inspergitur; etiam hoc in morbo interne applicatur. (409) Planta florens ad corium parandum apta est, (410) et cum emolumento in officinis coriorarum adhiberi posset. Huius plantae decoctum, in chalybe candente, rigido atque inductili reddendo, laudatur. (411) Haec planta principium quoddam sui generis continet, quod nec in *Aethere Sulphur.*, nec in *Alcohole*, quidem in *Aqua* atque *Acet. Vin.* est solubile, quodque chartam succo *Lakmoes* coeruleo tinctam, rubro tingit colore. (412)

DODONAEUS dicit, huius plantae radicem, dentibus infixam, *Odontalgiam* demere, siccatamque et contusam etiam inservire in *Tabe* (413): — etiam alicubi legi, infusum huius plantae cum fructu adhiberi posse, in *Hymothesi*.

A BRUGMANSIO haec planta inter herbas inutiles in pascuis refertur. DU MONT DE COURSET, (414) dicit, hanc plantam in hortis, ornamenti causa, coli. Haec planta continet succum lacteum, tam in radicibus, quam in foliis: — subamari est et adstringintis saporis, adhiberique potest tanquam sto-

(406) Cff. BURCHHARD in Act. Upsal. 1742. RYDBECK, Pandora Insectorum in LINN. Amoen. Academ. Vol. V. p. 248. Flora Oeconomica o. c. p. 375. FORSSKÅHL, Hospita Insectorum Flora in LINN. Amoen. Academ. Vol. III. p. 300. G. E. AVELIN, Miracula Insectorum, in LINN. Amoen. Academ. Vol. III. p. 328. IAQUES BREZ, La Flore des Insectophiles. 1791. p. 233. (407) Vid. LINNAEUS, Philosophia Botanica 1790. p. 275. (408) Vid. D. DE GORTER, Bloemhorologie, in Verhandel. van het Bataafsch Genootschap, Dl. I. (409) Cf. Cl. I. KOPS, Flora Batava l. l. (410) Cff. BÖHMER, o. c. Th. II. S. 419. I. KOPS, l. c. (411) Vid. HOUTTUIN, o. c. Dl. II. St. X. bl. 400. AGOSTI, Tract. de Re Botanica p. 257. BÖHMER, o. c. Th. II. S. 566. (412) Cf. SCHRADER, Magazin der Gesellsch. Natur Freunde zu Berlin. 1808. S. 236. Cetera principia hac in planta obvia hic etiam recensentur. (413) Vid. DODONAEUS o. c. bl. 1000. (414) Cf. DU MONT DE COURSET, o. c. Dl. IV. bl. 19.

machicum remedium, quem in finem a pauperibus, theae loco, bibitur. (415) Prioribus temporibus haec planta adhibebatur in *Dyſenteria*; *Haemorrhagiis*, *Herniis*, (externe nempe) *Scabie*, aliisque exanthematibus herpeticis (416); iam vero in Medicina non est in uſu, licet probabilisſime maximi ſit momenti in nonnullis morbis, quia tam copioſe fere ubique disperſa est.

XVIII.

ARCTIUM LAPPA.

Cl. XIX.

Syngeneſia Aequalis.

Planta Compoſita.

RADIX, est Rhizomatoïdea, ramoſa, fuſiformis, integra, perpendicularis; ſpongioſa, carnoſa, ſublignoſa, laevis, extus nigricans, intus albida.

CORMUS, Caulis, ramoſus, lanuginoſus, integer, ſparſus divergens, tenax; flexilis, erectus, folioſus, inermis, ungulatus, carnoſus, inanis, plerumque coloratus.

FOLIUM magnum, caulinum, cordatum, petiolatum, dentatum, reticulato-venoſum atque nervoſum, amplum, ſubundulatum, membranaceum, in ſuperiore parte virido-fuſcum, in inferiore parte albeſcens atque lanuginoſum.

Petiolus ungulatus, rubicundus, eglanduloſus, laevis, ſubpubeſcens, brevior folio, carnoſus, ſucculentus.

PEDUNCULUS, uniflorus, ſubungulatus, ſolitarius, axillaris, ebracteatus.

FLOS, compoſitus, capitatus, violacei coloris.

---

(415) Cf. KRAUSS, o. c. Dl. III. bl. 15. (416) Vid. LINNAEUS Materies Medica p. 214. n°. 504. KRAUSS, l. l.

CALYX, communis, globofus, laevis, imbricatus: *squamis*, terminatis, definentibus in aculeos fubulatos, longos, apice reflexo-hamatos.

COROLLA, compofita, tubulata, ligulata, uniformis: *Corollulis*, hermaphroditis, aequalibus.

Propria, monopetala, tubulata: *tubo* tenui, longisfimo: *limbo*, ovato, quinquefido: *laciniis*, linearibus, aequalibus.

STAMINA, Filamenta, quinque, libera, capillaria, conniventia, brevisfima, violacea.

Anthera, cylindracea, connata, tubulofa, quinquedentata, longitudine corollae.

PISTILLUM, Germen, oblongum, apice villofo, inferum.

Stylus, filiformis, terminalis, rectus, ftaminibus longior.

Stigma, acutum, bifidum, revolutum.

FRUCTUS, Semina folitaria, verticaliter pyramidata, angulis duobus oppofitis obliteratis, extrorfum gibba aliquantulumque compresfa.

Pappus, fimplex, fetofo-paleaceus, femine brevior.

BASIS, Receptaculum, paleaceum, planum, ficcum: *Paleis*, fetaceis.

Haec planta biennis, in Provincia Groningana copiofe occurrit, in locis lapidofis, rudibus ad aggeres, ubique in locis ruderatis, ad vias. Urbis moenia has plantas copiofe producunt, et quidem inprimis prope *der A-Poort*, *Steentil-Poort*, *Joden Kerkhof* et *Galgendwingel*. Copiofisfime infuper adest extra *Steentil-Poort* ad viam, usque ad *Hoogebrug*, *Iulio* et *Augusto* floret.

Hanc plantam Belgae fuo fermone dicunt: KLISSEN, KLADDEN, KLITTEN, GEMEENE KLIS, KLASSEN, KLADDEWORTEL, STARTOFFEN, DOKKEBLADEN, BERGKLITTEN etc.

Haec planta a bovibus caprisque non vero ab equis, ovibus, fuibusque editur. (417) Cavendum praefertim est, ne oves ad hanc plantam accedant, quia earum lana ab ea corrumpitur (418). Nonnulli pastores, fecundum MATTUSCHKAM, nonnullas radicis particulas confcisfas, ovium pabulo inmiscent, quando hae tusfiunt vel morbo pulmonico laborant. (419) Apibus parvi est momenti haec planta.

---

(417) Cf. HESSELGREN, a. c. p. 256. (418) Vid. Cl. KOPS, Flora Batava. Dl. III. Pl. XC.
(419) MATTUSCHKA, o. c. n°. 581.

MATTUSCHKA l. l. narrat, homines fuperftitiofos hanc radicem in domibus fuis fufpendere, putantes tonitru tum eas non incenfuras iri.

Radices tenellae, caulesque decorticati, coctique, *Asparagi* loco, adhiberi posfunt vel etiam crudi cum fale ac pipere, (420) idque iam DODONAEI tempore in ufu erat. (421)

PARMENTIERIUS, fecundum KOPSIUM l. l., e radice farinam acquifivit, REUSZIUSQUE narrat, optimum amylum pulveremque ex hac radice parari posfe. (422) Ex hac planta, fecundum BÖHMERUM, (423) charta fubviridis coloris parari potest.

Caules ficcati, aeque ac *Nitr. Potasf.* in igne crepitant, nonnullisque in regionibus ufurpantur ad ignem alendum vel tanquam faces, uti narratur ab HOUTTUINIO l. l. Ex X ℔ huius plantae, in analyfi acquifivi ℥I ʒVI Nitr. Potasf. — plura funt principia hac in planta obvia, fed non tantum valent, ut hac in commentatione enumerentur. Licet femina valde amara fint, a nonnullis aviculis et quidem praefertim a *Fringilla Carduели* valde expetuntur atque lubentisfime devorantur, aucupibusque escae funt.

Quando radices foliave destillantur, acidum in excipulo praebent liquorem. (424)

Si huius plantae radices cum paulo *Mur. Sodae* pinfuntur atque contunduntur, externe tum applicatae, fecundum APULEIUM, optime inferviunt contra morfum canis rabidi. (425) COLUMELLA affirmat, fecundum eundem fcriptorem, eas, eodem modo externe applicatas, egregie infervire, contra *Viperarum* morfum, ac multo cum fructu in *Scrophulis* colli applicari posfe. Radices fubdulci, austero, aliquantum fubamaro gaudent fapore, folia femenque amara funt ac fine odore. In *Pharmacopoea Batava* haec planta, ob vires medicas; iure, maxime necesfariis annumeratur. Radix iam in *Medicina* praefertim est in ufu. Folia, verno tempore, dum fefe explicant, egregia

---

(420) Cf. HIORTH, o. c. p. 93. KNOOP, o. c. bl. 365, Flora Oeconomica, o. c. p. 376. IERLIN, Macell. Olitor. o. c. p. 122. HOUTTUIN, o. c. Dl. II. St. X. bl. 453. Cf. KOPS, l. c. HELMUTH, Naturgefchichte o. c. Th. VIII. S. 439. (421) Vid. REMBERTUS DODONAEUS, o. c. bl. 48. (422) Vide REUSZ, Unterfuchung des Pudels. S. 84. (423) Cf. BÖHMER, o. c. Th. II. S. 467. (424) Cf. HOUTTUIN, o. c. l. l. (425) Cf. DODONAEUS, o. c. l. l.

gaudent vi resolvente. Radix maximi est momenti in variis cutis morbis atque in affectionibus rheumaticis. Adscribuntur ei praeterea diluentes, sanguinem alterantes, diureticae, sudorificaeque vires, adhibeturque in *Nephritide*, *Arthritide*, *Syphilitide*, *Oedemate* etc. Urinam albo tingit colore. Semina, quae plane negliguntur, sunt purgantia, diureticaque et, secundum KOPSIUM, a nonnullis Medicis laudantur contra Calculum.

Usurpatur fere Extractum huius plantae, quod interdum insignem continet *Nitr. Potass.* quantitatem, uti ipse expertus sum.

Haec planta etiam cum successu in febribus malignis praescribi potest. — De usu Medico hic citato videantur sequentes auctores. (426)

XIX.

TANACETUM VULGARE.

Cl. XIX.

Syngenesia Superflua.

Planta Composita.

RADIX est Rhizomatoïdea, ramosissima, fusiformis, integra, perpendicularis, lignosa, fibrosa, laevis, fragilis, ferruginei coloris.

CORMUS, Caulis, ramosus, plerumque deliquescens, confertus, coarctatus, rigidus, fragilis, erectus, foliosus, inermis, fructificans, sublignosus, solidus, inanis, fistulosus, sulcatus, atropurpurei coloris.

FOLIUM, compositum, bipennatum, et quidem oppositum, incisum, serratum, confertum, solutum, decurrens, membranaceum, petiolatum, erec-

---

(426) IERLIN l. l. HOUTTUIN l. l. LINNAEUS Mat. Med. p. 215. n°. 507. KRAUSS o. c. Dl. V. bl. 60. HELMUTH, l. l. BERGER, o. c. S. 275. DUMONT DE COURSET, o. c. Dl. IV. p. 61. Cl. KOPS, l. c.

tum, laeve, opacum, prafini coloris. *Foliola*, five potius penna, funt fesfilia, acuta, emarginata, inaequalia, ferrata, lineari-lanceolata.

Petiolus, communis, femiteres, eglandulofus, femiamplexicaulis, canaliculatus, venofus, fulcatus.

PEDUNCULUS, teres, folitarius, uniflorus, nitidus, terminalis, fubftriatus.

FLOS, compofitus, corymbiferus, hermaphroditus.

CALYX, communis, hemisphaericus, imbricatus: *fquamis*, acuminatis, compactis.

COROLLA, compofita, tubulofa, convexa, radii obfoleti, 3— fidi: *corollulae*, hermaphroditae, numerofae, tubulofae in disco. Foeminae nonnullae in radio.

Propria hermaphrodita, infundibuliformis: *limbo*, quinquefido, reflexo.

Feminea, trifida, introrfum profundius divifa.

STAMINA, hermaphrodita: *Filamenta*, quinque, libera, capillaria, brevisfima, revoluta, aequalia.

Anthera, cylindracea, tubulofa, mutica, libera.

PISTILLUM, hermaphroditum: *Germen*, oblongum, parvum, fuperum, fesfile.

Stylus, filiformis, longitudine ftaminum, parum declinatus.

Stigma, bifidum, revolutum, obtufum.

Femineis, Germen, oblongum, fesfile. *Stylus*, fimplex, incurvus, marcescens. *Stigmata*, duo, reflexa, obtufa.

FRUCTUS, Semina, folitaria, coronata, compresfa, fubreniformia, oblonga, plurima, atri coloris, in quibusdam nuda. *Pappus*, fubmarginatus.

BASIS, Receptaculum, convexum, nudum, ficcum.

Floret *Iulio* et *Augusto*, pertinet ad plantas perennes, fitque altitudine quatuor plurimumve pedum. Plurimis in locis in Belgia crescit ubique, tam in locis argillofis, quam arenofis ad margines agrorum, vias, aggeres, fosfas et fepes. Copiofe invenitur pone *Sterrebosch*, in *Galgenberg*, in munimentis, et in hortis. Copiofisfime invenitur ad viam *Groningâ* verfus *Haren* atque *Harender-Molen*, prope *Helpen*, in *Mickelhorst*, etc.

Haec planta, quae, fecundum CHARTHEUSERUM, (427) ad nigro colore

(427) Vide CARTHEUSER, Wahrnemungen zum Nutzen verfchiedener Kunste S. 63.

tingendum adhibetur, in Belgia vocatur: GEMEENE REINEVAAREN, WURMKRUID, RYNVAAR, BOEREN WORMKRUID etc.

In *Flandria*, *Gallia* et *Brabandia* harum plantarum aliquot in fossas, in quibus linum maceratur, coniiciuntur versus tempus macerandi, ex iisque eximuntur antequam linum in iis ponitur, dum aquae quandam fermentationem dant, quae argenteum subtilis lini colorem auget. (428)

Foliis viridi colore tingi potest (429), foliaque cum floribus luteum dant subfuscum liquorem succumve, in quo lana cum *Bismutho* praeparata, initio, Sulphureo, denique vero fusco tingitur colore. (430)

In officina coriaria magni est momenti, quia cum fructu usurpari potest, secundum BAUTSCHIUM l. l. BERGERUMQUE o. c. s. 197.

Folia tenella in placentis ex ovis et farina gratissimum efficiunt ferculum. (431) Secundum GMELINUM (432) et HELMUTHIUM (433), humuli loco, in cerevisia coquenda a nonnullis adhibetur. Singulari vi, carnem demortuorumque cadavera a putredine conservanti, praedita esse videtur (434); ultimus scriptor dicit, *Elfdalenses*, hunc in finem hanc plantam adhiberi. Hanc etiam ob caussam quam maxime commendatur huius plantae cultura in coemiteriis, uti videre est apud Doct. VAN ROHR, (435) ad purificandum aërem atmosphaericum, qui talibus in locis saepe effluviis putridis atque nocivis inquinatus est.

Folia seminaque *Cimices*, *Pulicesque* pellunt, uti affirmat REUSSELIUS cit. apud Cl. KOPSIUM, l. l, atque HELMUTHIUM. (436) BERKHEIUS contra glareae dissipationes laudat hanc plantam.

Viatoris lassitudo demitur hac herba sub pileo ponenda. (437)

---

(428) Cf. Cl. KOPS, Flora Batava Dl. III. Pl. XXI. (429) Cf. HOUTTUIN, o. c. Dl. II. St. X. bl. 572. IOLYCLERC, o. c. Tom. V. p. 9. DAMBOURNEY, o. c. S. 276. BERGER, o. c. S. 177. BÖHMER, o. c. Th. II. S. 260. Cl. KOPS, l. l. HELMUTH, Naturgeschichte Th. VIII. S. 456. (430) Cf. DAMBOURNEY, l. l. (431) Vid. DODONAEUS, o. c. bl. 47. HIORTH o. c. p. 94. GUNNER, Flora Norvegica n°. 504. IOLYCLERC, o. c. l. l. (432) Cf. I. G. GMELIN, Flor. Sibirica, Tom. II. p. 133. (433) HELMUTH, o. c. S. 456. (434) Vid. HOUTTUIN, o. c. Dl. II. St. X. bl. 572. HELMUTH, o. c. l. l. Flora Oeconom. p. 376. (435) Vid. I. B. VAN ROHR, Godleerende Plantkunde o. c. bl. 218. (436) Vid. HELMUTH l. l. (437) Cf. MATTUSCHKA, o. c. n°. 600.

Inter omnes plantas in patria nostra ſponte provenientes haecce in combustione maximam dat Alcali quantitatem, qua re in Oeconomia magni est momenti.

CHAPTALIUS l. l. ex X ℔ cineris III ℔ et V ℥ Alcali puri acquiſivit, ergo huius plantae cinis plus Alcali, quam tertiam ponderis partem continet. Praeclari KIRWANI experimenta (438) id etiam demonſtrarunt. Experimenta WIEGLEBIANA plane ab iis differunt: — acquiſivit nempe ex ℥ XIV huius plantae ſiccatae in combustione ℥ I et ʒ VI cineris, quod in elixivatione atque evaporatione tantummodo ʒ I. ℈ II atque gr. VI ſalis praebebat, quod pro maxima parte conſtabat ex *Mur. Potaſſ.* vel *Sal. Digest. Sylvii* et *Sulph. Potaſſ.* (439)

Flores huius plantae Apibus parvi tantummodo ſunt momenti, ſed boves ovesque hanc plantam edunt, equi vero, caprae ſuësque eam e contrario negligunt atque recuſant. (440) BERGERUS contra dicit, hanc plantam bovibus pernoxiam eſſe neque ab iis devorari (441): — BECKMANNUS (442) eam etiam plantis, quae virides uſurpatae pecoribus nocent, vel lac butyrumque ingratum reddant, annumerat. Ornamenti cauſa in hortis colitur, (443) atque HELMUTHIUS o. c. Th. VIII. S. 456. porro de uſu Oeconomico ſequentia dicit: „*Die ſteifen ſtengel pflegen die Schlächter zu Wurstſticken zu* „*gebrauchen.*"

Tota planta penetrante, forti, non vero grato odore et nauſeoſo acri ſapore gaudet. (444) Irritanti, pellenti, carminativa, antiſeptica, ſtomachica, ſudorifera, antihelminthica, diuretica, et emmenagoga gaudet vi. (445) In febribus intermittentibus, in foeminarum morbis nervoſis, in hydropia, cachexia etc. egregie inſervit. In doloribus arthriticis atque intestinorum podagra, huius cum vino albo calido infuſum tanquam ſalubre a nonnullis laudatur. (446)

---

(438) Cf. RICH KIRWANS, Verſuch uber zum Bleichen dienlichen Alcal. Subſtanzen, in Phyſ. und Chemiſche Schriften. B. IV. S. 85. — (439) Vide WIEGLEB, Chem. Verſuch. uber die Alkal. Salze, Berlin und Stettin bei Nicolai 1774. p. 97. (440) Cff. HESSELGREN, o. c. p. 256. IOLYCLERC l. l. (441) Vid. BERGER, o. c. S. 208. (442) BECKMANN, cit. apud KOPSIUM, l. l. (443) Cf. DU MONT DE COURSET, o. c. Tom. IV. p. 197. (444) Cff. LINNAEUS, Mat. Med. p. 218. n°. 514. KRAUSS, o. c. Dl. IV. bl. 9. (445) Cff. LINNAEUS, Mat. Medica, l. c. KRAUSS, l. l. KOPS l. l. (446) Vid. KRAUSS, l. l. KOPS, l. l.

Flores femenque ad pulverem redactum, tam apud rusticos, quam apud urbanos in lumbricis adhibentur (447) maximaeque funt utilitatis. Cl. nostras VAN DOEVEREN (448) fequentia dicit: „*Vermibus faepe laborantes Nostrates*, „*in Tanaceto, laetisfime in folo nostro crefcente, fuum inveniunt remedium*" et Doctisf. SCOPOLI hac de re dicit: „*Eandem fere quam Scordium virtu-*„*tem posfidet Balfamicam roborantem et adeo antihelminthicam, ut pro fpecifico* „*ad lumbricos adhibeatur.*" (449)

Foeminae in *Scothia* et *Westrobothnia* hanc ante partum adhibent. (450) In *Pharmacopoea* nostra *Batava* haec planta numeratur inter plantas ufuales; Doct. GEISWEIT VAN DER NETTEN (451) dicit, equos non a morbo, Belg. fic dicto *Droes*, affici, fi bis per hebdomadem, matutino tempore, II m. p. huius herbae, aut recentis aut ficcatae, utuntur.

XX.

TUSSILAGO FARFARA.

Cl. XIX.

Syngenefia Superflua.

Planta Compofita.

RADIX, est Rhizomatoïdea, fublignofa, integra, perpendicularis, fufiformis, irregularis, fibrofa, ramofa, fquamofa atque lanuginofa, tenax, capillaris, faporis fubacris cum levi lentore, odoris nullius.

---

(447) Vid. Cl. I. KOPS, l. c. (448) Cf. G. VAN DOEVEREN, Sermo Academ. De Sanitat. Groning. Praefid. ex urbis naturali Histor. derivandis in 4to. Gron. 1770. p. 37. (449) Cf. SCOPOLI, Flora Carniolica, o. c. p. 364. Cff. etiam hac de re Cl. THEUSSINK in Servand. Civib. o. c. bl. 115. A. F. HECKERS Practifche Arzneymittellehre, 2° Aufl. Th. I. S. 225 et 226. 1819. (450) Vid. DODONAEUS, o. c. l. l. Flora Oeconomica, o. c. p. 376. LINNAEUS, Flora Lapponica n°. 295. (451) Vid. C. A. GEISWEIT VAN DER NETTEN, Algem. Samenftel der Militaire pligten, kundigheden etc. 1803. bl. 122.

FOLIUM, fimplex, radicale, fubcordatum, circularium fere, angulatum, denticulatum, petiolatum, fubtus album et lanofum, reticulato-venofum nervofumque, opacum, fuperne viride, membranaceum, patens.

Petiolus, fubglandulofus, femiteres, nitidus, laevis, carnofus, canaliculatus, ftriatus, fucculentus, longior folio.

SCAPUS uniflorus, imbricatus five fquamofus, ante folia erumpens, radicalis; fubfiftulofus, carnofus, fubnudus.

FLOS, compofitus, hermaphroditus, corymbiferus.

CALYX, communis, cylindraceus: *fquamis*, lanceolato-linearibus (15 vel 20); aequalibus, discum aequantibus, fubmembranaceis.

COROLLA, compofita, varia, infundibuliformis. *Corollulae*, in aliis hermaphroditae, tubulofae omnes, vel tantum in disco. *Femineae* aliis nullae, aliis ligulatae feu edentulae. *Propria*, hermaphrodita, infundibuliformis: *limbo*, quinquefido (vel quadrifido), acuto, reflexo, calyce longior. *Feminea*, nulla, aut ligulata, angustisfima, integra, calyce longior.

STAMINA, hermaphroditis: *Filamenta* quinque, capillaria, conniventia, aequalia, brevisfima, libera.

Anthera, cylindracea, connata, tubulofa.

PISTILLUM hermaphroditum, Germen, breve.

Stylus, filiformis, terminalis, rectus, marcefcens, longior ftaminibus.

Stigma, crasfiusculum, revolutum, acutum.

Femineis, Germen, breve.

Stylus, filiformis, longitudine hermaphroditi.

Stigma, bifidum, crasfiusculum revolutumque.

FRUCTUS, Semina hermaphroditis folitaria, oblonga, plurima, libera, linearia, compresfa, fcabra a fuperiore parte, brunneique coloris.

Pappus, fimplex, pilofus, fesfilis, ftipitatus.

BASIS, Receptaculum, nudum, ficcum, fpongiofum.

Floret *Marte* et *Aprili*, fit altitudine fere femipedali pertinetque inter plantas perennes. Habitat plurimum in folo argillofo, in agris et campis, ad aggeres fosfasque. Copiofisfime invenitur circa *het Ruige Zand*, *Vierhuizen*, *Eenrum*, *Winfum*, *Westernieland*, *Baflo* et *Rasquert*, *Warffum*, *Onderdendam*, *Usquert*, *Rottum*, fimilibusque locis argillofis.

Haec planta, agricolae tam noxia, in Belgia fere vocatur: DONSAGTIG

HOEFBLAD, PAARDENKLAAUW, HOEFBLAD, STINKBLAD, HOEVENBLADEN, PAARDE-HOEF et QUIRYN'S KRUID.

Est semper soli argillosi simulque aquosi indicium (452) inque pratis herba inutilis est ac perniciosa, (453) quia magna illius folia vegetabilia, in prima sua erumptione, suffocant sive supprimunt et radices multum loci alimentique aliis adimunt. Hanc ob noxiam proprietatem in agris, varia instituerunt experimenta ad hanc plantam facili modo eruendam, sine agri vel frumenti impositi damno. Varii scriptores varia dederunt remedia atque methodos (454) non vero aeque bonas, sive quod consilio non satisfaciunt, sive quod perfectu difficilia sunt. VOSSIUS l. l. inquit: „*Aan de Asfche alleen is het* „*voorrecht toegestaan, om over dit onkruid te zegepraalen. Dit gaat vast, de* „*proeven zijn te dikwijls genoomen, en door eene uitkomst, die boven verwag-* „*ting gelukkig was, te sterk bevestigd dan dat aan de waarheid hiervan met* „*eenige reden zou mogen getwijfeld worden.*" HALIUS dicit, id fieri posse ope solutionis *Sulphatis Ferri*: ea enim hanc plantam necat; hic vero magna etiam est difficultas, quia dicit Tom IV. pag. 49. „*a small quantity of* „*salt of iron, dissolved in water and mixed with vegetable mould, destroyed* „*the plants, wich ware sown in it.*" Omnes enim plantae, quibus haec Sulphatis Ferri humique mixtio inspergitur, simul morirentur; itaque facili negotio intelligitur, hoc remedium esse reiiciendum. BERGERUS dicit, de huius plantae exstirpatione sequentia. „*Die Wurzeln derselben gehen sehr* „*tief, und die Ausrottung dieser auf Feldern so schädlichen Pflanze kann* „*nicht anders als durch ein paar schuh tiefes Rajolen, oder durch gänzli-* „*che Hinwegsschaffung der Nasse, und Trockenleggung des Landes bewirkt* „*werden.*" Etiam videmus hoc remedium vel methodum multis difficultatibus laborare, difficileque perfectu esse; sperandum igitur est, fore ut melius, facilius ac minus pretiosum remedium inveniatur. Lixivium in *Boracis* Fa-

---

(452) Cf. BERGER, o. c. S. 214. (453) Vid. Cl. I. KOPS, Flora Batava, Dl. I. Pl. XL. BERGER, o. c. (454) Cff. MILL'S Pract. Feldwirtschaft, B. III. S. 16. Verhandelingen Uitgegeven door den Oeconomischen Tak van de Holl. Maatsch. v. Wetensch. te Haarlem Dl. I. n°. XIV. An 1790. A. VOS, 2de Antwoord over het gebruik der Hout en Turfassche in Verhand. Uitgegev. door de Maatschappij van Landb. te Amsterdam Dl. I. bl. 107. § 6. — HALE, Complet Body of husbandry Tom. IV. p. 59. BERGER, o. c. S. 203. pluresque alii.

bricis collectum, etiam laudatur tanquam remedium contra hanc plantam, ſed mihi videtur hanc methodum etiam variis difficultatibus laborare. Varii affirmant, nihil melius esſe ad hanc plantam exſtinguendam vel necandam quam convelationem talis agri cum ſtramine, durante aliquot temporis ſpatio, ut tali modo plantae ſuffocentur: experientia vero iam docuit, hancce methodum non procedere ſed folia post aliquot dies ſeſe denuo explicare atque evolvere. (†)

Haec planta praeſertim a bovibus, capris ovibusque expetitur, interdum tamen etiam ab equis ſuibusque. (455) MUNNIKSIUS contra dicit, hanc plantam a bovibus equisque recuſari, et ab ovibus ſuibusque interdum comedi, interdum vero etiam recuſari. (456) (§§) GMELINUS dicit, flores Apibus maximi esſe momenti eosque diligenter ab iis viſitari; (457) dicit etiam hoc in loco, folia tanquam cibum hominibus parari atque conſumi posſe. Folia ſiccata atque praeparata *Tabaci* loco adhiberi posſunt, quod contra *Asthma* laudatur (458) et iam DODONAEI tempore notum erat. (459) KOPSIUS tamen. l. l. dicit, experimenta ſua contrarium docuisſe, eaque hunc in finem non inſerviri posſe. (*) Radices Fluminum ripas contra aquae impetum conſervant. (460) Ex radicis infimaeque foliorum partis materia lanacea acquiri potest, quae aeque ac fomes facile incenditur, huiusque loco uſurpari potest. (461) KOPSIUS l. l. dicit, hac de re etiam ſermonem esſe apud

---

(†) Unus e praecipuis atque peritisſimis nostris agricolis mihi communicavit, optimum huius ſtirpis exſtirpationis modum esſe, emesſionem florum, tempore florendi, quod per aliquot annos quoque vere repeti debet. (455) Vid. HESSELGREN o. c. p. 256. Cl. I. KOPS, l. l. (456) Vid. I. MUNNIKS, Nederlands verbeterde Land- en Akkerbouw, Dl. I, bl. 183. (§§) *Expertisſimus agricola* G. VAN DER LEY *mihi narravit, ſe expertum fuisſe, hancce plantam pesſimum pabulum esſe pecoribus, quia eius conſumtione, aut valde macescunt, aut plane post aliquod temporis ſpatium morte afficiuntur.* (457) Cf. GMELIN, Abhandl. v. d. Arten des Unkrauts etc. o. c. S. 113. (458) Cff. HOUTTUIN o. c. Dl. II. St. X. bl. 634. GMELIN l. c. IOLYCLERC o. c. Tom. V. p. 81. KRAUSS, o. c. Dl. I. bl. 66. HELMUTH, Naturgeſchichte o. c. Th. VIII. S. 463. (459) Vid. R. DODONAEUS, o. c. bl. 943. Id etiam iam recenſetur apud HIPPOCRATEM, PLINIUM, CLUSIUM, DIOSCORIDEM, GALENUM, LOBELIUM pluresque alios. (*) *Tempore belli ſub imperio* NAPOLEONTIS *tamen hac in urbe Pharmacopola quidam fuit, qui hac planta uſus erat in praeparanda ſpecie quadam, ad fumandum Tabaci loco, et quidem magno cum emolumento, quia multum vendebat et ſperatum habebat effectum.* (460) Cf. Cl. KOPS, l. l. (461) Cff. DODONAEUS o. c. bl. 944. MATTUSCHKA o. c. n°. 612. GMELIN l. l. MURRAY, Apparat.

LINNAEUM Flor. Suecica, non tamen aliquid hac de re apud eum inveni. Haecce lanugo ſeſe oſtendit in radice, appropinquante hieme, quando pro uſu colligi ac praeparari debet: — praeparandi modus praeſertim a DODONAEO l. l. ac HELMUTHIO o. c. Th. VIII. S. 463. deſcribitur. Facile fieri poſſet, hancce lanuginem etiam praeparari poſſe ad ellychnia lampadum taliasque res.

Secundum BÖHMERUM, o. c. Th. I. S. 727. cineris lixivium Alcalico ſapore non gaudet neque violarum ſyrupus mutationem affert, ita ut dicat, id nullum Alcalium ſal liberum continere, quidem *Sulph. Potaſſ.* et *Mur. Potaſſ.* Haec omnia confirmantur ab WIEGLEBIO; (462) expertus enim eſt I ℔ huius herbae in combuſtione ℥IIIß cineris dare et hancce cinerem ʒIII ℈I Sulph. Potaſſ. et ʒII Mur. Potaſſ. atque nullo ſigno Alcalico.

Tota planta amaro ingrato gaudet ſapore, omnes eius partes ſunt mucilaginoſae, folia vero imprimis hanc proprietatem poſſident.

In Medicina ea iam plane fere non eſt in uſu, licet ſalubres ei adſcribantur effectus atque in Pharmacopoea recenſeatur. Qui de eius uſu viribusque in *Medicina*, tam priorum, quam poſteriorum temporum aliquid videre cupit, adeat ſubſequentes auctores. (463)

In conſideranda hac planta iure dicere poſſumus: „*Ignorantia facit, ut* „*ſaepe neſciamus, ad quodnam utilis ſit res quaedam, ſed ideo impium ſane* „*eſt, dicere Creatorem feciſſe quidquam fruſtra, quum omnia bona ſunt,* „*quae creavit.*" (464)

Medicam. Vol. I. pag. 141. Leipziger Oekonom. Geſellſch. Michaelmeſſe 1789. S. 93. HELMUTH, o. c. S. 463. BÖHMER, o. c. Th. II. S. 485. Cl. KOPS, l. l. (462) Cf. WIEGLEB, Chem. Verſuch. uber die Alkal. Salze Berlin und Stettin bei Nicol. 1774. S. 80. — Vid. etiam VOGEL, Inſtitut. Chem. Weimar 1775. § 593. (463) DODONAEUS, l. l. BAGLIVIUS, Operum p. 35. HOUTTUIN, l. l. LINNAEUS, Mat. Med. p. 222. n°. 524. MURRAY, Apparat. Medicam. Vol. I. p. 140. — BERGER, o. c. S. 279. HELMUTH, l. l. IAHN, Mater. Medika Th. II. S. 633. — Th. I. S. 788. DU MONT DE COURSET, o. c. Tom. IV. p. 148. KRAUSS, o. c. GMELIN, l. c. KOPS l. c. A. F. HECKERS, Pract. Arzneimittellehre 2de Aufl. 1819. Th. I. S. 199. pluresque alii. (464) Geneſ. I. vs. 31.

XXI.

ARNICA MONTANA.

Cl. XIX.

Syngenesia Superflua.

Planta Composita.

RADIX est Rhizomatoïdea, subramosa, integra, vermicularis, lignosa, repens, fibrillata, irregularis, aromatica, nigri coloris.

CORMUS, Caulis, erectus, subramosus, integer, triflorus, dichotomus, ramis oppositis, deflexis, flexilis, aculeatus, sive potius muricatus, fructificans, teres, enodus, herbaceus, inanis.

FOLIUM, ovatum, integrum, nervosum, sessile, simplex, patens, glabrum, opacum, laeve, lineatum, planum, foliis caulinis, sive geminis oppositis et semiamplexicaulibus.

PEDUNCULUS, solitarius, teres, uniflorus, subfistulosus sive inanis, hirsutus.

FLOS, compositus, corymbiferus, hermaphroditus.

CALYX, cylindraceus, communis, imbricatus, radio corollae brevior: *foliolis*, lanceolatis, aequalibus, erectis, longitudine calycis.

COROLLA, composita, radiata, magnitudine 2 poll. in diametro. *Corollulae*, hermaphroditae in disco, numerosissimae. *Femineae* in radio circiter 20.

Propria, hermaphroditi, tubulosa, erecta, quinquefida, aequalis. *Feminea*, lanceolata, longissima, tridentata, patens.

STAMINA, hermaphroditis. Filamenta, quinque, aequalia, brevissima, corollae imposita.

Anthera, cylindrica, plana, ab infima parte operculo clausa, ex quo pollen effunditur.

Femineis: Filamenta, quinque, fubulata, erecta.

Antherae, nullae.

PISTILLUM, hermaphroditis. Germen; oblongum, fuperum, fesfile.

Stylus, fimplex, fubulatus, perfistens, longitudine ftaminum atque vitellini coloris.

Stigma, bifidum, acutum; plumofum.

FRUCTUS, Semina hermaphroditis, folitaria, villofa, oblonga, libera, atri coloris. *Pappus*, capillaris, longus, fesfilis.

BASIS, Receptaculum, nudum, planum, ficcum.

Haec planta perennis, quae floret *Iulio* et *Augusto*, altitudinem acquirit fere pedalem. Praefertim occurrit in montibus, collibus, pratis et in locis defertis, filvaticis per totam pene Belgiam, in Provincia Groningana praefertim invenitur prope *Haren* et *Harender-Molen* in ericeto, prope *Peife*, *Noordlaren*, *Roderwolde* et *Helpen* in *Glimmen* et *Mickelhorst*.

In patria nostra, praefertim vero in Septentrionali eius parte, fere vocatur: WOLVERLEY, GROOT LUCIAANKRUID, VAL-KRUID, WOUD-KRUID, SCORPIOEN-KRUID, HEILIGE VROUWEN KRUID etc.

Secundum MUNNIKSIUM l. l. haec planta non ab equis bovibusque, fed quidem a capris et interdum etiam a fuibus devoratur. Apes eius flores aureos faepisfime examinant, quia infignem dant mellis quantitatem. Flores per totam diem folem fequuntur. Haec planta a BÖHMERO (465) laudatur, ad Potasfam parandam: dicit, huius plantae ℥IV dare ℥III cineris et huncce cinerem ʒI gr. VIII Alcali. Experientia mihi probavit, ℔ VIII huius plantae ficcatae in combustione praebere ℥ VI et ʒV cineris et huncce cinerem in elixivatione atque evaporatione ℥β *Mur. Potasf.* ʒII *Sulph. Potasf.* et ℥VII Alcali dare; radix vero plus quam folia praebet Alcali. Doct. WIEGLEBIUS (466) acquifivit ex ℔ IV huius plantae, ʒIII cineris, quod in elixivatione ʒI et gr. IV Alcali atque gr. VIII *Sulph. Potasfae* producebat. Idem auctor expertus est, ℥VIII huius plantae in analyfi ʒI principii cuiusdam refinofi dare. Haec planta multis experimentis examinationibusque Chemicis fubiecta fuit, per quae patuit, vires plurimum in folidis acribusque partibus pofitas es-

(465) Cf. BÖHMER, o. c. Th. I. S. 726. (466) Vide WIEGLEB, o. c. S. 93, 147.

se. NEUMANNUS et CARTHEUSERUS inprimis hac re occupati fuerunt. Doct. WEBER (467) in analysi huius plantae acquisivit VI p. principii extractivi cum salibus aceticis admixti, III p. resinae, principii cuiusdam vegetabilis proprii VII p., substantiae fibrosae XXIV partes. In analysi huius plantae florum acquisivit Doct. WIEGLEBIUS (468) principium resinosum sui generis, quod non in aqua erat solubile, sed statim quasi *Thereb. Comm.* ad fundum vasis praecipitabatur. (§) Cl. BOUILLON LA GRANGE, (469) qui etiam analysin huius plantae instituit, confirmat, hanc plantam praeter iam dicta principia, continere *Acidum Gallacicum*, salia *Alcalina* atque *Calcaria* et *Terram Siliceam.* Certe magni est momenti, ut flores huius plantae pro usu medico prudenter et accurate colligantur a Pharmacopolis, quia quam maxime differunt, quod ad naturam, si ab insectis laedantur, (*) quod dilucide ostenditur apud Doct. MERCIER. Doct. WEBER, MARTINI, DU BLANC pluresque alii, hanc plantam etiam analysi Chemicae subiecerunt, cuius eventus pro maxima parte videri potest apud Cl. HECKERUM Pract. Arzneimittellehre 1819. Th. I. S. 545. —

Cum haec planta errhinam possideat vim proprietatemque, prioribus temporibus a ruricolis *Pulveris* (Snuif Tabak) loco in gravedine usurpabatur. (470) Folia etiam nonnullis in locis *Tabaci* loco adhibentur, uti varii confirmant auctores, (471) id vero praesertim apud *Thaumounienses* locum habere videtur.

Secundum ALLIONIUM, *Alpium* incolae, tam foliis, quam radice *Tabaci Pulverisque* loco adhibent: (472) et quia planta haecce *Tabaci* loco adhibe-

---

(467) Cf. Apoth. WEBER in TROMMSDORFFS Iournal Bd. XVIII. St. II. S. 153. an. 1809. (468) Vide WIEGLEB, Taschenbuch fur Scheidekunstl. und Apoth. an. 1781. (§) Doct. MERCIER, qui etiam analysin huius plantae communicavit in *Annales de Chimie* Tom. LXXVII p. 137. dicit, principium hocce resinosum originem suam debere laesioni insectorum, quia hocce principium non obvium est iis in floribus, qui non laesi sunt. Hocce opusculum Eruditiss. MERCIER in linguam Germanicam translatum est a Cl. IOHN et prostat in *Deutsches Jahrbuch fur Pharmacie Berlin* 1815. *Erster Band* S. 218—241. (469) Vide Annales de Chimie Tom. LV. p. 36. (*) Infecta, quae hancce mutationem efficiunt, vocentur *Atherices maculati.* (Germ. *Meigen*). (470) Cf. Nat. Gen. en Huishoudkundig Kabinet, Dl. I. bl. 298. (471) Cff. LINNAEUS, Flor. Suecica p. 246. n°. 685. SAUSSURE, Reise durch die Alpen Th. III. S. 204. Nat. Gen. en Huishoudk. Kabinet, Dl. I. bl. 296. BÖHMER, o. c. Th. II. S. 539. (472) Vide ALLIONII, Flor. Pedemont. B. I. p. 204.

tur atque cum fuccesfu hac in re ufurpari poteſt, in *Lotharingia* vocata fuit, *Tabac de Voges.* (473)

Decoctum florum animalium crines luteo tingit colore, alii vero dicunt, hoc decoctum cum Potasfa misceri debere. (474)

CAMERARIUS hanc plantam laudavit, quando fufpicantur, pecora aliquid venenum adfumfisfe, (475) PANCOVIUS vero, quando pecora edere recufant, et CASPARUS HOFFMANNUS hanc plantam contra pecorum pestilentiam laudavit. Doct. NUMAN, (476) infufum huius plantae florum quam maxime laudat in affectionibus rheumaticis equorum (B. BEVANGENHEID.) GMELINUS dicit, hanc plantam optime ac facillime exſtirpari posſe cum pectine, apud REICHARTUM depicto ac defcripto. (477)

Licet magnae multaeque mutationes in *Medicina* novisſimis temporibus acciderint, haec planta tamen, a prioribus inde temporibus iam ufitata, etiamnum in ufu est. Huius plantae, tam radices, quam folia, amaro, acri atque ingrato gaudent fapore, omnes eius partes, acri, forti, penetrante, gaudent, odore. Habet vim refolventem, vulnerariam, diureticam, errhinam, emeticam, repellentem, narcoticam, emmenagogam et nervinam. (478) In omnibus talibus morbis, in quibus talia medicamenta requiruntur, cum fructu praefcribi atque adhiberi potest: iure vero KRAUSSIUS (479) dicit: — „*door een voorzichtig Geneesheer ter rechter tijd gebruikt.*" GAERTNER (*) post florum *Arnicae* ufum, in urina rofeum vidit fedimentum.

GORTERUS, in *Flora Belgica p.* 224. *N°.* 695. narrat, ruricolas folia herbamve in cerevifia coquere et fic adhibere contra vulnerationes internas. Egregie eam infervire ad extravafata contufionesque medenda, dilucidisſime probat cafus a SCOPOLI narratus, quem hic apponere mihi liceat: „*Post lapfum aut contufionem ad refolvendos humores extra vafa effufos, ſpeci-*

(473) Vid. Iournal Oeconomique *Decemb.* 1755. (474) Cf. Nat. en Huishoudk. Kabinet Dl. I. bl. 312. (475) Vid. Nat. Gen. en Huishoudkundig Kabinet, l. c. (476) Vid. A. NUMAN, Handb. der Genees- en Verloskunde van het Vee 1819. bl. 191. (477) Vid. REICHART, Land- und Garten Schatz. Th. III. S. 1. (478) Cff. LINNAEUS, Mat. Med. p. 224. n°. 529. HOUTTUIN o. c. Dl. II. St. X. bl. 710. SCOPOLI, Flora Carniolica p. 377. BERGER o. c. S. 280. IAHN Mat. Medika. DU MONT DE COURSET, o. c. Tom. IV. p. 170. HECKER, Pract. Arzneimittellehre. (479) Vide KRAUSS, o. c. Dl. I. bl. 31. (*) Cf. REIL'S Archiv. B. II. S. 176.

„*ficam prorſus vim exercet. Eam plus centies ſum expertus, postquam ſe-*
„*quens mihi caſus occurrit. An.* 1754 *cum patrias Tyrolenſium alpes in*
„*valle Flemmarum cum Chirurgo peragrarem, labitur ille inter deiectos*
„*arborum truncos, ſibique tibiam contuſit adeo, ut in vicinum tugurium*
„*aegerrime repſerit. Nulla tunc erant ad manus Pharmaca: hinc Arni-*
„*cae folia trita unice appoſui, eo effectu, ut dolore et tumore penitus inde*
„*ſedato, iter in alias Alpes, ſequenti die proſequi licuerit."* (†)

Qui plura de uſu *Medico* ſcire cupit, adeat librum, cui titulus est *Natuur-Genees en Huishoudhundig Kabinet* Dl. I. bl. 194—334. IAHN in *Materies Medika*, HECKER, *Practiſche Arzneimittellehre 2de Aufl.* 1819. Th. I. S. 545—552. pluresque alii.

XXII.

ORCHIS MORIO.

Cl. XX.

Gynandria Monogynia.

Planta Orchidea.

RADIX est bulboſa, integra, ſubrotunda aut potius ovato-oblonga, carnoſa, ponderoſa, farinoſa, ſimplex, diaphana, testiculata, geminata, indiviſa, e ſubfusco cinerea.

CORMUS, Caulis, ſimplicisſimus, integer, flexilis, tenax, adſcendens, ſtrictus, folioſus, inermis, fructificans, teres, ſaepisſime coloratus.

(†) *Ante quatuor fere annos bis huius plantae uſum vidi in muliere gangraena aegrotante cum amicisſ. atque expertisſ. nostrate Chirurgo* F. I. TER BORGH *eo effectu, quod mulier plane ac cito ſanaretur. Adhibebatur pulvis radicis, cum melle mixtus atque externe applicatus. Quisque facile intelligit uſum huius plantae in gangraena pasſiva tantummodo adhibendum esſe, ſed non in gangraena activa vel acuta, quia tunc certisſime noxios effectus produceret.*

FOLIUM, ſimplex, ſeſſile, ſubamplexicaule, plicatum, ſubundulatum, lanceolatum, canaliculatum, integerrimum, ſubvenoſum, transverſum rugoſum, liliaceis ſimile, membranaceum.

INFLORESCENTIA, Spica, interrupta, cylindrica, folioſa, ſimplex, terminalis, foliis ſimilibus foliis caulinis ſed minoribus magnitudine.

Pedunculus, uniflorus, axillaris, minimus, teres, violacei coloris.

FLOS, ſimplex, hermaphroditis.

CALYX, Spathae vagae. *Spadix*, ſimplex. *Perianthium* nullum.

COROLLA, pentapetala, tria exteriora, duo interiora, ſurſum conniventia in galeam, coloris ſanguineo-violacei.

NECTARIUM, monophyllum, post florem, a latere inferiore inter diviſuram petalorum receptaculo affixum: labio ſuperiore, erecto, breviſſimo: labio inferiore, magno, patente, lato. Tubo postice corniformi, nutante.

STAMINA, Filamenta duo tenuisſima, ſubulata, brevisſima, pistillo inſidentia, libera.

Antherae, obovatae; muticae, erectae, ſubcoalitae, tectae duplicatura biloculari labii ſuperioris nectarii, terminales, adnatae.

PISTILLUM Germen, oblongum, contortum, inferum, ſeſſile.

Stylus adnatus labio ſuperiori nectarii, brevisſimus.

Stigma, compreſſum, obtuſum, oblongum.

FRUCTUS, Capſula, oblonga, unilocularis, tricarinata, trivalvis, ſub carinis trifariam dehiscens, apice et baſi cohaerens.

Semina, numeroſa, minima, compresſa, ſcobiformia.

BASIS, Receptaculum, nudum, planum, proprium, ſiccum.

Creſcit in ſilvis paludoſis, in pratis humidis, in deſertis et pascuis, altitudine fere pedali, floret *Iunio*, pertinetque inter plantas perennes. Copioſe invenitur extra *Groningam* in pascuis humidis ad *Horendſche-Diep*, inter *Paterwolde* et *Groningam*, in *Ommelander-Dyk*, prope *Helpen*, in *Mickelhorst*, prope *de Waterhuizen* et extra *der A-Poort*.

Haec planta, quae ob maximam ſuam pulchritudinem, colorem multifarium, gratumque odorem florum in hortis nostris, non raro, ornamenti cauſa, colitur, in *Belgia* vocatur: STANDELKRUID, HARLEKYN STANDELKRUID, KULLETJENSKRUID, ZOTSKAP, JUFFERS TROOST, VOLG MIJ NA etc.

Secundum GORTERUM, (480) ultimum hoc nomen praesertim in Provincia Groningana usurpatur. Secundum MUNNIKSIUM, (481) a bovibus et interdum etiam ab ovibus devoratur, ab equis vero suibusque negligitur. HESSELGRENIUS affirmat, lubenter a capris devorari. (482) Apes flores diligenter expetunt.

Quia radix permultas mucilaginosas ac farinosas continet partes, cito ad fermentationem vinosam posteaque acidam transit, (quando nempe aquâ mixta est): etiam in Aceto praeparando adhiberi posset. (483) Propriâ vidi experientiâ, certam huius radicis quantitatem pulverisatam et cum aqua coctam, cito ad fermentationem vinosam transire, atque in destillatione spiritum dare: VI ℔ radicis bene pulverisatae miscui cum ℥IV *Uvae Passae* et XL ℔ aquae, dein sic per 20 minuta coxi et tum calido loco ad fermentationem seposui, ubi caloris gradus circiter 18° REAUM. erat, antea additis ℥Iß fermenti. Cito haec massa mucilaginosa ad fermentationem vinosam transibat, quamque, postquam aliquamdiu duraverat, destillavi, quando praebebat ℥XI spir. 10 gr. Haec fermentatio vinosa non diu durat, sed iam cito ad fermentationem acidam sive acetosam transit. Ex hac radice amylum non parari potest, saltem mihi non contigit: certe credo, magnam mucilaginis quantitatem, quam haec radix continet, huius rei causam esse. Quando ʒI bene pulverisata per 8 minuta cum ℥XII purae aquae pluvialis coquitur, liquorem acquirimus mucilaginosum, foeminis optime inservientem, salivae loco, in nendo. Credo, hanc radicem hunc in finem melius, saltem aeque bene aptam esse, ac *Symphytum Officinale*, quae a°. 1794. laudata est hunc in finem. (484) Utinam hac radice uterentur, eamque sanitati noxiam consuetudinem relinquerent, quia hac re tanta salivae copia amittitur, ut ciborum digestio prohibeatur, licet natura, quae semper aequilibrium tenere conatur, id, quantum fieri possit, restituat!

KNOOPIUS (485) dicit, huius radices coqui et tanquam cibum adhiberi pos-

(480) Vid. DE GORTER o. c. p. 234. n°. 727. (481) MUNNIKS, o. c. bl. 200. n°. 187. (482) Cf. HESSELGREN, o. c. p. 258. (483) Cf. CHAPTAL und PARMENTIER, Der wohl unterrichtete Essigbrauer etc. 1804. (484) Cf. Neues Wittenberger Wochenblatt 1794. B. II. (485) Vide KNOOP, o. c. p. 365.

ſe. IOLYCLERCIUS (486) etiam affirmat, radicem tritam cum lacte ſive iusculo coctam, tanquam cibum adhiberi, indeque, addito ſaccharo et pauco ſubſtantiarum aromaticarum, gratisſum parari poſſe potum. Coctis drachmis III huius radicis bene tritae cum ℥XII aquae purae, additisque ſacchari ℥III et ℥IV vini rubri, gratisſima ſapidaque acquiritur *Gelatina*, quae loco *Sago* conſumi potest. Huius radicis pulvis cum lacte paucoque fermenti mixtus, ad placentas coquendas optime inſervire posſet. Suibus haec radix etiam optimo est pabulo.

Haec radix praeſertim libidinem excitaret, coïtusque cupiditatem, uti a variis notatur auctoribus. (487) DODONAEUS narrat, foeminas in *Theſſalia* recentem radicem, cum lacte caprino mixtam, adhibere ad coïtus cupiditatem excitandam. DIOSCORIDES, pluresque alii veteres Botanici, affirmant, radices maximas, a viris eſas, in inpraegnatione pueros ſexus virilis, minimas vero radices eſas, ſexus foeminini pueros procreare. (488) Aliae plures narrationes ſuperſtitioſae ac ridiculae inveniri posſunt eundem apud ſcriptorem atque in *Natuurk. Beſchouwing van de Man en de Vrouw in den Huwelijken ſtaat. Amſt.* 1785.

Radix huius plantae continet parvam quantitatem *Ol. Aether.* quod, ſi radices coquuntur, avolat. (489) Haec radix, recenter e terra effoſſa, foetido hircino, in ſiccando tamen cito evaneſcente, gaudet, odore, continet etiam, uti iam vidimus, plurimas partes mucilaginoſas. Folia aliquantum amaro nauſeoſo et mucilaginoſo gaudent ſapore, pauco vero odore. Radix lubricantem habet vim proprietatemque; nutriens porro est, inviſcans atque aphrodiſiaca. Multum et cum bono ſuccesſu adhibetur in *Dyſenteria*, praeſertim in hoc morbo a DEGNERO (490) laudatur: inſervit porro in ulcere veſicae, in excoriatione intestinorum, variisque pectoris affectionibus, uti videre est apud ſcriptores citatos.

---

(486) Cf. IOLYCLERC, o. c. Tom. IV. p. 38. Vid. hac de re etiam HECKER, Pract. Arzneimittellehre 1819. Th. I. S. 23. — (487) Cf. DODONAEUS, o. c. bl. 377, 380. FABREGOU, o. c. T. V. pag. 297. WOYT, o. c. bl. 569. IOLYCLERC, l. c. MUNNIKS, l. c. pluresque alii. (488) Cf. DODONAEUS, o. c. l. l. (489) Vid. Berlin Jahrbuch: der Pharmacie 15ter Jahrgang 1811. (490) Vid. DEGNER, Ephem. Natur. Cur. Vol. V.

Ad usum medicum e *Sina*, *Syria*, et *Persia* allatae iis praestant, quae hisce in regionibus proveniunt, non ad usum medicum valent quia non ab omni parte in aqua fervida solvi possunt. In Pharmacopoea Batava prostant huius plantae radices sub nomine *Saleb*, et adducuntur e *Sinae* vel *Persiae* regionibus. Qui plura de huius plantae in *medicina* usu, tam prioribus, quam hodiernis temporibus, scire cupit, adeat DODONAEUM o. c. bl. 577—580. atque HECKERUM, Pract. Arzneimittellehre 1819. Th. I. S. 23—25.

XXIII.

URTICA DIOICA.

Cl. XXI.

Monoecia Tetrandria.

Planta Scabrida.

RADIX, est fibrillata, fibrosa, sobolem emittens.

CORMUS, subramosus, integer, flexilis, tenax, fibrosus, urens, strictus, fistulosus, nitidus, hirtus, angulatus, et quidem plerumque quadriangularis, angulis obtusis, subnodosus, foliosus.

FOLIUM, simplex, acutum, cordatum, oppositum, lineari-lanceolatum, acute serratum, reticuláto-venosum, subnitidum, hirsutum, urens, remotum, decussatum, patens, petiolatum.

Petiolus, eglandulosus, subpubescens, canaliculatus, opacus, verticalis, brevior folio.

INFLORESCENTIA fere non definienda, sed, uti mihi videtur, verticillato-racemosa, pedunculata, foliosa, distans, ebracteata, multiflora.

Pedunculus, multiflorus, ramosus, racemis geminis, hirsutus, opacus, teres.

FLOS, simplex, masc. et fem. in eadem aut distincta planta. *Masculi* flores, (4— phyllum.)

CALYX, Perianthium, foliolis subrotundis, concavis, obtusis.
COROLLA, nulla.
NECTARIUM, centrale, cyathiforme, integrum, inferne angustius, minimum.
STAMINA, Filamenta, quatuor, subulata, libera, aequalia, longitudine calycis, patentia, intra singulum folium, calycinum singula.
Antherae, biloculares, cylindricae.
Feminei flores, vel in distincta, vel in eadem planta.
CALYX, Perianthium, 2 — valvae, ovatum, concavum, erectum, persistens.
COROLLA, nulla.
PISTILLUM, Germen; ovatum, sessile, superum.
Stylus, nullus.
Stigma, villosum, revolutum, acutum.
FRUCTUS, Semen, unicum, nitidum, ovatum, obtuso-compressum.
BASIS, Receptaculum, carnosum, planum atque siccum.

Saepe hominis altitudinem superat haec planta, pertinet inter plantas perennes, floretque a *Iunio* ad *Septembrem*. Crescit per totam Belgiam ubique ad vias et sepes, in dumetis, in locis incultis, desertis ac ruderatis, et copiose provenit prope *Groningam* in urbis moenibus et in *Sterrebosch*.

Haec despecta planta, quae in Oeconomia maximae est utilitatis, a Belgis vocatur: GROOTE BRANDNETEL, HEETE NETEL, et GROOTE NETEL.

Varii viri docti perdiu occupati fuerunt caussâ inquirendâ, cur et quare haec plantâ tactu cutem irritet uratve, variaeque ortae sunt doctorum disputationes, quas omnes citare non necesse esse duco, quippe non ad hanc Commentationem pertinentes: — dicam tamen, HOOKIUM, LEEUWENHOEKIUM, BONAUNIUM, HALLERUM, GUETTARDUM, IOLYCLERCIUM, MARTINETUM, HOUTTUINIUM, etc. inprimis hac de re sententias suas tulisse. Cl. HECKER, *Pract. Arzneimittellehre*, 2te *Aufl.* 1819. *Th. I. S.* 518. hac de re sequentia dicit: „*Bis jetzt ist man noch nicht übereinstimmend, wodurch* „*dieser Schmerz verursacht werde; dass es auf mechanische Weise, ge-* „*schehe, dagegen streitet die Beobachtung, dass diese Haare in der trocke-* „*nen Pflanze jene Eigenschaft verlieren; dass hingegen die darin befindli-* „*che Flüssigkeit durch ihre Schärfe die Reizung veranlasse, wird dadurch* „*unwarscheinlich, weil man keinen Ausweg für sie findet, und beim Kauen* „*keine Schärfe empfunden wird. Es scheint also, als wenn die Haupt-*

„wirkung von einer eigenen, Schärfen, äuserst feinen Absonderung auf „der Oberfläche der Haare hervorgebracht werde." (†)

Haec planta maximae Insectorum copiae domicilio alimentoque est, uti videri potest apud FORSSKAHLIUM, (491) SODERBERGIUM, (492) GEDNERUM, (493) WILCKIUM (494) et RYDBECKIUM. (495) HESSELGRENIUS dicit, eam a pecoribus non consumi, (496) quod confirmant WILCKIUS, l. l. GESNERUS, l. l. pluresque alii. Id quidem locum habet, quando planta sponte crescit, quia tum caulis eius, foliaque nimis dura sunt, insectisque repleta; quando vero hunc in finem colitur, egregium est pabulum pecoribus, uti KOPSIUS affirmat, atque quotidiana experientia dilucide docet. In *Suecia*, multos iam annos, egregium tanquam pabulum pecoribus, notum atque in usu fuit, cum boves hinc multum lactis dent, (497) quod, secundum ultimum scriptorem, praepingue est, butyrumque inde praeparatum pergrato est sapore, et, tam hieme, quam aestate, luteum pulchrum colorem habet; tali modo etiam ovibus pabulo est. (498) Quando itaque pecoribus pabulo inserviet, cum aqua ad iusculum coquitur, pecorique ita pabulo est, foeni loco etiam stramento miscetur. Colitur tanquam pecorum pabulum, quod multo cum emolumento in solis sterilibus aridisque fieri potest: — quoque anno enim, unum *Iugerum* (B. JUK) XVIII dat *Vehes* (B. VOEREN): id, simul cum tractandi modo ad cultum, fuse describitur apud KOPSIUM l. l. Tanquam pabulum coctum permultum in *Maioratu Silva Ducensi* adhibetur, uti narrat KOPSIUS l. c., in *Francia* et *Helvetia* etiam copiosissime usurpatur tanquam pabulum, experientiaque docuit, talia pecora omnino libera mansisse a morbis con-

---

(†) Cl. IOHN hac in planta invenit principium quoddam proprium, sui generis, quod *principium urens*, (G. *brennstoff*) vocavit. Vide IOHN, Chem. Untersuch. B. I. Tab. X. atque IOHN, Chem. Tabellen in Fol. S. 59. atque *Vorerinnerung*, seite X. (491) Cf. FORSSKAHL, o. c. p. 303. (492) Vid. OLA ISODERBERG, Specim. de Curiositat. Natur. in LINN. Amoen. Academ. Vol. I. p. 436. (493) Vide C. GEDNER, Cui Bono? in LINN. Amoen. Acad. Vol. III. p. 238. (494) Cf. H. C. D. WILCKE, Politia Natur. in LINN. Amoen. Acad. Vol. VI. p. 25. (495) Vid. RYDBECK, o. c. p. 249. (496) Cf. HESSELGREN, o. c. p. 259. (497) Cff. B. HORNBORG, Transmutatio Frumentorum, in LINN. Amoen. Acad. Vol. V. p. 108. Flora Oeconomica, o. c. p. 378. Cl. I. KOPS, o. c. Dl. I. Pl. XXX. (498) Cf. Schweedsche Verhandelingen, an. 1747. bl. 86.

tagiosis atque epidemicis. (499) Vertices huius, in florendi tempore collectae, et sic siccatae, hieme coquuntur, ut suibus pabulo inserviant, (500) quod etiam ipse vidi. Huius semen siccatum equos praepingues reddit atque luculentos: hunc in finem avenis additur ad manipulum bis in die. (501) Semen etiam avibus salubre est, praesertim *Gallopavonum* pullis; furfure mixtum (502): — alii dicunt, folia tenella consciss̄a, cumque ovi albo mixta, optimum gratumque *Gallopavonum* pullis praebere alimentum. (503) WEISENBECKIUS o. c. S. 221. dicit; diligenter cavendum esse, ne *Gallopavonum* pulli propius ad *Urticas* accedant, quia cito inde paralytici fiunt. GMELINUS o. c. S. 95. affirmat, aves *Canarienses* (B. KANARIE VOGELS) hanc plantam etiam lubenter devorare. Secundum WEISENBECKIUM, l. l. folia tenella contusa et tritici furfure mixta, gratum et salubre pullis *Anserinis* praebent nutrimentum, et DODONAEUS dicit, l. c. *Gallinas*, per totam hiemem, ova posituras esse, quando folia sicca *Urticae* alimento illarum permiscentur.

Ex semine oleum paratur, in Lampadibus usitatum, uti affirmat PORTA IN VILLA p. 489. Ex hac planta etiam optima albaque parari potest charta, in Gallia *Papier d'Ortie* nomine insignis; (504) in hac operatione non opus est scrutorum additione. POPPIUS o. c. dicit, chartae praeparationem ex omnibus substantiis vegetabilibus, perdiu iam apud *Sinenses* notam usitatamque fuisse; et quando Cl. BECKMANNI o. c. Abschn. 5. S. 137, — dicta consideramus, non mirum nobis videbitur, humanum ingenium intentum fuisse in materiam, tam utilem, non tantum e scrutis, sed etiam e substantiis vegetabilibus praeparandam. Maximae utilitatis est in Oeconomia, ad fila paranda *Lini Cannabisve* loco, quod iam 300 ante annos a LOBELIO (505) descriptum

(499) Cff. ROZIER, Cours Complete d'Agriculture Tom. VII. p. 336. — VAN GEUNS, in de Verhand. van de Holl. Maatsch. v. Wetensch. te Haarlem. Dl. XXVI. bl. 236. — BUCHOZ, Manuel Economique des Plantes pag. 33. (500) Cf. Hannover. Magazin 1785. B. I. S. 357. (501) Vid. Oconom. Patriae n°. 35. HOUTTUIN, l. l. Cl. KOPS, l. l. (502) Cff. MUND, von Unkraute, S. 291, 292. APHONIN, Usus Histor. Natural. in LINN. Amoen. Academ. Vol. VII. p. 412. (503) Vid. Flora Oeconom. o. c. p. 378. HOUTTUIN o. c. l. l. (504) Cff. Cl. KOPS, l. l. IOLYCLERC, o. c. Tom. IV. p. 57. I. I. C. SCHÄFFER, Wiederholter Versuch. etc. o. c. BÖHMER, o. c. Th. II. S. 467. POPPE, o. c. S. 279. § 2. (505) Vid. LOBEL, Kruidboek, Antw. 1581. bl. 617.

laudatumque est. Pervariae sunt materiae ex hac planta confectae; una vero voce testantur scriptores, hanc plantam ad terendum egregie aptam esse, sive solam, sive aliis substantiis mixtam, optimeque *Lini Cannabisque* locum occupare posse. Non solum id apud eruditos populos, verum etiam apud maxime barbaras nationes locum habet. In usum descinditur, quando suprema folia nigrescunt, dein maceratur, donec fila flava evadunt, caules magni siccati cum malleo ligneo feriuntur, caules tenues parvique tamen tanquam linum tractantur. Nimis extensus in hac re deberem esse, (cum facili modo magnum librum hac de re componere possem) si varias substantias, quae inde praeparantur, tractationemque, additis simul rebus peculiariter observandis, enumerare vellem: et hanc ob causam sequentia opera laudo, in quibus fuse hac de re agitur. (506) Magna copia auctorum (inter quos praeclari inveniuntur viri) manifestum est indicium, rem esse maximi momenti: — Cl. HERMBSTÄDTIUS l. c. dicit: „*Mehr als die eben genannten stelvertreter des Flachses und des* „*Hanfes verdienen die verschiedenen Arten, der Nesseln hier einer Erwäh-* „*nung, die man sehon um die mitte des achtzehnten Jahrhunderts, durch* „*eine dem Flachs ähnliche bearbeitung, zu feinem Nesselgarn nannte, das* „*Nesseltuch hiess*," et paulo ulterius in eadem §: „*Sie verdienen aus der* „*vergessenheit hervorgezogen zu werden.*" Clariss. nostras KOPSIUS, etiam affirmat, hanc plantam hunc in finem, bono successu, adhiberi posse, dicit enim: „*Van den steel kunnen draaden als van Hennip en zelfs als van Vlasch ge-*

---

(506) Cff. Breslauër Sammlung, XXVI. Versuch. Novemb. 1723. ZINKENS, Leipziger Samml. St. XX. S. 747. STELLERS Beschreib. etc. o. c. S. 83. PALLAS, Reise, etc. o. c. B. I. S. 436. Iournal Oconomique Sept. 1766. p. 386. Hannov. Magazin. B. II. S. 58, 82. anno 1771. VAN GEUNS, o. c. bl. 271, 272. GMELIN, o. c. S. 90. Hannov. Magaz. ann. 1775. St. II. et 1785. St. XXIII. Hamburg. Magazin. B. XXXVII. S. 86. Schwedische Abhandl. Th. XXXVI. HOUTTUIN, l. l. BECKMAN's Beytrage zur Oekonom. Th. I. S. 149. Stralsund. Magazin. St. V. S. 423. IOLYCLERC, l. l. WEIZENBECK, o. c. S. 221. BECKMANN, Oekon. Phys. Biblioth. B. III. S. 189. BROMELIUS, in Comment. Bononiens: Tom. VI. p. 118. BÖHMER, o. c. Th. I. S. 543. POPPE, o. c. S. 162. § 1. HERMBSTÄDT, o. c. S. 120. § 199. A. HOPFNERS, Magazin fur die Naturk. Helvetiens B. III. S. 145. — an. 1788. Atti della Soc. di Milano p. 205. LOUREIRO, o. c. p. 683. Botan. Magazin. St. II. S. 153. ROSSIG, Technologie, S. 118. HOLMBERGER, in Schwedische Abhandl. 1774. S. 257. Cl. I. KOPS, o. c. pluresque alii.

„*wonnen worden*, *waarvan ik gelukkige proeven die in ons Vaderland geno-* „*men zijn*, *gezien heb.*" Fila hinc praeparata, etiam ad suendum adhibentur adque funes, et incolae *Camtschatkae* inde retia sua conficiunt. (507) Secundum THUNBERGIUM, (508) in *Iapania* ex his filis fortissimi laquei conficiuntur, qui varium in usum inserviunt, atque, secundum NESTOREM, anno 904, iam apud *Baskiros* ex hac planta navium vela conficiebantur. (509)

Apud *Aegyptios*, secundum GMELINUM o. c. S. 92, praesertim in usu est, oleum ex huius plantae semine exprimere; et IOLYCLERCIUS addit, semen permultum olei dare.

Caules siccati huius plantae autumno colliguntur et ad cremia paranda adhibentur. Inservit etiam in arte tinctoria haec planta. Radice cum pauco *Aluminis* atque *Anthemidis Tinctorii* coctâ, inde fit pulcherrimus luteus color (510) et quidem inprimis lanae inde pulcherrimum colorem acquirunt; secundum DAMBOURNEIUM tamen, (511) hic color non durabilis est, et sic parvi in Oeconomia momenti. Cum radicibus, nonnullis in locis, ova luteo colore inficiuntur, et quidem praesertim in festo Paschali, uti narratur a IÖRLINO. (512) Haec planta, secundum POERNERUM, (513) cum aqua cocta, subviride dat decoctum, inque eo materiae subviridi colore tinguntur; addito *Alumine*, color magis luteus fit et non subviridis videtur. DAMBOURNEIUS varia cum hac planta instituit experimenta, nullum autem spei eius satisfecit.

Quando chalybs candens Urticarum succo exstinguitur, molliorem acquirit, et vero etiam ductiliorem, qualitatem. (514) Secundum eundem scriptorem, folia saepe adhibentur, ad foetidum odorem ex diaeta demendum, in qua cadaver sepositum est, cum, hunc in finem, folia, magna quantitate solo inspergantur: in nota dicit, se id propria experientia affirmare posse. (§) Quan-

---

(507) Cff. STELLER, in o. c. l. l. Stralsund. Magazin. St. V. S. 423. LOUREIRO, o. c. l. l. (508) Vide THUNBERG, Flor. Iapon. p. 71. (509) Cf. Abhandl. der Petersburg. Oekonom. Gesellsch. Th. VI. S. 78. (510) Cf. LINNAEUS, Reise durch Oeland S. 241. HOUTTUIN, l. l. (511) Vid. DAMBOURNEY, o. c. S. 213. (512) Cf. E. IÖRLIN, Plant. Tinctor. in LINN. Amoen. Acad. pag. 336. (513) Vide POERNER, Versuche und Bemerk. zum Nutzen der Farbekunst. Leipzig 1772. Th. III. S. 604. (514) Cf. HOUTTUIN, o. c. l. l. (§) Prioribus temporibus plurimum usitatum fuisse videtur, detegere per huius plantae folia, num aegroti recreandi essent, morirenturve. Hunc in finem folia recentia aegroti urinae inmittebantur, et postquam in ea

do manus in aqua, in qua radices huius plantae coctae sunt, lavantur, cutis valde mollis albaque evadit, uti affirmat DODONAEUS. Quando caro coquitur, inque ollam folia aliquot urticae iniiciuntur, caro citissime excocta mollisque fit. (515)

Verno tempore, quando primum e terra prorumpit, loco *Acetariorum*, *Rumicis*, *Brassicae*, *Spinagiae* etc. praecipuum obtinet locum: (516) tali modo vere plurimum a ruricolis in iusculo (B. sic dicto *Kruidje Moes*) adhibetur.

Eius radicis odor parvus est, sapor vero aliquantum amarus; foliorum, (quae tactu urunt) sapor odorque vegetabiles sunt oleraceae, aliquantumque adstringentes. Prioribus temporibus haec planta multum usitata fuit, iam vero Medico parvi est momenti, quia fere nunquam adhibetur. Plantae semen acri fervido est sapore, et ab antiquis virulentum habebatur, uti narrat HOUTTUINIUS l. l. ETTMULLERUS tamen dicit, semen adhiberi posse ad nimiam corpulentiam demendam, quod apud *Italos* praefertim in usu esse videtur; (517) quodque in *Bresl. Sammlungen* 1718. *B. II. S.* 80. confirmatur. Folia caulesque, externe applicata, sunt stimulantia atque vesicantia, et talibus in morbis, ubi vesicantia adhibenda sunt, haec planta cum fructu adhiberi potest. (518) Praecipuus eius usus hodiernus externe est in *Paralysi*, per flagellationem, quod *Urticatio* vocatur, et CELSI iam tempore notum erat. (519) Prioribus temporibus mirificae plantae adscribebantur vires proprietatesque, quas omnes recensere tempus non sinit, quia peculiariter Oeconomicum usum definire debemus, multa vero de hac re apud DODONAEUM exstant, quique plura de eius usu Medico in genere scire cupit, adeat subse-

---

per 24 horas macerata essent, exsumebantur; quando folia viridia manserant, signum id erat, aegrotum recreandum esse, sin vero marcida evaserant, aegrotus certe moriretur, vel subiret periculosum morbum. Cf. hac de re P. VAN ENGELEN, Herbarius Kruydt- en Bloemhof, etc. 1663. Dl, II. Cap. CCXXXVII. bl. 163. DODONAEUS, l. l. (515) Cf. REMBERTUS DODONAEUS, o. c. l. l. (516) Cff. DODONAEUS, l. c. HOUTTUIN, l. l. WELZENBECK, l. l. Flor. Oeconomica, o. c. p. 378. HIORTH, o. c. p. 95. SCOPOLI, o. c. p. 428. KNOOP, o. c. bl. 968. ROZIR, o. c. p. 337. (517) Vide ETTMULLER, Dissert. de Corpulentia nimia. Leipz. 1618. p. 46. (518) Cf. Cl. THOM. A THUESSINK, o. c. bl. 949. (519) Vide A. F. HECKERS, Pract. Arzneimittellehre 2te Aufl. 1819. Th. I. S. 518.

quentes auctores. (520) WEIZENBECKIUS, o. c. l. l. folia, *Theae loco*, adhiberi posse, contraque odonthalgiam, *Tabaci* loco, inservire dicit.

Nobis, omnem huius plantae usum utilitatemque homini attente considerantibus, ab omni parte *Dei Optimi Maximi* erga nos benignitas conspicua fit: — videmus praeterea, parvam licet, oculoque nostro despectam plantam, non fine fine sapiente adesse, et hanc ob causam recte dicit Cl. GMELINUS: „*So schmerzhaft auch immer die Empfindung seyn mag, welche ein unvorsichtiges „Berühren dieser Pflanze verursacht, und so sehr sie aus eben dieser ursache, wenn sie schon angewachsen ist, von dem Vieh, und besunders von „dem Wollvieh verachtet wird; so mannigfaltig ist doch der Nutzen, den sie „sowohl in dem gemeinen Leben, als in der Arzneykunst leistet.*"

XXIV.

MYRICA GALE.

Cl. XXII.

Dioecia Tetrandria.

Planta Amentacea.

RADIX, est Rhizomatoïdea, lignosa, ramosa, integra, fusiformis, brunnei coloris.

(520) ARETAEUS, in Curat. Lethargic. Cap. 2. V. 32. HOUTTUIN, o. c. Dl. II. St. XI. bl. 225—231. FAUREGOU, o. c. Tom. VI. p. 345. SCOPOLI, o. c. p. 428. LINNAEUS, Mat. Med. p. 240. N°. 565. IOLYCLERC, o. c. Tom. IV. p. 57. KRAUSS, o. c. Dl. II. bl. 11. DU MONT DE COURSET, o. c. Tom. VI. p. 370. Cl. THUESSINK, o. c. l. l. Cl. KOPS, l. l. HECKER, l. l.

CORMUS, Truncus, suffruticosus, subramosus, integer, sparsus, retroflexus, flexilis, tenax, foliosus, adscendens, erectus, inermis, fructificans, teres, enodus, solidus, lignosus, badii coloris.

FOLIUM, simplex, lanceolatum, integrum, apice subserratum, sessile, glabrum; subglutinosum, nitidum, subdimidiatum, enervium, venosum, membranaceum, sparsum, alternatum, reflexum, basi cuneatum.

INFLORESCENTIA, irregularis.

Pedunculus, multiflorus, scapiformis, sessilis, e caudice intermedio, vel e caule sarmentoso oriundus.

FLOS, Compositus, masc. et fem. in eadem planta.

Masc.

CALYX, Amentum, ovato-oblongum, undique imbricatum; laxum; constans.

Squamis, unifloris, lineatis, obtuse acuminatis, ovatis, concavis. *Perianthium* proprium, nullum.

COROLLA, nulla.

STAMINA, Filamenta, quatuor (rarissime sex), filiformia; libera, brevia; erecta, conniventia.

Antherae, magnae, didymae, muticae, lineares, lobis bifidis.

Femina.

CALYX, ut in mare.

COROLLA, etiam nulla.

PISTILLUM, Germen, subovatum, superum.

Styli, duo, subulati, subincurvi, filiformes, calyce longiores.

Stigmata, simplicia, acuta.

FRUCTUS, Drupa, I sperma vel unilocularis.

Semen, unicum, nitidum, liberum, ovatum, vitellini coloris.

BASIS, Receptaculum, concavum, parvum, siccum.

Est Frutex, qui altitudinem acquirit 4 pedum, quique *Aprili* et *Maio* floret. Crescit in locis sabulosis, paludosis, turfosis et desertis incultis, ubique in Patria nostra.

In Provincia Groningana passim copiose invenitur pone *Haren* ad viam, versus *de Waterhuizen*, prope *Harender-Molen*, ad viam versus *Onnen* et

Noordlaren, prope *Glimmen*, *Peise*, *Kropswolde*, *Roderwolde*, et *Sebaldeburen*.

Hinc plantae fruticosae, quae forsan *Rhus Sylvestris* PLINII est, in Belgia nomen est: GAGEL, POST, BRABANDSCHE MYRTHE, INLANDSCHE THEE, SMEERBOOMPJE, et propter foliorum et odoris quandam cum *Thea* similitudinem, DRENTSCHE THEE, cum in Drenthiae vicinae ericetis prae ceteris crescat.

Folia illius, *Theae* loco, etiam adhiberi possunt, uti narrat TILLAEUS, (521) quod a SIMONE PAULI, *Theae Europaeum aut nostras*, *Monograph.*, IOLYCLERCIO, o. c. *Tom. III.* p. 486. atque DU MONT DE COURSET, *o. c. Tom. VI. p.* 407, confirmatur.

Sueci, pluresque alii populi, prioribus temporibus, eam adhibebant, *Humuli* loco, in cerevisia coquenda. (522) MARTINETUS affirmat, fruticis huius Baccas antea tam copiose hunc in finem adhiberi, ut in *Brabandia* peculiaris hinc orta fuerit Mercatura; et Doct. nostras MIGNON (523) dicit: „*Celebris quondam erat in Patria nostra, et in regione Hollandica praesertim „ingenti copia a Rusticis colligebatur, et in foro nundinarum tempore vena„lis deferebatur; etiam vectigalis constituti et pro importatione maioris quan„titatis solvendi mentio fit.* „„*Vid. Charterboek van Holland*, *3de D. p.* 363. „„*ad annum* 1580.”” „*Addit in nota* MIERIS: „„*Gagel, een soort* „„*van besfen, van welke door kooken wasch wordt gemaakt, 't welk tot* „„*kaarsfen gebruikt wordt.*”” Noxias ob propietates, quas talis cerevisia possidet, usus illius diu iam sepositus est. BECKMANNUS o. c. S. 171. § 12. huius usum, ad cerevisiam parandam, in Suecia vetitum esse dicit; tamen nuper adhuc a pauperibus hunc in finem variis in septentrionalis Europae regioni-

---

(521) Cf. P. C. TILLAEUS, Potus Theae VIII. Succedanea, in LINN., Amoen. Acad. Vol. VII. p. 243. (522) Cff. HIORTH, o. c. p. 96. Flora Oeconomica, o. c. p. 383. MARTINET, Katechismus der Natuur Dl. III. bl. 389. HOUTTUIN, o. c. Dl. II. St. VI. bl. 347. IOLYCLERC, o. c. Tom. III. p. 486. BECKMANN, o. c. S. 171. § 12. BÖHMER, o. c. Th. I. S. 464. LINNAEUS, Flor. Suecica p. 357. (523) Vide I. D. MIGNON, Specimen Medicum Inaugurale, sistens Observationes quasdam, Patrium solum spectantes. 1805. p. 11. —

bus recepta fuit. (524) In *Norvegia* folia Tabaco permiscentur, laudaturque haec mixtio tanquam innoxia ſapidaque. (525). Secundum BURGDORFIUM, (526) hac planta utuntur corii paratores in officina coriaria.

Secundum KALMIUM, (527) ſemen in *America* a foeminis adhibetur, ad lanas luteo colore communicandas; et hunc in finem etiam in *Anglia* folia inſerviunt. (528) Praeclarus DAMBOURNEIUS (529) aliquot inſtituit experimenta, ad explorandum, num forte haec planta cum emolumento in arte tinctoria adhiberi poſſet, experientia vero docuit, ramulos tenellos colorem dare, non tamen laudandum. Ramuli ſiccati atque folia, in vestiariis ponuntur, gratum ob odorem, et vero etiam, quia tineas aliaque inſecta pellunt. (530) GORTERUS dicit, dolia, quibus carnes ſalitae hieme ſervantur, huius odore prius imbui, rusticosque ramulos lectis ſupponere, ad fugandos pulices et pediculos. (531) LINNAEUS recte rogat: nonne fieri poſſet, ut ex hoc frutice *Camphorae* ſpecies destillaretur? (532) A BERKHEIO, l. l. laudatur contra glareae diſſipationes. In *Virginia*, *Carolina*, et *Penſylvania* altera est huius plantae ſpecies, *Myrica Cerifera* vocata, maior tamen, magisque arbori ſimilis. E baccis maturis huius *Americani* fruticis cerae ſpeciem exprimunt valde inſervientem, ad conficiendas candelas. (533) Permulti ſunt, qui in hoc frutice erraverint; cum *Myrica Gale* etiam a nonnullis ſcriptoribus tradatur, tanquam ad cerae ſpeciem praeparandam; praeclarus ſaltem nostras VAN DER HAAR (534) id dicit: — BÖHMERUS (535) MARTINETUS (536) DU MONT DE COURSET, (537) pluresque alii, (538) tamen teſtantur, talem etiam materiam pin-

---

(524) Cf. Doct. MIGNON, o. c. p. 12. (525) Vide FABRICIUS Reiſe nach Norwegen, S. 356. VALMONT DE BOMARE, Algemeen Beredeneerd woordenboek, in voce *Gagel.* (526) Vide BURGDORF, Nachricht von Erziehung der Holzarten S. 182. (527) Cf. KALM, o. c. Th. III. S. 532. LINNAEUS, Iter Scanicum, p. 293. (528) Vide VOLKMANN, Reiſe durch England Th. III. S. 215. (529) Cf. DAMBOURNEY, o. c. S. 207. (530) Vid. DALECHAMP, Herb. Lugd. Lib. I. Cap. XXXVIII. pag. 110. Flora Oeconomica, p. 383. HOUTTUIN l. l. IOB BASTER, o. c. p. 189. MIGNON, l. c. (531) Cf. DE GORTER, o. c. p. 266. (532) Cf. LINNAEUS, Flor. Lapponica S. 373. (533) Vide KALM, o. c. Th. I. S. 85. (534) Cff. VAN DER HAAR, in Hedendaagſche Vaderland. Letteroefeningen Dl. I. N°. 8. Mengelwerk, bl. 333. MURRAY, Apparat. Medicam. Tom. I. p. 74. (535) Vid. BÖHMER, o. c. Th. I. S. 675. (536) Vid. MARTINET, o. c. Dl. III. bl. 389. (537) Vid. DU MONT DE COURSET, o. c. Th. VI. p. 407. (538) LINNAEUS, Flora Suecica. p. 357.

guem e *Myricae Gales* baccis acquiri posse, BÖHMERUS vero l. l. et DU MONT DE COURSET, l. l. dicunt, eam perexiguam esse. RUMMELIUS dicit, se ex hoc frutice non praeparare potuisse materiem cerinam, (539) quod confirmat Doct. MIGNON, (540) dicendo: „*Experimenta, ad cerae* „*speciem inde obtinendam instituta, successu caruere.*" Facile tamen, duae hae plantae a se invicem distingui possunt, cum *Myrica Gale* 4 habeat Stamina, siccasque baccas, *Myrica Cerifera* contra, 6 Stamina, baccasque succulentas.

Ab equis devoratur, boves vero, oves, suesque eam recusant. (541) In hortis non raro ornamenti causa colitur. (542)

Grato, gaudet e longinquo se dispergente et inopinato caput induente, odore; qui vertiginem cephalalgiamque efficit, siccata vero, effectus hicce valde minuitur. Haec planta, penitus neglecta, qualitate suâ aromaticâ, amarâ, balsamicâ, magnum certe spondet in variis morbis emolumentum, sed fere nunquam adhibetur. Herba huius plantae cocta scabiem sanat, si nempe externe applicatur, etiam pediculos atque pulices fugit. (543) Quando foeminae, secundum DODONAEUM bl. 1201, huius herbae infusum bibunt, steriles evadunt!

BÖHMER, o. c. Th. I. S. 675. Aanmerkingen over I. F. MARTINET's Katech. der Natuur Dl. III. bl. 191. — (539) Cf. Brief aan Professor SCHWENCKE over het *Smeerboompje.* (540) Vid. Doct. MIGNON, o. c. p. 12. (541) Cf. MUNNIKS, o. c. p. 200. n°. 190. (542) Vid. IOLYCLERC, atque DU MONT DE COURSET, l. l. (543) Cff. HOUTTUIN, l. l. LINNAEUS, Mat. Med. p. 254. n°. 597. MUNNIKS, l. l. MIGNON, l. l. pluresque alii.

Ecce igitur *Viri Clarisſimi!* ſtudii mei ſpecimina, quae licet parva, offerre vobis tamen audeo, quaeque ſi minus accurate imperfecteque tractaverim, indulgentiae ac facilitati Veſtrae commendo. — Quidquid vero ſit, certum tamen est, multos fructus in componenda Commentatione me collegiſſe, qui me cum IOLYCLERCIO exclamare cogunt:

„*Que de propriétés, que de vertus, dans*
„*la moindre des herbes que je foule sous*
„*mes pas! il n'en est pas une seule qui*
„*ne fut en droit de me demander raison*
„*de mon ignorance ou de mon mepris.*
„*Que l'homme s'il le veut, peut être*
„*heureux! tout dans l'univers se rap-*
„*porte á lui, tout a été créé pour lui;*
„*c'est lui qui partout après* DIEU *oc-*
„*cupe le premier rang.*"
„IOLYCLERC; *Phytologie Universelle.*
„*Tom. I. in Avant-Propos. p. IX.*

ADAMI GODOFRIEDI SCHULTZ

DOCCUMO FRISII,

MEDICINAE IN ACADEMIA, QUAE GRONINGAE EST, STUDIOSI

COMMENTATIO

AD

QUAESTIONEM:

E PHYSIOLOGIA PLANTARUM AB ORDINE DISCIPLINARUM MATHEMATICARUM ET PHYSICARUM,

IN

ACADEMIA GRONINGANA

PROPOSITAM,

ANNO CIƆIƆCCCXX.

QUAENAM EST AD ANTHERAS POLLINIS FORMATIO EIUSQUE EVOLUTIO? E QUIBUSNAM CONSTAT PRINCIPIIS? QUIBUS MODIS ET VIIS POLLEN TRANSFERTUR AD PISTILLORUM STIGMATA? QUAMNAM EXSERIT ACTIONEM AD GERMEN FOECUNDANDUM, AN VITALEM, SEU DUNAMICAM, AUT MATERIALEM, ET PER QUAE TUNC ORGANA?

QUAE PRAEMIO ORNATA EST.

INTRODUCTIO.

Nulla totius Phyfiologiae pars tantas movit fententias ac certamina, quam illa de fexu plantarum. Has fententias colligendas esfe optimamque electam firmandam certisfime voluit Facultas disciplinarum Phyficarum et Mathematicarum, proponens quaestiones, ad quas refpondeat Belgica iuventus.

Quaenam est ad Antheras Pollinis formatio eiusque evolutio? E quibus nam conftat principiis? Quibus modis et viis Pollen transfertur ad Pistillorum Stigmata?

Quamnam exferit actionem ad germen foecundandum, an vitalem feu dunamicam, aut materialem, et per quae tunc organa?

Huius utriusque quaestionis momento quum captus fim, mihi obrepfit cupido vires exiguas operi huic impendendi, ut, quantum posfim, fcopum attingerem.

Libros hunc in finem conquaerenti mihi occurrit opus recentisfimum HENSCHELII, *von dem Sexualität der Pflanzen* 1820, quod cum perlegerem, ex profesfo a Profesfore confcriptum, iam iam primitias relinquere, nec pergere mihi vifum fuit. Auctores vero ab illo citatos, CASSINI tractatus de *compofitis*, *Journal de Phyfique* anni 1818, et ipfa experimenta HENSCHELII confulenti mihi

animum addebant, ut rurfus remisfa fila ducere tentaverim. Omnes recenfiones collatas in HENSCHELIUM, quantum poteram, confului attulique, ut quae reddidit Cl. HENSCHEL infirmiora firmarem, vera pro falfis adducerem, et defiderata adderem, unde emolumentum caperet Scientia Phyfiologica. Quum autem putarem, commentationem nullam adducturam esfe utilitatem, nifi HENSCHELIO, quantum vires finebant, refutato, nonnullis locis haecce commentatio formam recenfionis accepit; eius vero mutandi vel transformandi nec permittebat lex, nec iuveniles vires fufficiebant, nec tempus ftudiis impendendum.

Quum in florum organis pollinis fiat formatio; atque evolutio, fimulque continueantur partes fructificandae, breviter eas defcribere, non incongrue mihi videtur.

Plurimi flores circumdantur Calyce: in *Graminibus* gluma dictus, Anthodium florum compofitorum etc.

Hic vestitus est epidermide, et externe habet ftomatia, (1) (Criterium calycis SPRENGELII) quae autem, uti LINK testatur, (2) et in nonnullis corollis inveniuntur, quum in calycibus coloratis inveniuntur pauca, quare non per fe Calycis criterium conftituunt. Conftat calyx e contextu cellulofo, firmo, perpaucis vafis fpiralibus intertexto. Hic eo tendere videtur, ut flores defendat ab iniuriis tempestatis, et etiam nutriat, quare floribus, quibus calyx deest, corolla est fortior. Oxygenium largiuntur virides, non colorati. Quantum producant, legitur apud SENEBIER. (3) LINK obfervavit *Lactucae fativae* calycem, fi attingatur, guttulas edere lacteas. (4)

Corolla verum est integumentum partium fructificationis, fic Stamina florum elastica tam diu hac funt inclufa, quam operi funt idonea, v. c. fpecierum

(1) SPRENGEL Anleitung zur kenntnisz der Gewächfe 1 Th. S. 316, 317. 1 ausgabe. (2) LINK Grundlehren der Anatomie und Phyfiologie der Pflanzen S. 109. (3) SENEBIER Phyfiologie vegetale Tom. II, pag. 38. (4) LINK Libro citato S. 95.

Medicaginis. Conſtat e textu celluloſo, vaſorum ſpiralium reticulo, ad marginem inter ſe contexto; (5) vaſa prolongata (ſuccifera) ad infimum petali, quo vaſa ſpiralia coëunt, inveniuntur. In ſuperficie, non epidermidem totius plantae communem habent, verum cuticulam, quae in verrucas elevatur, infra quas principium colorans cellis minimis incluſum invenitur. (6)

Per eas ſecernit planta humorem, qui nitidam faciem illis conciliat, ex. gr. *Pelargonium hybridum.* (7) In aliis odores ſecerni videntur, in aliis non, quia et alii, qui eas non habent, odorem ſpargunt. Odorum horum vehiculum univerſale, ut videtur odorum omnium, est hudrogenium. Sic e *Tropaeolo maiori*, et *Dictamno albo*, illud gas cum Phosphoro combinatum eſſe videtur. Cum Carbonio iunctum in *Belladonna*, *Cystro*, *Melianthо*, ſic et Olea ſpargunt Plantae; uti *Roſa*, flores *Lavendulae*, *Roris marini.* Ex combinatione hudrogenii, carbonii, ac azoti, ſaepe oriuntur odores foetidi; ſic *Stapelia* odorem edit carnis putreſcentis, ita ut muscae alliciantur, ut ova iis imponant. Hic odor in nonnullis plantis alio reſidere videtur principio, nam *Melilotae* ac *Valeriana Celtica* odorant, per ſecula in herbariis conſervatae. (8) Supra quae diximus de *Dictamno albo*, non congruunt cum ſententia HUMBOLDTII, qui flammam coeruleam, candela admota, nocte obortam, non derivat a gas hudrogenio Phosphorato, verum ab oleo, cuius hudrogenium in oxygenio athmosphaerae potest accendi. (9)

Lucem, quam filia LINNAEI vidit ad flores *Tropaeoli maioris* in aeſtate tempore veſpertino, conſpexit HAGREN a°. 1763. ad flores *Calendulae officinalis* et in floribus coloris rubicundi, nitore vivido; ad *Capucinum*, *Lilium rubrum*, *Dianthum Indiae*, *Tagetem patulam erectam*, menſibus Thermidor ac Fructidor. Non productam animalibus Phosphorescentibus adſcribit, verum attritui pollinis cadentis in petala, producentis electricitatem. SENEBIER adſcribit inflammationi ſubitaneae, quamvis illi, nec INGENHOUSIO umquam ea fulgura videre contigit. (10)

---

(5) SPRENGEL L. C. 1 Th. T. ab VIII. Fig. 40. a-ausgabe. (6) SPRENGEL L. C. Tab. VIII. Th. 1. Fig. 41, 42, 43. Principium colorans 2 ausgabe. (7) SPRENGEL L. C. S. 319. 1 ausgabe. (8) SPRENGEL L. C. 2 ausgabe 1 Th. S. 159. (9) VON HUMBOLT Aphorismen aus den Chemiſchen Phyſiologie der Pflanzen überſetzt von FISCHER S. 116. (10) SENEBIER L. C. T. II. pag. 20.

Praeterea ad Corollae inferiorem partem fecernitur Succus dulcis; Nectar. Quod illum fecernit, organum, Nectarium dicitur, vel glandula, uti in *Sinapi*, vel fquama in *Braffica*, vel porus in *Ranunculo*. (11)

Ceterum LINNAEUS 130 generibus plantarum nectaria adfcribit; quorum nonnulla carent iis, fic BÖHMER 69 ex iis habere credit, in 25 abesse, et in 36 dubia. In *Orchideis* non negari posfunt, quamvis loco ut videtur minus apto fint locata, in *Cymbidio Aloëfolio* ad bafin germinis prodit nectar; ad *Biorchin bifoliam* in acumine calcaris.

Carent *Cyperoideae*, *Gramina*, *Arbores acerrofae*. Mirum, quod in plantis, quae fefe flore vix distinguunt, nectaria proprium odorem fpargunt, uti *Salices*. (12)

Non variae conformationis Nectariorum adferemus exempla, de quibus SPRENGEL confulantur et B. M. HALL. (13)

Sic et omittimus, quae Nectar defendunt, Nectarothecas. Necesfaria esse Nectaria patet ex experimento PONTEDERAE, qui vidit grana *Aconiti lutei* mori, quia illa orbaverat Nectariis. Nectariis praeterea adustis, omnia ova male cedunt. Sic Apes, quum nimis frequentant flores, hi fructus non maturos edunt, uti *Polygonum fagopirum*. Huic fini infervire praecipue videntur nectaria, quae liberent plantas a nimis quantitate oxygenii, nam mel est mucilago oxydata, cum acido oxalico et malico conftet.

Stamen dividitur in duas partes, filamentum et Anthera. In nonnullis autem plantis filamentum abest: v. c. in *Orchide bifolia*. Oriuntur filamenta e corolla, vel e pistilli fundo, fi oriri videntur e calyce; calyx interne est corollinus, uti in *Daphne*: Pistillo infident in *Polygoneis* et *Atripliceis*: Si corolla est Monopetala, Stamina huic impofita funt: fi est polypetala in receptaculo, raro in Corolla; uti in *Lichnideis*, *Haemodoro*, *Lorantho*. In *Asperifoliis* tali modo funt concreta, ut huic immediate contiguae esse, et in corolla fila Antherarum tranfire videantur, uti in *Lycopfi*, *Onosma*, *Asperugine*. Origo ftaminum in *Afaro* patet fi caulis abfcinditur, nam fila

---

(11) WILDENOW, Handboek der Kruidkunde vert. door WTTEWAAL bladz. 107. (12) SPRENGEL L. C. Anl. 2 ausg. S. 163. De Nectariis. L. C. Anl. 2 ausg. S. 164. (13) B. M. HALL Nectaria florum Amoen.. Acad. LINNAEI V. VII. pag. 263.

duodecim purpurea conspiciuntur, in substantia lignosa, quae in filamentis definit. (14)

Petalum in fine Pollen gerit in *Nymphea alba*, *Canna Indica*, ad marginem Laciniae Anthera prodit in *Pancratio*. Filamenta concretione liberata et receptaculo imposita, in *Ranunculaceis*, formam petali recipiunt in *Campanulis* et *Alliis*, quae LINNAEUS insignivit, filamentis basi delatatis. Stamina invicem concreta corollam quasi constituunt in *Polyadelphia* LINNAEI. Non cum GÖTHE petalum (15) emaciatum stamen voco, magis cum LINKIO petalum contractum vocamus, Petalisque praestantiora, Stamina sentimus, quia si filamenta in petala mutantur, haecce monstrosa fiunt; quia propter humorum maiorem adfluxum, succi minus elaborati, parenchumate adaucto, filamentum extendunt.

Pleraque Stamina articulata inveniuntur, sic semper in *Syngenesistis* in duas partes divisa, quarum inferior, longior, superior brevis et substantiae differentis; eam ob rem hanc familiam insignire vult CASSINI nomine *Androtomorum*. (16) In aliis pluribus articulis constant minutissimis, quibus attactis, vi elastica exporriguntur, uti in *Parietaria officinali* obtinet.

Stamina sponte moveri videntur in *Cacto opantia*, *Berberide*, *Nymphaeä alba*, *Asaro*, *Aro*, *Aristolochia Forsk*:, *Euphorbiis*, *Stilideis*, in nonnullis si attingitur uti in *Cystro Apinino*, *Cacto*, in quo plurima filamenta, admoto stimulo, ad obversam latus sese extendunt, sic et *Urticeae*, in quorum filamentis, uti et in iis *Parietariae*, annulum è vasis spiralibus constans, invenit COMPARETTI, qui in modum spirae elasticae agebat.

Sic TESSIER motum staminum describit *Secalis*, quod sole orto, Pollen quadam agitatione expellebatur.

Antherae filamentis insident. In illis pollen formatur et evolvitur. Differunt ratione, qua filamentis adiunguntur, sic in *Cucurbitis* Anthera unica, triplo filamento insidet, in *Syngenesistis*, filamentis inter se iunctis, quinque Antherae tubum formant, quem transit Pistillum. Extensionem filamenti

---

(14) H. ULMARK Prolepsis Plantarum Amoen. Acad. LINNAEI v. VI. pag. 336. (15) HENSCHEL von den Sexualität der Pflanzen S. 297. (16) CASSINI Memoire sur les *Synantherées* et ROB. BROWN sur les *Composítées* traduit de CASSINI Iournal de Physique anni 1818.

Antherae constituunt in *Plantagine maiori*, Pollen conditum capsulis longis; fasciatim dispositis, forma semiellypseos, in *Poteri*. In *Asclepiadeis* Antheram constituunt quinque nudae glabrae et duplicatae Pollinis massae, quum in *Hemydesmo*, *Secamone* R. BROWN, decem tales massae inveniuntur, contentae infra plicas corporis Stigmatici. In *Orchydeis* Anthera biloba in plicis Styli inserta, constat, e granulis singulis, quorum vel quatuor adhaerent, vel plures, filis numerosis adiunctae, massam ceraceam formant. Connectuntur filamentis saepissime ad latera, uti in *Tulipis*, *Liliis*, ita ut facillime aere moveantur; in fundo floris, filamentis iunctae sunt, in *Hexantho Umbellato*. (17)

Sunt pilis obductae in *Scutellaria alpina*, *Galeopsi Ladano*, *Lamio purpureo*, *Lavandula multifida*, *Rhinantho Crista Galli*, *Lathraea squamaria*; *Prunella vulgari*, *Chelone obliqua*. (18) In *Arbuto* caudatae sunt, *in Ericeis* processibus pectiniformibus, vel aristis, praeditae, quae in setas abeunt in *Inula*, *Mutisia*, et *Stahelina*; in *Xerothes* cuticula vel ricula circumdatae; in *Cephaloto*, *Adenanthera* et *Hartogia* BERG: ambo lobi substantia glanduloso-squamosa praediti sunt.

Antherae relative magnae sunt in *Gramineis*, (19) et teste LUDWIG (20) in floribus nondum apertis *Stramonii* et *Tulipae*, maximae et crassissimae inveniuntur, quod patet e flore *Tulipae*, si in bulbo delineatum fuerit. Reliquae partes in florum evolutione magis, Antherae parum crescunt, et extenduntur, quo dignitas Antherarum elucescit. Num Antheris gaudeant *Filices*, dubitat SPRENGEL. LINKIO arridet BERNHARDI sententia, qui minoribus vasis, ad finem vasorum ligneorum fasciculi, in foliis functionem harum adscribit, (21) in *Scolopendro vulgari* ad superiorem paginam versus marginem corpora elongata formantur, quae e parenchumate constant, et in cellis massam obscure coloratam habent, nullam vero materiem viridem, et in *Lycopodio denticulato* non duas adsumit capsularum species, verum Antheras et capsulas nominat uti et BROTERO. Antherae *Muscorum* propter formam,

---

(17) Forma earum differt; de hac autem videatur LINNAEI Philosophia Botanica edit. WILDENOWII p. 68. (18) HENSCHEL L. C. S. 473. (19) SPRENGEL Anl. L. C. 2 ausgabe 2 Th. S. 144. (20) LUDWIG Institutiones Regni vegetabilis § 473. (21) LINK grundlehren L. C. S. 218.

folia quae circumdant, praesentiam paraphysorum, positionem circa pistillum; quae non raro offenditur, tantam habent similitudinem cum Staminibus, ut non quemadmodum SPRENGEL gemmas vocet; quod Pollen non pervenire potest, non valet obiectio, nam tunc in *Asclepiadeis* et abessent, cum non sit via perspecta, qua ad pistillum perveniat Pollen.

In *Muscis* vero post Anthesin marcescunt, et postea circumdantur gemmis; cum quibus nil, nisi locum, commune habent. In vegetabilibus minus perfectis nullum harum partium est vestigium.

Constat Anthera plerumque duobus sacculis, elongatis, rotundis, sibi invicem applicatis, fissura in longitudinem divisa, vel et duobus vel pluribus. Sacculi, si a se invicem sunt dissipati, Plantae duae, vel quatuor Antherae sunt pro singulo adscriptae, duo vero sacculi Antheram formant. Constat praeterea e contextu celluloso, compacto prius, dein lassiore, nulla se invenisse vasa spiralia dicit LINK, (22) quae forsan loco coniunctionis cum filamento desinunt. Cellulae Antherarum maiores sunt, rotundae, et angulatae. Accurata delineatio Antherarum familiae *Syngenesiarum* invenitur in Iournal de Physique. (23) Accedamus Pollen Antheris contentum, continens materiem faecundantem, forma illius multifaria. Plerumque formam habet globoso-oblongam, sic Liliae, pilis et aculeis praeditum est in *Rosa*, et *Malvaceis*, *Syngenesistis*, *Cucurbitis* (24) in *Fuchsia* obtuse triangulatum est, filis mucilaginosis adnexum in *Epilobio*, *Oenothera*; in *Passiflora* formam triangulatam accipit si cum Acido Nitrico tractatur, in *Pelargonio* siccum, formam rotundam habet, et linea obscuriore notatum, haec linea quasi tripartita circumcingit; mutatur forma, si tractatur cum aqua, quum linca in formam manubrii solvitur. Forma varia maxime aucta conspicitur in MARTINETI opus. (25) Interne cellulas habere contendit KOHLREUTER, HENSCHEL, negat HEDWIG. Observavit R. BROWN in *Cichoreis* formam Icosaëdrycam (26) SPRENGEL qui *Hieraceas*, *Leontodon* et *Hypochäërin* examinavit, hanc formam non invenit, quam pen-

---

(22) LINK grundlehren L. C. S. 65. (23) CASSINI Iournal de Physique L. C. pag. 320. anni 1813. (24) SPRENGEL Anl. L. C. 2 ausgabe Tab. VIII. Fig. 44, 45, 46. (25) Katechismus der Natuur IV Deel bladz 385. (26) SPRENGEL Neue Entd. in Pflanzenkunde: citat opus BROWN Transact. of the LINNEAN Society T. XII. p. 75.

dere existimat a maturitate. Interne cellulas habet teste LINKIO et CASSINI in familia Syngenesiarum. (27)

Varii unam tantum membranam circumcingere materiem faecundantem contendunt; LUDWIG duas adsumit; GAERTNER tres, differentiam efficere videtur, tempus et maturescentia varia. HENSCHELII theoriae non assentimus, quippe qui illud materiem vocat, ruptam e vegetativa coniunctione, massam ipsius Antherae, quae sua vi intimas cellulas consumpsit. (28)

Quum Parenchyma elaborare videtur succos variis plantae partibus utiles, sic Parenchyma floris elaborat succos, constituentes Nectar, et Pollen, hi succi magis elaborare videntur in glandula ad basin filamentorum, et ad membranas Pollinis ferri, sive transsudatione organica, sive, quemadmodum BULLIARD vidit filamentis gelatinosis, quae globulum in cellulis retinent, in *Camomilla*, *Onagra bienni*, *Leucanthemo*, duabus vel tribus papillis. Hi in cellis Antherae magis elaborantur et vel vasculis minimis, membranam permeantibus, vel transsudatione organica, (ut magis consentaneum) in membranis deponuntur. (29)

Tempore maturescentiae, et quo longius aeri et luci sunt expositae, exterior membranula attenuatur, usque dum sive pollinis globulis magnitudine auctis, sive attenuatione, pressura globulorum, aperiatur, proditque Pollen, Anthera vel uno, duobus, vel pluribus loculamentis, divisa. Lamellae, quae Antheram constituunt, in medio, uti cum filamento invicem coniunctae; superficiem externam glabram, internam villosam ostendunt. Si evolvuntur pollinis globuli in interna superficie, externi fiunt, dum externa superficies fit interna, et interna extrorsum vertitur. CAULINI vidit annulum articulatum, in *Sostera*, qui Antherarum eruptioni faveret. Antheras dehiscentes latere vidit LINNAEUS in *Leucoio*, in *Graminibus* et *Corylo avellana* SPRENGEL; in *Tulipis*, *Liliis* ita obtinet, linea ∞ in *Cucurbitaceis*, apice aperiuntur in *Galantho Kiggelaria* LINNAEI, *Solano*, *Calectasia*, a basi ad apicem, in *Epimedio*, *Leontice*. In *Brosymo Alycastro*, SWARTZ: Anthera in medio dissilit, formans lamellas duas circulares, inter quas pollen prodit, in *Galeopsi* aperitur valvula fibriata, in *Gouania* elastico tegmine. (30)

---

(27) LINK Grundlehren, L. C. S. 215. (28) HENSCHEL L. C. S. 433. (29) SPRENGEL Anl. 2 ausg. T. I. S. 178. (30) HENSCHEL L. C. S. 109.

CAPUT II.

E quibusdam constat Principiis?

Historice Pollen inquiramus, et patebit, eius Analysin, progrediente Chemia, in tempus factam esse accuratiorem. Primus, qui Chemiam et Physicam experimentis corroboratam, Physiologiae Plantarum applicavit, fuit GREW; atque huic videbatur Pollen esse sulphur, aere minutum (31) GEOFFROY Pollen *Liliorum* maxime Oleosum esse dicit, et illud Plantarum odoriferarum specie Therebinthinae obductum, *Lycopodii* Pollen resinosum, aliarum Plantarum muco obductum esse, solvendum nec aqua, spiritu vini, nec Oleis Ethereis, Therebinthino, nec Unguinosis, Olivarum Oleo, verum haec fluida Tincturam eliciunt coloratam, credit ideo compositum esse e Sulphure, oleosis et odorantibus. (32)

Prius distillatione subiecit BOERHAVIUS; habuit simul sumto *Rosmarini* Balsamo in superficie foliorum prodeunte et globulis salientibus ex Antheris, Aquam, Acetum, Spiritum foetidum, Butyrum. (33)

HALES idem quod GREW putavit; verum adiungit praeter aeris etiam lucis influxum ad Pollen extenuandum. (34)

BONNET Pollen comparat cum resina pulverisata. REAUMUR Oleum esse contendit.

THOMSON dicit: (35) „fuit Doctor LEWIS, qui primus examinavit Pollen; „Chemia vero non fuit tanto provecta, ut facere posset Analysin completam; „invenit quod maceratione in Alcohole hoc fluidum fiebat coloris vivide flavi, di„gestione in aqua, colore afficiebatur flavo, Alcalia colorem infusionibus demant, „Acida in rubras mutant, si Alcalia dissolutioni rubrae adfunduntur, restituitur „color flavus."

VON GLEICHEN ex adhaerentia plurimarum specierum Pollinis concludit

(31) Berlinisches Iahrbuch für die Pharmacie 1816. S. 161. B. II. (32) Berlinisches Iahrbuch für die Pharmacie L. C. S. 162. B. II. (33) Elementa Chemiae T. II. Proc. 36. p. 134. Lipsiae 1732. (34) Berlinisches Iahrbuch L. C. S. 162. B. II. (35) THOMSON Syst. de Chimie traduit IV. T. p. 281. citat NEUMAN, Chimie pag. 431. Librum citatum perscrutavi nil inveni.

esse obductam materie, e qua apes ceram conficiunt. Siccae subiecit distillationi, obtinuit spiritum flavum, Oleum Empyreumaticum, et e residuo sal radiatum: Hinc principia esse sal et Sulphur concludit. (36)

LUDWIG Anno 1770 Pollen *Coryli Avellanae* subiecit distillationi humidae obtinuitque spiritum acidum, et prius Oleum flavum, dein fuscum Empyreumaticum, in Cineribus erat sal fixum, Magnete ferrum invenit. Coquebatur Pollen Aqua et spiritu vini nihil alicuius momenti invenit; hinc Concludit Pollen *Coryli* constare e Salinis, terreis, resinosis et gummosis cum principio spirituoso: Resinam Pollinis inservire ne mutetur pluvia, Gummi favere solutioni in Smegmate, et spirituosum principium continere materiem faecundantem. (37)

WIEGLEB igneam indolem Pollinis dicit, agnoscimus e Natura sua, quae maxime aliena est a fermentatione, ex irritabilitate in faecundando et ex inflammandi potestate. CHAPTAL credit resinosum esse Pollen, propter inflammandi facultatem. (38)

TESSIER Pollen *secalis* ante maturitatem condidit ampulla, adhaerebat mox ad parietes, odorem exhalabat similem illi, quem exhalat flos *Hippocastani*, minuebatur odor aliquot post dies, et habebat leviter acrem odorem vegetabilium, quae fermentare incipiunt. (39)

TINGRY subiecit Pollen *Liliorum candiderum* distillationi siccae et humidae, et obtinuit Oleum Aetherenm, fluidum pellucidum, Oleum Empyreumaticum, quod facile inspissatur, Ammoniae multum; aliis concludit experimentis Pollen non continere ceram, verum materiem illi analogicam pro parte albidam. (40)

Sequitur Analysis Pollinis maximi momenti. FOURCROY enim et VAUQUELIN ex Aegypto dono accepere a DELILLE, uno e doctis, qui BUONAPARTE in illam regionem erant secuti, 10 Uncias Pollinis *Phaenicis Dactiliferae* L. quod Linteaminibus chartisque bene munierat. Arboris huius Pollen adeo frequens erat, ut e longinquo nebula videretur circumducta. Experimenta leguntur in opere GILBERTI. (41) Hic breviter enumeremus, quae obtinuere.

---

(36) Berlinisches Iahrbuch L. C. B. II. S. 163. (37) Berlinisches Iahrbuch L. C. B. II. S. 164, 165. (38) IOHN Chemische untersuchungen 4te Fortzetzung des Chem. Laborat. S. 30, 31. (39) SENEBIER Phys. veget. L. C. T. II. p. 79. (40) SENEBIER Phys. vegetale L. C. T. II. p. 80. seqq. (41) GILBERTS Annalen der Physik 15 band. S. 300.

1° Acidi malici efformati copiam, fatis magnam eductam. 2° Phosphatem Calcis et Magnefiae Aqua folubilia, propter Acidum malicum. 3° Materiem animalem, Acido malico adiuvante aqua folubilem ope Tincturae gallarum praecipitatam (fpecies gelatinae.) 4° Subftantiam pulverulentam, quae praecedentes obtegere videbatur, aqua infolubilem, putrifactione vel Alcalinis mutabatur in faponem Ammoniacalem, videbatur effe Analogon ficcae gelatinae vel albuminis. Num hoc fit pollinum IOHNII? Acidum Nitricum Pollen mutabat in Ammoniam, Acidum Carbonicum, Oxalicum, materiem flavam amaram, et fpeciem axungiae oxygenatae (pro Adepocera habet FOURCROY.)

Alcali causticum emolliebat, Ammoniam formans, et fluidum erat ad adfpectum faponaceum.

BUCHOLZ Analyfi fubiecit Pollinis *Salicis triandrae* 40 Grana (42) inventa transtulit LINK. (43)

Nullum acidum liberum continebat, fed Muci analogon, appropinquans Gelatinae animali, et aliquid materiae adftringentis, materiem glutinofam, LINK dicit multum refinae. BUCHOLZ vero narrat fe invenisfe 2,0 materiae refinofae propriae, aliquid materiae albuminofae et aliquid materiae animalis, fubftantia colorans Pollinis alcohole abfoluto et Aethere folubilis.

Acidum Nitricum frigidum in illud agebat, et calore inde formatur adeps oxygenatus; Incineratione Ammonia proveniebat, et in cineribus inveniebatur Phosphas calcis.

BUCHOLZ postea fubiecit Analyfi Semen (Pollen?) Lycopodii: 1000 ℔ conftabant e 60 ℔ olei, *Ricini* fimilis, unguinofi, 30 ℔ Sachari, 15 ℔ extracti mucofi, 895 ℔ fubftantiae infolubilis aqua, Aethere, Alcohole, Alcali caustico, Oleo Therebinthino. Pollinum? (44)

LINK Analyfi fubiecit Pollen *Coryli Avellanae*. (45) Aqua frigida et calida ducebat quantitatem magnam principii adftringentis, et ex hac aqua, ope Spiritus vini acquirebat Refinam, quam aqua floccis albidis praecipitabat, reliquiae Potasfa folutae praebebant quantitatem magnam glutinis, refiduum erat fubftantia membranofa. Refinam in Polline *Phoenicis dactiliferae*

---

(42) BUCHOLZ Almanak für Scheidekünstler S. 137. feqq. (43) LINK Grundlehren L. C. S. 216. feqq. (44) IOHN Chem. Unterfuch L. C. 4te Fortzetzung S. 29, 30. (45) LINK Grundlehren L. C. S. 216.

L. tempore obsoletam esse credit, hanc esse materiem veram foecundantem.

Postea LINK perforutatus est Pollen *Pini silvestris*. (46) Constare videtur e Materia membranosa, quae basin constituit, e Resinae magna quantitate, Glutine, Extractiva materia dulci et Muco. (47)

Papaveris orientalis Pollen habet materiem extractivam caeruleam, aqua solubilem, Resinam, Gluten et materiem membranosam; hisce concludit Pollini semper inesse Resinam et Gluten; alia principia esse in variis plantis varia. C. H. STOLTZE *Coryli avellanae* Pollen Analysi subiecit et invenit 100 partes constare e materie odorante, qualem extrudit decoctum *Leguminum*; Extractivo principio peculiari, quod pluribus proprietatibus accederet ad extracta quae habentur e fabis *Coffeae* et cortice *Chinae*, 21 partes; Muco 24; Resina 5; Glutine albuminose 14 partes; substantia membranosa 34; (Pollinum IOHN) quae perdiderat 2 partes. Eo tempore IOHN Membranosae substantiae, quae omnes Chemici in Polline detexerant, nomen dedit *Pollini* principii, quia ab omnibus aliis substantiis differt, insolubilis Alcohole, Aethere, aqua, Oleis Aethereis et Unguinosis, uti et Petroleo, Potassa Caustica; verum est Potassa caustica solubilis et errorem postea correxit IOHN; nullum saporem vel odorem habens per flammam missus fulminans. (48)

Praemissis his, quae ex Analysibus concludit IOHN, (49) Analysi subiecit Pollen *Pini silvestris*: quod inveniebat constare ex Aquae parva copia, cum substantia volatili odoris ingrati, Cerino flavo albo non *adhaesivo* 2, Substantiae oleosae indicia. Resinae flavae adhaesivae 5,75 partes, Malatis Potassae et Calcis, Magnesiae, cum substantia gummosa Tinctura gallarum praecipitata 5 partes, Substantiae sacharosae cum quadam extractiva materia acri 5 partes, Albuminis caseosae 4: 5 partes, 77,25, partibus *Pollini* principii. Sulphuris indicia? Sulphatis, Muriatis et Phosphatis Potassae, Phosphatis Calcis et oxydi ferri 3 partes, cum Malatis Ammoniae indicia.

Pini abietis Pollen eiusque centum partes constabant ex Aqua simili illae *Pinis silvestris*, Cerino aequali 2,25, indiciis Oleosae substantiae, Resina flava

---

(46) LINK Nachtrage zu den Grundlehren der Anat. und Phys. der Pflanzen S. 56. (47) Berlinisches Iahrbuch L. C. B. II. S. 172: 178. (48) Berlinisches Iahrbuch L. C. T. II. S. 179. (49) JOHN Chemische Untersuchungen 4te Fortsetzung des Chem. Laborat. S. 40, S. 41.

fusca 4 partibus, Malatis Potassae, Calcis, Magnesiae, cum substantia gummosa. Tinctura gallarum praecipitata 6 partibus, Sacharinae partes aderant 4,50 : 5. Extractivae materiae parva quantitas continebatur, Albuminis caseosae 4 : 5. Pollini principii 75,25. Sulphatis Malatis Ammoniae, Sulphatis, Muriatis et Phosphatis Potassae, Phosphate Calcii, Oxydi Ferri 5 partes. (50).

Pollen *Iuglandis regiae*, *Zeae mayidis*, *Cannabis sativae* examinavit; propter minimam copiam non determinare quantitates potuit, sed obtinuit Pollinum principium. Cerinum. Albumen caseosum. Resinam. Extractivas partes. Combinationes cum Acido Malico. Sal Ammoniae. Materiem sacharosam. Phosphatem calcis et Potassae. (51)

Tulipae Pollen idem Chemice perscrutatus est, concluditque constare Pollen coloris obscurioris, e Pollino coloris flavidi. Cerino, Pigmento quodam caeruleo leviter tincto. Materiae sacharosae non crystallisabilis multum invenit. Pigmentum violacei coloris aqua et Alcohole solubile. Aquosas partes. Calcem. Magnesiam et Potassam cum abundante acido malico, aliorum salium indicia. Albumen caseosum. (52)

Von GROTTHUSS Analysi subiecit Pollen *Tulipae Gesnerianae*: 26 Grana constabant e Granis 9 Albuminis vegetabilis fibrosi, 7 granis Albuminis vegetabilis exsiccati, 4½ granis Albuminis vegetabilis solubilis, 3½ Malatis Calcis granis, cum quodam Malate Magnesiae; 1½ granis Malatis Ammoniae, Nitratis Potassae et colorantis principii.

Liliorum Pollen ipse subieci Analysi Chemicae: 6 illorum Pollinis grana infundebam aqua calida, per 12 horas seposui, oriebatur praecipitatum flavum A insignitum.

Aqua commiscebatur para B. supernatante Oleo flavo vase adhaerente C. et materia rubra D. ubique adhaerens, in fila ducenda.

A. Praecipitati non aqua solubilis evaporati pondus erat quinque granorum. Non solvebatur Alcohole, Aethere, Potassa caustica solubilis, color ante processum viridis mutabatur in flavum, praecipitabatur e Potassa, adfuso Acido Muriatico.

Partem huius praecipitati aliam Acido Nitrico solvi, et ex eo praecipitabatur, affusa aqua, materia, quae mihi videtur esse Pollinum IOHN.

---

(50) IOHN L. C. anteced Pagina S. 42. S. 43. (51) Berl. Iahrbuch L. C. S. 180. S. 181. et Tulipae — S. 183. (52) Berlinisches Iahrbuch für die Pharmacie L. C. S. 182.

B. Quae aqua erat soluta pars non alcohole praecipitabatur, affuso Aethere sulphurico color mutabatur.

C. Oleum non volatile erat nec alcohole solvebatur, potasſa solubile. Acido Muriatico et Nitrico solvebatur colore in viridem mutato.

D. Rubra pars insolubilis, iis Acidis in carbones mutabatur. 6 Grana Pollinis cum aqua frigida iunxi, praecipitatum oriebatur A, quod loco cum esset calido constitutum casei vetusti putrescentis odorem sparsit; Putrescens distillationi siccae subieci, praeter carbones, quorum quantitatem minimam non educere poteram, quia retortae adhaerebat, largiebatur Oleum Empyreumaticum, Gasformia, quae apparatu non bene clauso per rimas tubi intermedii aufugiebant. Supernatabant Oleum praecedentis experimenti C. et pars rubra D.

Cum nullum adhuc resinam in Polline inveneram, duo grana, recenter ex Antheris accepta, condidi spiritu vini rectificato; pars solvebatur.

A. Praecipitabant materia rubra et flava, non acido acetoso solubilia, aceticum non habebam. B. et C. Dimidia pars praecipitati potasſa infundi, quae materiem flavam solvebat B. non rubram C. Quae Alcohole erant soluta A, non aqua adfusa praecipitabat, Aether vero sulphuricus; hinc mihi videtur Extractiva materies. Hinc concludo Pollen Liliorum constare e Materia, Aqua, Alcohole, Aethere, insolubili, solubili Potasſa caustica. Pollinum?

B. Extractiva materie, Aethere ex Alcohole praecipitata.

C. Oleo flavo unguinoso.

D. Materia rubra ubique adhaerente non aqua, Alcohole nec Potasſa, solubili, quae in fila trahi poterat, videtur Albuminis seu Glutini species, quae materiem coloratam continet.

CAPUT III.

Peracta perſcrutatione Chemica Pollinis, ad eam reſponſionis partem transeamus, quae ſpectat modum, quo Pollen ad pistillorum ſtigmata perducitur. Opus Cl. HENSCHELII, (53) qui totum proceſſum hunc refellere conatus est, quoad diviſionem ſequemur, quasdam obiectiones in illud adferentes.

Ad *Cryptogamas*, de quibus tantum disputavere egregii Doctique Viri, foecundationem, Pollinisque disperſionem non extendimus, ſolum *Phanerogamas* curantes, quas ob facilitatem agendi dividimus in *Homogamicas* et *Dichogamicas*, quae vel eodem tempore partes fructificationis maturas habent, vel diverſo. Est diviſio a SPRENGELIO inſtituta. (54) Modus, quo Pollinis fiat translatio ad Stigmata, est duplex, immediatus vel mediatus.

Primus fit in floribus ipſis vario modo, alter perficitur vento intermedio ſive inſectis. Pollinis disperſio fit, quando partes fructificationis ſunt contiguae, veluti in *Gunandria*, in floribus *Gunnerae*, *Sallaciae chinenſis*, *Forsterae*, *Rhopii*, *Cytinus*; attamen in *Gunnera* Antherae lateri germinis ſunt adnexae, duobus denticulis a Stigmate ſeparatae, et in posterioribus 3 infra Stigma ſunt conſtitutae. In *Amomo* Pollen attigit Stylum partemque Stigmatis; in *Pinguicula vulgari* perverſam partem Stigmatis, ſic et in *Sarracenia flava*, *Vinca minori*, *Cerbera Manghas*, *Monotropa hupopythis*.

De *Syngeneſistis Labiatis* aliisque, quae Antheras contiguas habent pistillo, taceamus, quum ad *Dichogamicas* pertineant, de quibus dein videbimus.

Secunda via est, qua Pollen cadit ſuper ſtigmata, uti in *Monopetalis* floribus, Staminibus brevisſimis, ſuper marginem tubi exſtantibus, *Diapenſia Lapponica*, *Rochefortia cuneata*, *Paſſerina grandiflora*, *Theſium Linophyllum*, ubi in tubam cadit.

In *Icoſandria*, ubi Stamina, calyci adnexa, aperturam formant, in qua Pistillum invenitur: ſic *Mespilus Iaponica*, *Leptoſpermum triloculare*, *L Iu-*

---

(53) Von der Sexualitat der Pflanzen I Buch. von S. 31 : 264. (54) TREVIRANUS Biologie II Band. S. 349.

niperinum, vel in quibus Stamina in margine Urceoli sita sunt, ut in *Guarea trichilioides* et in *Meliaceis*, ubi, si non in Stigma, tamen Pollen in urceolum cadit. (55)

Ubi Pollen est gravius et coloratum, ut in *viola tricolore*, ubi stigma apertum primum apparet albidum, dein colori fusco tinctum. (56)

In Pluribus *Labiatis* et *Boragineis* Stylus non super germen residet, sed in receptaculo vel disco, nec Stigmatis tenuissimi, fines Pollen suscipere possunt, inferius vero invenitur corpus glandulosum, Gunobasis, germen cingens, succum viscosum esudans, quod Pollen solvit, et ita germen suscipit, cui recensens HENSCHELII (57) functionem Stigmatis adscribit, quemadmodum et Nectario annulari in *Boragineis* et *Asperifoliis*. Flores pendentes Pistillum longius Staminibus habent, quamvis non sit lex naturae. Sic si habet *Galanthus*, *Narcissus*, *Fritillaria*, *Cyclamen Europeum*; et hic Pollen, ut plurimum, vel Stigma tangit, vel Stylum, flos nutat quocunque modo. In *Monoicis* compluribus, flores Masculini super foemininos sunt constituti, ut Pollen cadens attingat Pistilla. In *Betula alba*, flores Masculini pendent, sic et foeminini, tempore vero florescentiae incurvatur foemininus, ut Pollen cadens attingere possit stigmata.

Geranium calycibus monophyllis HORT. CLIFF. 545: Stylum breviorem Staminibus habet; flores ante Anthesin pendentes surgunt, ut Pollen horisontaliter in Stigma cadere possit; postea pendent, denuoque surgunt ad semen abiiciendum, quod et in Specie *Claitoniae*, *Lemnia* fit.

Caput de cadente Polline (58) Cl. HENSCHEL optime elaboravit, considerat vero globulos Pollinis, quasi plumbeos, quum sint mobilissimi et leni Zephyro dispergantur.

Anne omnes flores spicati in parte inferiore prius florent, ut, si Pollen deciderit frustra, foecundari possent superioribus floribus, uti affirmat BASTER. (59)

Motu partium fructificationis Pollen transfertur ad Stigmata, modo triplici;

---

(55) HENSCHEL L. C. S. 67. (56) IOH. BASTER Verhandeling over de voortteeling der Planten 1768. bladz. 48. (57) Heidelberger Iahrbucher für Literatur 1820. 2 hälfte S. 843. (58) HENSCHEL L. C. caput 3tium S. 59. § 19. seqq. (59) BASTER L. C. bladz. 55.

a vi enim propria ſtamina prorumpunt; *b* pistillum ad ſtamina movetur; *c* ad ſe invicem Stamina et Pistillum. (60)

Primi generis ſunt *Cactus opuntia*, *Fritillaria perſica*, *Hyoſcyamus aureus*, *Polygonum orientale*, *Tamarix gallica*, *Ruta graveolens*, *Zugophyllum fabago*, *Sedum Telephium*, *S. reflexum*, *Saxifraga tridactylites*, *Geum arbanum*, *Agrimonia Eupatoria*, *Cactus Tuna*; in *Cerafis* eodem momento, viciſſim in *Liliis*, *Amaryllydi formoſisſima*. In *Parnasſia paluſtri* quodam ordine obſervavit HUMBOLT: (61) Leniter id ſit in flore *Aeſchuli Hippocastani*, ſic et in *Parietaria officinali*, *P. Iudaica*, *Forskählea tenacisſima*. ALSTONE in *Urticis* vidit; teste HUMBOLTIO (62) *Urtica dioica* facit *U. pilulifera*, *U. Dodartu*, *U. Cannabina*, *Ruta chalepenſis*. BLAIR vidit in *Moris*; VAILLANT vitam ſtaminibus inesſe dicit in *Cacto helianthemo*. Ad eas, in quibus Pistillum movetur ad Stamina, pertinent (63) *Nigella ſativa*, *Sida Americana*, *Pasſiflora*, *Oenothera*, *Hybiscus*; MEDICUS obſervavit ad *Cactum hexagonum*, *C. grandiflorum*; *Turnera ulmifolia Scaevola Euthales*, *Brunonia*; *Lilium albidum*, *Epilobium*. Ambo ad ſe invicem moventur, cuius exemplo ſint: (64) *Boerhavia diandra*, *Malvaceae*, *Lavathera*, *Althea*, *Alcea*.

BLAIR praeterea ad Filamenta *Mori*; STAHL ad *Urticas*; HALLER ad varias *Chenopodii* ſpecies, ad *Satyrium albidum*; LINNAEUS iunior ad *Forskähleam tenacisſimam*; I. F. GMELIN ad *Urticam piluliferam*, *Spinaceam oleraceam*; *Humulum lupulum*; *Atriplicem patulam*, ad Antheras *Orchidis bifoliae*, *O. Coriophorae*, *O. latifoliae*, *O. maculatae*; LINK (65) ad Stamina *Berberisſae vulgaris*, *B. canadenſis*, *B. humilis*, irritabilitatem invenerunt et contractionem a mechanicis ſtimulis.

KOHLREUTER vidit motum partium fructificationis in *Centaurea ſpinoſa*, *C. raguſina*, *C. cineraria*, *C. ſalmantica*, ſemper vero in floribus vix apertis vel florentibus.

NASSE concludit experimentis, quae inſtituit ad *Parietariam officinalem* et

---

(60) TREVIRANUS Biologie, III Band S. 349. (61) HUMBOLT Aphorismen aus den Chemiſche Phyſiologie der Pflantzen 1794. überzetst von GOTTHELF FISCHER S. 58. in nota. S. 57. (62) HUMBOLT L. C. S. 41. (63) TREVIRANUS L. C. III B. S 349. (64) TREVIRANUS Biologie III B. S. 350. (65) LINK Grundlehren der Anatomie und Phyſiologie der Pflantzen S. 259.

Urticam dioicam, in Partibus his esse vim propriam et non solam Elasticitatem, quae producit motum Staminum; nam melius cooperabat in aere 100° et 180° R., quam in aere libero 63° R. et augebatur activitas fluidis Elasticis, Aethere v. c; hinc TREVIRANUS conclusiones non iustas vocat, quia calor et fluida evaporantia augent tensionem Hugroscopicarum, et hinc substantiam mutant, quare illa uti substantias considerat, Mechanice hic agentes. *Ruta Chalepensis* videtur irritari a semine, uti dicit HUMBOLT. (66)

LINNAEUS stigma apertum vidit in *Gratiola*, in Anthesi, postea clausum. (67) KOHLREUTER irritabilitatem hanc invenit ad *Gentianam*, *Martyniam annuam*, *Bignoniam Catalpam*; MEDICUS et KIELMEYER ad *Mimulum guttatum* FISCH.: VON HUMBOLT ad *Bignoniam radicantem*, *Digitalem*, *Ruelliam*:

Stigma *Mimuli* et *Bignoniae* duobus constat lobulis apertis, instillata vero ei guttula aquae, vel Pollinis globulis, statim sese claudunt lobi, quem irritabilitatem se vidisse, dicit SPRENGEL. (68)

HENSCHEL § 46. dicit, se quidem vidisse in pluribus *Umbellatis* Stamina accedere ad Pistillum, et illa autem retrogradi nec stigma attigisse, uti et de *Parnassia palustri* et *Ruta graveolenti* affirmat. An huic observationi observationibus contrariae (69) credendum? nam illum nec iusta, nec fida testimonia attulisse, quin et omnia in suos usus convertisse, postea fusius videbimus. Se non vidisse Pollen in *Nigellis* super Stigma, affirmat in 20 floribus, et in *Passiflora* affirmat, Pistillum non satis curvari § 47. sic et de *Berberide* dicit, Stamina non accedere ad Stigma, sed ad germen, et in *Parnassia* Antheras super Stigma constitutas in obverso latere aperiri § 46. (70) In Pluribus Plantis, v. c. *Urticeis*, § 50. ad obversum latus moventur stamina, sic et in *Ranunculaceis*, *Parietaria officinali*, *Atriplice patula*; eodem autem modo fieri foecundatio potest, ac in *Lopezia racemosa*, ubi et Stamen prius Stylo applicatum est, lenissimo vero stimulo Filamentum dissilit vi quadam, et aere resistente, Pollen reiicitur in Stigma, quemadmodum et in *Parietaria officinali*, (71) et *Atriplice patula* Pollen motu admodum celeri expellitur. Recensens HENSCHELII dicit: quando Antherae aperiuntur Stamina ad medi-

---

(66) HUMBOLT L. C. S. 58. (67) BAXTER L. C. bladz. 45. (68) SPRENGEL Anl. zur kenntnisf. der gewächse, 2 Th. 1 Abt. S. 396. (69) HENSCHEL L. C. S. 103. (70) HENSCHEL L. C. S. 103, 105, 112, 113, seqq. (71) TREVIRANUS Biologie L. C. Band V. S. 213.

um Germinis ſunt ſita, Pistillo proxima, dein amoventur, quando functionem complevere. (72)

Mediatam Pollinis accedamus disperſionem.

1 Per ventum; quae huic favent, conditiones ſequentes ſunt: Quamvis dentur exceptiones inveniendae in opere HENSCHELII. (73) Lex videtur eſſe, quod in *Monoicis*, flores Masculini, foemininis ſunt ſuperiores, v. c. *Carex*, *Zea*, *Coix*, *Sporganium*, *Typha*, *Xanthium*, *Ambroſia*, *Sagittaria*, *Myriophyllum*, cetera plura. *Veratrum album* inter exceptiones numerat HENSCHEL, in hoc autem flores quamvis Masculini ſint inferiores, Hermaphroditi damnum inde metuendum reſtituunt ſuperiores conſtituti.

Quod ad experimentum attinet, quod HENSCHEL inſtituit ad *Caricem veſicariam*, in qua de 100 Stigmatibus tantum 13, vicina Masculis erant conſperſa, extat obſervatio KOHLREUTERI, unum Stigma foecundatum nullum amplius Pollen requirere, ut tota planta ſit foecundata. (74)

Plantae plures *Dioicae* praeſertim arbores, *Aceroſae* et *Frondoſae*, multum habent Pollinis. Sic *Pinus ſylvatica* 100,000 Pollinis globulos habet, cui 50 foecundando ſufficiunt; ſic et plures aliae *Pini* ſpecies. *Euphorbiaceas* adfert HENSCHEL (75) ut testetur, *Monoicas* plus Pollinis habere, *Dioicis*; familia autem continet 9 *Dioicas*, 22 *Monoicas*; ex *Dioicis* 7 plures quam 10 Antheras habent; 6 plures quam 20; *Monoicae* 3; ex 22 tantum plura quam 10 Stamina habent. (76)

Masculini flores multo plures in plantis inveniunt diclinicis, quam foeminini, quod mihi disperſioni Pollinis favere videtur, quia multo maior Pollinis copia producitur. HENSCHEL vero id damno eſſe dicit, quia eo minora numero Stigmata attingi poſſunt; (77) E contra, quando minor Masculinorum copia adest etiam id damno foecundationi eſſe dicit, quorum unum vel alterum veritati obſtrepit.

Plantae *Monoicae* et *Dioicae* citius flores proferunt quam folia; uti *Corylus Avellana*, *Betula*, *Morus*, *Iuglans regia*, *Salices* variae, v. c. *Salix* praecox; *Populus*, *Quercus*, *Fraxinus*. Illud et in Monoclinicis obtinere, adfert

(72) Heidelberger Iahrbucher L. C. S. 844. (73) HENSCHEL L. C. S. 127. (74) TREVIRANUS Biologie III Band. S. 374. (75) HENSCHEL L. C. S. 130. ibidem S. 134. (76) SPRENGEL Anl. L. C. 2 Th. 1 abt. S. 363. ſeqq. (77) HENSCHEL L. C. S. 138.

HENSCHEL, ſed haec non exſtinguunt conditiones aliis plantis faventes; ſed cauſam monſtrant, quare hoc obtinet, nempe, Antheſis impedit frondeſcentiam, quia omnes, quas planta posſidet vires, ei impendi debent.

DE GORTER adfirmat, in RUSSIA dari ſic dictam pluviam ſulphuris, obortam e Polline *Lycopodii clavati*, quod in autumno remanſit, et primo vere vento dispergitur. (78)

MARTINET dicit compertum esſe Pollen ad distantiam 15 Milliariorum alium arborem foecundasſe. (79)

RICHARD testatur *Pistaceam* Pariſiis, distantia ¼ horae foecundatam fuisſe, alio arbore. (80)

TREVIRANUS obſervavit, post pluviam 24 horarum Breslawiae omnia obducta pulvere, quem examinans invenit Pollen *Pini ſilvestris*; nulla arbor, e qua perduci posſet, vicina erat, ſed ad ſemihoram et plus distantiae per aerem erat ductum, quare per aliquot dies per eum ferri debuisſet. (81)

Multa plantae *Dioicae* annuae, de quibus erat metuendum, ne genus perderetur, ſi non ſemina proferebant, copulatim creſcunt, ut *Spinacea oleracea Mercurialis annua*, *Cannabis ſativa*. (82)

Motu ipſius Plantae foecundatur *Valesneria dioica*, quae et in patria inveniri; adfirmat SCHUURMAN STEKHOVEN. (83)

Menſe Iunio floret foemininus flos, longo pedunculo in ſpiralem contorto praeditus, Masculinus brevem habet. Floris foeminini pedunculus minus curvari incipit, et flos in aqua creſcens ad ſuperficiem prodit. Eodem tempore Masculus *Valisneroidas*, brevisſimo pedunculo inſtructus, multos emittit flores apertos, qui aquae innatant, Pollenque ejiciunt Gelatinoſum, quod Stigmata petalis ſimillima ferit. (84)

Ad Dichogamicas transeamus Plantas, quae tempore diverſo, aut flores, aut partes Masculinas vel foemininas protrudunt. (85)

IULIUS PONTEDERA illud invenit in *Umbelletis*; in *Muſa*, *Iatropha*;

---

(78) HOUTTUIN Nat. Hist. van LINNAEUS 2 deel. 14 ſtuk. bladz. 369, 62. (79) MARTINET Katechismus der Natuur 4 deel. bladz. 42. (80) SPRENGEL das neueste aus den Reiche der Pflanzen 1 band, S. 406. (81) TREVIRANUS verm. Schriften B. IV. S. 180. (82) Heidelberger Iahrbucher L. C. S. 846. (83) SCHUURMAN STEKHOVEN Kruidkundig handboek 1 Deel bladz. 421. (84) SPRENGEL Anl. L. C. 2 th. 1 abt. S. 263. (85) HENSCHEL L. C. S. 50.

Acero; LINNAEUS; KOHLREUTER ad *Epilobium* et *Polemonium*; CONRAD SPRENGEL ad plures, duplicem fecit divisionem, quum imprimis in iis fuit occupatus. (86)

Dichogamia Androguna eas recipit Plantas, quae Stamina efformata habent, Pistillo nondum evoluto.

Ad hanc referuntur *Epilobium Angustifolium*, LINN. *Borago officinalis*; *Campanula*, *Pneumonanthe*, *Parnassia*, *Delphinium*, *Stylideae*, *Balanites aegyptiaca*, *Legnotis elliptica*, *Margaritaria nobilis*, WILD. *Myrica Gale* LINN. Etiam HENSCHEL adfert *Thuiam occidentalem*, quae Pistilla 5. mensis serius quam Stamina protrudit. (87) Recensens vero illum dicit: „100 huius arboris in Heidelberg et Schwetzingen imprimis inveniuntur, quae primo „vere simul foemininos et masculinos proferunt flores, et mense Iulio fructus, „quod millia videntium testari possunt." (88)

Modus foecundationis talis videtur. Flore aperto, Antheris efformatis, Pollen dispergitur, Stigma dein prodit loco, quo Antherae, quae deciderint, antea fuere constitutae. Hic flos foecundari debet Polline flores praecedentis, hinc primus, numquam semina profert. Ad Dichogamiam Gunandram pertinent, quae Stigma evolutum habent, nondum apertis Antheris. Hae plantae foecundantur Polline, floris postea provenientis, et *Euphorbia Cyparissas*, huiusmodi est exemplum.

Mediata foecundatio fit cadente Polline; modum, quo talis foecundatio fit, descripsit CASSINI. Omnes *Sunantherae* (*Compositae*, *Syngenesistae*) flores, quinque Antheras habent, tubum formantes, in omnibus pistillum interne huic tubo conditum, prodit, praeditum pilis; quos *balayeurs* (89) postea vero *conservateurs* (90) dicit: quod nomen servabimus, verum enim usum indicat. Sunt hi pili glandulosi et verrucosi, in *Tagete*; Piliformes in *Lactuceis*, *Heliantho*; Papilliformes in *Carduineis*; in *Arctotideis* punctiformes; Glanduliformes in *Adenostyleis*; Lamelliformes in *Gundalia*: Superficiem exteriorem occupant in *Lactuceis*; faciem externam ramorum Styli, in *Arctotideis*;

---

(86) TREVIRANUS Biologie III B. S. 350. HENSCHEL L. C. S. 40, 41. (87) HENSCHEL L. C. S. 44. (88) Heidelberger Iahrbucher L. C. S. 841. (89) I Memoire de HENRI CASSINI sur les Sunanthereés. Iournal de Physique Ann. 1813. T. I. p. 105. (90) 5 Mem. de HENRI CASSINI sur les Sunanthereés. Iournal de Physique 1818. p. 128.

ſupériorem in *Eupatoriis;* ſummum obducunt in *Anthemideïs.* (91) Stigma intima pars est Styli, Masculini enim carent Stigmate, Foeminini non, pilis vero conſervatoribus. Quum itaque floris foeminini Stylus tranſit tubum, Anthera quem conſtituunt, non ſuſcipere potest Pollen, nec Stigma foecundari, ramis Styli invicem ſibi adfixis, ſimulac vero Stilus tubum Antherarum tranſit, pollen manet pilis conſervatoribus adfixum, et cum Stilo creſcit. Non ſemper adſunt pili, verum et aſperitates, aculeiformes, parum ſenſibiles, quae loculamenta, quibus Pollen continetur, a latere frangunt; Pollinis globuli ſtatim, quando tubum tranſiere, conſpiciendi ſunt his pilis adhaerentes.

Statim quando Stylus tranſit, curvatur, vel in ſemicirculo, vel in Spirali. Expanditur Stigma et ſe foecundando praebet, alterum vero latus exterius Styli contrahitur, quo pollinis globuli coguntur decidere, in ſuperficiem internam Stigmatum proximorum. Hinc perficitur foecundatio cruciata, his intelligitur, polline ſui ipſius floris nullo modo Stigma poſſe foecundari; verum natura nonnunquam flores ſuo ipſo Polline foecundat, modo aeque mirabili ac ſimplici.

Simul ac enim duo rami Stili ſeparantur ad apicem, tubum Antherarum tranſeuntes, divergunt, extus curvantur in ſemicirculum, deinde vero in circulum, vel in Spiralem; hinc circumvolutiones tali ſpirali motu ſe attingunt, ita ut exterior interiori applicetur, et tali modo Stigma in contactum veniat cum Polline, quod continetur pilos inter conſervatores. In nonnullis, qualis, *Leontodon Crispum*, *Burkhauſia Alpina*, *Geropogon glabrum*, *Hioſeris radiata*, duo rami Stili, quando tranſiere Antherarum tubum, non curvantur extus, verum intus, forma ſemicirculari, circulari, vel Spirali, quando ſuperficies interna ſtigmatica est minus lata. (92) In *Asteriis* flores masculini Stilum habent, non vero Stigma; foeminini Stilum cum Stigmate, hermaphroditus gaudet aeque ac masculinus Antheris; et Stilo cum Stigmate. (93) Pili conſervatores conſpiciuntur tubulati, diviſi pluribus articulis, diſſepimentis transverſalibus, n *Ceratocephalo piloſo*, *Tagete erecta*, *Dahlia purpu-*

---

(91) 5 Mem. de HENRI CASSINI ſur les Sunanthereés Iournal de Phyſique 1818. p. 128, 129. (92) Iournal L. C, 1813. T. I. p. 106. (93) Iournal L. C. 1813. T. I. p. 116.

rea. Zinnia revoluta et *violacia* (94) Stilus florum foemininorum similis esse videtur Stilo *Lactucarum*, quia truncus praeditus est pilis; verum comparatis his pilis cum pilis Conservatoribus, valde differunt natura et situ, et pili horum florum foemininorum magis similes videntur pilis, qui in aliis partibus plantarum proveniunt. His demonstratur, pilos conservatores esse naturae particularis, et differentes ab aliis pilis plantae, veluti *Sylphium perfoliatum*, *S. connatum*, *S. trifoliatum S. lasciniatum S. terebinthinaceum.* (95)

In *Eupatoriis* hi pili vel papillae formam habent peculiarem, similem glandulis, vesiculis vel margaritis; raro sunt filiformes, uti in *Stevia purpurea.* (96)

In *Solidagine* Stilus foemininus nullos pilos habet; fructificatio favetur in iis, quum extenduntur pulvillis (bourrelets) stigmatis, ut enim globuli pollinis, e tubo Antherarum eiecti, partem conservantem ramorum attingere possunt et pulvillos stigmaticos, non tamen sufficit separatio superficierum, quae pulvillos gerunt. Duo rami curvati intus unus ad alterum parte superiore inveniuntur approximati, ita ut speciem ferunt pergulae vel tecti superficiei stigmaticae, quod efficeret inaccessibiles pollini, pulvillos stigmaticos, nisi extus truderentur papillae. Conservatores stigmaticas esse modificationes diversas cellarum exteriorum contextus, patet in *Asteriis*, verum pilos et papillas conservatores eamdem naturam habere et non differre nisi longitudine, patet in *Circio acaule*, ubi pili et papillae confunduntur, quadam gradatione. Ratio, ob quam hermaphrodyti flores habeant pilos conservatores, haec est; nimirum illis inserviunt se ipsos reciproce foecundando; foeminini flores quum careant Staminibus, Stilo non opus erant pilis conservatoribus, hisce sunt inutiles; quia functionem non exserere possunt absentibus Antheris. Flos masculinus nullum habet Stigma, verum Stilo pilis conservatoribus ad Pollen dispergendum praeditus, eandem ob caussam duae internae Stili superficies manent applicatae. Stigma in *Asteriis* constituunt duo, in floribus foemininis, non in masculinis, praesentes pulvilli, etiam adsunt in hermaphroditis; pili vel papillae conservatores, quidem super stilum florum masculinorum et hermaphroditorum inveniuntur, non super foemininum;

---

(94) Iournal L. C. 1813. T. I. p. 117. (95) Iournal L. C. 1813. T. I. p. 117. sqq. (96) Ibidem p. 121.

ob eam rem Stigma non conſtituunt. In *Chryſanthemo* Stilus primum est clauſus praeditus pilis Conſervatoribus, quum autem in altum accreſcit, omnes Pollinis globuli avelluntur et retinentur, dein incipit ſe curvare, masſaque Pollinis grumuloſa, non magis ſuſtentata, cadit ad ſtigmaticam ſuperficiem. In *Solidagine* non ſuperficies, verum Stilus totus ab alto ad fundum praeditus pilis Conſervatoribus; hi pollen ſuſcipiunt, manent rami coniuncti ad tempus, quo totus tranſiit Stilus, ſeparantur paululum, ad partem inferiorem ſeſe curvantes ad axim, unus ad alterum, ita ut remaneant ſuperius coniuncti; ſeparatio ſingulorum ad partem inferiorem deberet esſe, ut ſuperficies ſtigmatica, foecundationi Pollinis exponeretur; verum hoc non ſufficeret, niſi inveniretur circumſtantia favens; nimirum quod ſuperficies ſtigmaticae extrorſum reflectuntur; hac ratione facilius globuli Pollinis ad ſuperiorem partem ramorum in eas cadunt. (97) In *Gorteria ringente* flos hermaphroditus habet Stilum, compoſitum ductulis articulisque; cuius ſuperior pars est tenuis, inferior baſis articuli ante floreſcentiam habet formam proceſſus (ſaïlle) annularis, praediti pilis Conſervatoribus; hoc in ſtatu est infra Antherarum tubum, nunc divellit Pollinis globulos, verum in Antheſi quando baſi tranſit per tubum, proceſſus annularis ſeneſcit, et vix ſenſibilis est. (98) In *Sylphio perfoliato* Stilus floris masculini habet pilos directos in alto, qui postquam tranſiere, Pollenque ſuſcepere, fiunt horiſontales. Intumeſcentia haec ad ſummitatem trunci, maxime auxiliatur pilis Conſervatoribus; obſervatu dignum est; quod quando intumeſcentia non adest, pili Conſervatores ſunt longiores, quaſi ut defectui ſuppleatur. (99)

In *Tusſilagine farfara* pars Stili continens pilos Conſervatores est tenuisſima; in primo Antheſis ſtadio, intumeſcentia fere est nulla, et non niſi tempore augetur, quo utilis est: quando enim vidimus Stilum attingere tubum Antherarum, et paratum esſe hunc tubum tranſire, pars Stili praedita pilis Conſervatoribus aequalibus latitudini tubi Antherarum patet atque intumeſcit, et pili vel papillae adſunt, ut Pollen e tubo Antherarum expellant. Antheſis in Cephalanta incipit ſemper floribus foemininis, in margine poſitis. Quando Stilus ramos expandit flores hermaphroditi appropinqui foemininis, florent, quo Pollinis

(97) Iournal 1813. L. C. 1813. T. I. p. 253. (98) Ibidem p. 254. (99) Ibidem p. 254.

globuli facillime attingunt stigmata florum vicinorum. (100) In *Solidagine Virgaurea* Stilus florum hermaphroditorum longus, curvatur arcu in Anthesi ita, ut superficies Polline obducta, super foemininum extet; Stylus femininus multo est brevior. Fructificatio in genere minus est certa in floribus foemininis; observavit enim CASSINI Embryonem saepius aboriri in floribus foemininis, ac in hermaphroditis. (101) In illis, in quibus flores masculini in medio, foeminini in margine sunt, uti in *Tussilagine fragrante* Stilus foemininus est brevissimus, masculinus longus per tubum Antherarum transit, et curvatur admodum extrorsum, ita ut superior pars Stili sit proxima floribus foemininis. In *Tussilagine alba* contra Stilus foemininus est curvatus ad masculinos. (102) In *Tussilagine farfara* et *Calendula arvensi* Stilus est semper in tubo Antherarum conditus; itaque manet ad superficiem antherarum tubi; verum ovaria sunt sterilia, masculini semper sunt aequales et breviores, ante florescentiam hi longiores evadunt, ut illi in centro minus longi sint, quam ad exteriora; hinc formant summitates Stilorum conum, cuius basis circumdat flores foemininos; in *Carduaceis* Stilus brevior Antherarum tubo, prima iuventute, verum senectute longitudine accrescit, elevatur, tubum Antherarum attingit, ita ut in Anthesi rami et superior pars trunci extent capite tubi. Stilus, cuius crassities est aequalis capacitati tubi, parietes tubi extendit pressione, et attritu; quem exerit transeuns.

Pili Conservatores dehiscentiam loculamentorum, quibus Pollen continetur, efficiunt. Pollen, cuius est viscosa superficies, papillis, quae ramos obducunt adglutinatur, extra tubum elevatur; quando rami et summitas Stili transiere tubum Antherarum obducti observantur, superficie Pollinis globulorum, qui diutius vel minus remanent.

Tandem duo rami laterales reflectentes marginem lateralem et marginem terminalem, superficiei interioris stigmaticae, inveniuntur expositi influxui foecundanti Pollinis cadentis, e Stilo propinquo florum vicinorum; videtur enim impossibile flores posse foecundari Polline suo ipso; hinc foecundatio est saepe cruciata, immediato contagio, florum qui conficiunt Cephalantum, sic hoc facile red-

---

(100) Iournal 1813. T. I. p. 255. (101) Ibidem p. 256. (102) Ibidem p. 256.

ditur; attamen natura adhuc (103) favet in *Centauria Cyana*, quibus superior pars Antherarum tubi est curvata, Stilus hunc tubum transeuns cogitur curvari, et se elevare directione obliqua, partis superioris, tunc Stili qui pertinent ad flores diversos, eiusdem Cephalanti appropinquantur, cruciati iunguntur, attinguntur et Pollen itaque facillime dispergunt. Observantur nonnunquam Pollinis globuli, ad fundum rimae, formatae coniunctione duarum marginum stigmaticarum correspondentium. (104)

M. RICHARD pilos papillosque Conservatores pro stigmatibus habet, nam illis functionem stigmatis adscribit, quod autem satis refellitur, nam masculinus Stilus nulla semina proferens habet, foemininus semina producens caret iis. Videantur tabulae contentae in *Iournal de Physique*. (105)

Mediata foecundatio perficitur insectis. Priusquam autem ad eam transeamus, disputanda occurrunt dicta et observata HENSCHELII, quae secundum Paragraphos sequemur. (106)

§ 78. „Plurimae plantae, quae indigent insectis ad foecundationem, non habent Nectaria; multaque organa, pro Nectariis habita non, illorum functionem exserunt," haec supra pag. 7. iam diximus sed aliis § § (107) v. c. 80, 94, 95, dicit „insecta et ob alias res in floribus adesse, et § 80," quemdam innatum esse appetitum plantarum et insectorum non explicabilem.

§ 79. (108) dicit: „Nectarium adest, ubi faecundatio non est necessaria." Nectarium autem non tantum ob insecta adest, verum ut deliberet plantam a nimia oxygenii copia.

§ 81. (109) „Plures plantas Nectarothecas habere, et non Nectaria adfirmat; rogatque, an insecta facultatem habeant discernendi colores?" Recensens HENSCHELIUM Ienensis dicit, „Nectarothecas semper esse in necessitudine cum nectariis:" Sin autem non colores distinguunt visu certe acerrimo, (millenos enim oculos varii habent), forte tactu, quia partes alio modo coloratae certam habent diversitatem, uti coecos adfuisse feruntur, qui tactu colores (verwen niet kleuren) distinguebant, vel odore: Hoc autem si nequeunt, illis non po-

---

(103) Iournal L. C. 1813. T. I. p. 266. (104) Iournal 1813. L. C. T. I. p. 271. (105) Iournal Ann. 1813. T. I. Avril p. 320. (106) HENSCHEL L. C. S. 160: 203. (107) Ibidem S. 162. S. 186. S. 189. seqq. (108) Ibidem S. 161. (109) Ibidem S. 164, 165.

test adſcribi facultas masculinum florem a foeminino discernendi, uti vult HENSCHEL § 79.

Praeterea flores, qui flore distincto ſunt deſtituti, ſuis Nectariis, odorem fortem ſpargunt, uti Amenta *ſalicum*. (110)

§ 82. „Nectarilymata, quae in paucis floribus inveniuntur, ipſis inſectis „viam impediunt," et Antherae, quae huic uſui inſerviunt, in *Solano*, *Verbasco*, *Tradescantia*, non monſtrant Nectar ibi ſecerni propter foecundationem, ſed ſummum Nectaris in flore momentum.

§ 84. „Aperturam et expanſionem florum polypetalorum impedire, quominus inſectum attingat Stamina et Piſtillum, cuius exemplo adfert HENSCHEL plures plantarum familias: (111) excipiendae autem ſunt *Malvaceae*, *Roſaceae*, *Papaveraceae*, pluresque, quae ut mihi videtur, facillime ſe ipſas posſunt foecundare; ſic et ob eamdem rationem *Aquilegiam*, in qua inſectum attingit facillime Nectar, excipere liceat. Quum autem, non uti clarisſimus HENSCHEL, in ſtudio Botanico ſim verſatus, nec naturam, ſi dixit HENSCHEL vera, mutare posſim, ſequentes § § omittere liceat, quum non, uti et Recenſens HENSCHELIUM, (112) doctisſimum SPRENGELIUM defendere audeam, qui obſervationes fecit ad plantas ſponte provenientes, et copioſe in regione, ubi habitabat. Obſervatio eiusdem auctoris, Stigmata nil facere ad foecundationem in *Iride*, non mihi placere potuit, nam ſunt Stigmata haec aperturis pertuſa, et Pollen tranſire ſinunt.

§ 91. Quemque florem proprio indigere inſecto, certisſimum est, verum et plantas plura inſecta incolere notum.

§ 92. Papiliones foecundare Plantas, refutare conatur Cl. HENSCHEL dictis SPRENGELII patrui, „ihr langer Ruſſel ist zu glätt, als daſſ viel Pollen „an ihm häften konnte, ſetzen ſie ſich mit dem langen beinen auf die Blumen, „ſo reichen die Antheren ſchwerlich jemals an den haarigen leib" (113) plures autem proboscidem et pedes pilis praeditos habent, quibus Pollen omnino adhaerere potest.

§ 94, 95, 96. „Inſecta quam plurima dicit HENSCHEL veſcuntur Polli-

(110) SPRENGEL Anl. L. C. Th. I. 2 ausg. S. 163. (111) HENSCHEL L. C. S. 166. S. 170. ſeqq. (112) Heidelberger Iahrbucher L. C. S. 847. (113) HENSCHEL L. C. S. 186.

„ne, (114) et eam ob rem noxia ſunt foecundationi;" experimentis autem conſtat (115) *Hybiscum ſyriacum* 4863 globulos habere Pollinis, cui 60 ſufficiunt, in *Mirabili Ialappa* in uno flore 293 continentur, in *Mirabili longiflora* 321, quibus 3 vel 4 ſufficiebant. Quale damnum ergo e parva Pollinis quantitate metuendum? Sic pergit „Nocent floribus inſecta, et vel Stilum lacerant, vel et ut ad Nectar accedant aperturam in iis faciunt" verum et in *Eupomatia laurina*, inſecta fila Antheras inter et Pistillum ſeparant, quae attactum partium fructificationis impediebant. (116) ARISTOTELES (117) pluresque alii post illum obſervavere, apes ſemper redire domum, obductae Polline eiusdem coloris, et eiusdem plantarum ſpeciei. HENSCHEL (118) § 98. adfert exemplum contrarii, ſemel autem obſervati; inde ducit concluſionem, inſecta efficere tali modo formationem hybridorum; LINK autem adfert obſervationem KOHLREUTERI, unum Pollinis globulum eiusdem ſpeciei plantarum omnes alios reddere irritos ex alio genere plantae deſumptos. (119)

Haecce, quae contra Cl. HENSCHELIUM attulimus, benigne recipiatis, quaeſo; quum autem Claſſicum Auctorem, quem et refutatus est HENSCHEL, SPRENGELIUM nempe (*) non mihi comparare poteram, nec in uſus convertere, non adferam hic inſecta, nec Plantas, quas illa viſitare docuit SPRENGEL, quae memorantur in opere aliis SPRENGELII. (120)

Odoribus inſecta alliciuntur v. c. in *Salicibus* ad Nectaria: in *Stapeliis*, et ſpeciebus *Ari* Muscae. Hi ſpargunt enim odorem carni putreſcenti ſimilem, ſic ſpecies *Saurae* atque *Mirabilis* odore ſuo et inſecta alliciunt praecipue nocturna. Solum Tipulam pennicornem enumeremus, quae *Aristolochiam Clematitem* foecundat. (121) Huius Plantae flos corollam linguatam, inferiori parte globoſam habet, ſuperior pars in tubum elongatur, in marginem planum, lanceolatum terminans, Pistillum globoſae parti corollae est ſuperimpoſitum, germen ſex Antheris est circumdatum brevioribus, ſine Stilo, Stigma habet

---

(114) HENSCHEL L. C. S. 187. S. 191. (115) SENEBIER L. C. T. II. p. 71, 72. (116) SPRENGEL Anl. L. C. Th. I. S. 171. (117) ARISTOTELES Historia animalium L. IX. C. 64. (118) HENSCHEL L. C. S. 197. (119) LINK Grundlehren L. C. S. 227. in nota. (*) SPRENGEL daſſ Entdeckte geheimniſſ in Bau und befruchtung der Blumen. (120) SPRENGEL Anl. L. C. I Th. 1 ausgabe S. 363: 369. 2 ausgabe I Th. S. 161, 163. (121) WILDENOW Grundritz der Krauterkunde S. 271.

sexangulare, planum superficie pilis suctoriis praeditum, Antherae, cum flos est erectus, non possunt tangere Stigma, Pollen in tubum caderet, insectum autem transire potest et attingere Antheras, non vero redire, propter pilos, qui obstant. Dein pilis marcescentibus, qui in intimo tubo sunt, Stigma obducit Polline necessario foecundationi: LINK enim observavit, si insectum abest, nullum semen inveniri. (122)

Orchideae, *Apocyneae* et *Stapeliae*, ad Plantarum congeriem pertinent, de quibus modum anomalem foecundandi descripsit HENSCHEL suo modo: (123) cum a Doctissimo viro plures dissentiunt de situ Stigmatis, eas omittemus. Aliam foecundationis earum methodum descriptam, legimus in *Heidelberger Iahrbucher für die Literatür*, (124) et in opere OKENII, quod inscribitur Isis. (125)

---

(122) LINK Grundlehren L. C. S. 227. (123) HENSCHEL L. C. S. 204. S 239. (124) Heidelberger Iahrbucher L. C. S. 848. seqq. (125) Isis von OKEN Anni 1820. S. 663.

CAPUT IV.

Accedo ad quartam meae responsionis partem; qua pertractanda mihi venit quaestio:

„Quamnam exserit actionem pollen ad germen foecundandum, an vitalem „seu dynamicam, an materialem, et per quae tunc organa?"

Primum autem tractanda est quaestio, num actionem aliquam exserit pollen, uti experimentis suis perductus HENSCHEL negat, et num aliae materiae pollinis vice fungi posfint, eamdemque actionem exserere.

Accurata consideratio experimentorum et HENSCHELII et scriptorum, ab eo citatorum, mihi optima videtur via, qua illustrari potest quaestio atque elucidari.

§ 155. Cl. HENSCHEL adfert: PONTEDERA vidit unicam arborem *Dactiliferam* fructus proferre. Pater LABAT vidit eandem fructus proferre; sic et BAUHINUS, GUILLANDINUS; TOURNEFORT vidit *Bryoniam* isolatam fertilem; uti et alii de aliis testantur. (126)

§ 156. ALSTONE, horto suo, loco sylva absondito; (a) *Spinaceas* posuit tres, seminaque produci vidit perfecta. (b) *Cannabina* planta unica, distantia milliarii, 30 semina bona protulit. Anno 1741 (c) plantas duas *Mercurialis Gallicae*, ex horto medico, pistilla proferentes, loco posuit, 700 Yards separato ab aliis hortis, arboribus excelsis, et tanta protulere semina, ut fieret lolium vix exstirpandum.

§ 157. FOUGEROUX (d) ramum dictum foemininum *Humuli Lupuli* fructus maturos protulisse narrat, cum nullum esset in vicinia individuum Pollen proferens, nisi distantia horae in insulis MARSIIS.

(e) *Cannabis sativae* semen seminatum, absque Polline, semina protulit matura, bona ex icone diiudicandum, quae seminata iterum plumulam et rostellum produxere.

(126) HENSCHEL L. C. S. 304, 305.

§ 158. (f) MOLLER e *Cannabi ſativa* (caulibus Pollen ferentibus abiectis) ſemina habuit aeque fertilia ac ſolita.

(g) Planta *Spinaceae rotundifoliae* proveniebat inter *Pastinacas*, quae illi proferebat ſemina pauca, ſed matura, quae ſeminata varietatem procreabant.

(h) Vulgares *Cucurbitas* ſterquilinio iniecit, quae fructus proferebant absque ullo Pollinis flore; postea proveniebant flores, qui Pollen continebant, fructibus iam efformatis.

(i) *Iuglandem regiam*, absque ullo Pollinis flore, fructus maturos producere vidit, Sylva impediebat, quo minus alia arbore faecundari poterat. (127)

Anno 1749. (k) *Spinaceae oleraceae* plantae plures accurate obſervatae ab illo fuere absque ullo Pollinis acceſſu, et hae ſemina perfecta protulere.

§ 160. (l) TRATTINNIK narrat de *Iuglande regia*, in monasterio NEUBURGO, qui nuces optimos, non amenta, profert.

(m) LINK e LUSITANIA ſecum duxit plantam *Mercurialis ellypticae* foemininam, quae ſemina proferebat, cum nullus adesſet masculus flos, nec in vicinia, nec in tota GERMANIA.

§ 161. (o) SPALANZANI, disſectis floribus Pollen ferentibus, e *Cucurbita Melopepone* et *C. Citrullo*, fructus habuit.

(p) Experimentum fecit ad *Ocymum Baſilicum*, ex uno cuius antheras disſecavit, ſemina habuit, ut videbatur perfecta, vero non germinantia, aliud eiusdem ſpeciei exemplar fructus protulit perfectos.

(q) REINIER adducit exemplar plantae *Tremiere* (Altheae roſeae?) *Tremiere* quae disſecto Pistillo, ſemina germinando apta protulit.

§ 162. HENSCHELII ſequuntur experimenta, quae ſummi momenti eſſe videntur; num vero accurate ſint instituta, iudicet quisque. (a) *Salviae verticillatae* Pistillum ſuper galeam exſtans, ſtatim, cum prodiit, tenuisſimo penicillo, acido ſulphurico imbuto, attingebatur. Color fiebat purpureus, ſeſe ad germen extendens, corollam tranſeuns. Stylus marceſcebat in aliis, in aliis non, flores non dabant ſemina, ſed inferior verticillus, non tali modo tractatus, ſemina bona nigra protulit. (128)

(b) In floribus *Celſiae Arcturi* non disſecabatur Pistillum, ſed induebatur

(127) HENSCHEL L. C. S. 305—308. (128) HENSCHEL L. C. S. 308—312.

capſulis, e cera confectis. Nullus horum Capſulas produxit, ſed tres flores postea provenientes. Hi Polline conſperſi quidem proferebant fructus, ſed non maturos.

(c) *Scrophularia glandulоſa* diſſectis Stylis anno 1819 tres produxit Capſulas maturas, quum alii flores quidem indicia fructus proferebant, ſed mox decidentia.

§ 163. (d) 20 Flores *Tropaeoli Maioris* ſimulac aperti erant, Antheris privabantur, tres ſemina perfecta protulere germinantia.

(e) In *Oenotherae grandiflorae* floribus Antherae diſſecabantur. Difficile erat tempus idoneum invenire, nam Antherae aperiuntur flore adhuc gemma. Stigma quidem clauſum verum circumdatum erat Antheris; quatuor autem produxit planta capſulas, quarum duae inferiores manebant et matureſcebant.

(f) Exemplar *Papaveris Rhoeados* in vaſe egerminaverat, flores plurimos trudens, in quibus Antherae diſſecatae fuere, Stigma albidum, ſi videbatur Polline caeruleo obductum, ſtatim flos illud continens diſſecabatur, ex hac planta 10—12 Capſulas habuit minores, ſeminibus autem, uti videtur, non maturis.

(g) Antherae diſſectae fuere in pluribus exemplaribus *Nigellae Damascenae*; plura ſemina habuit, bona, ſatis magna, germinantia. (129)

§ 164. (h) Colum ſatis magnum *Zea Mayde* conſerebatur, ſatis magna copia proveniebant. 40 Plantas habuit 4—6 pedes altas, Masculini flores, 8 dies citius proveniebant et antea quam expanſi erant diſſecabantur. Ex his Plantis habuit 35 Capſulas, ſeminibus perfectis maturis, colore autem pallidiore, 6650 numero.

(i) Plurimae *Cucurbitae pepones B. minor* et *C. verrucoſae* in ſterquilinio provenere, Masculi flores citius provenientes, diſſectae fuere, tanta copia ut 50 abſumerentur. Foeminini flores postea proveniebant, quarum a *Cucurbitae pepones minoris*, 3 *C. verrucoſae* manebant. Postea proveniebant adhuc masculi, nec diſſecari poterant ob copiam; matureſcebant ſimul cum illis, qui postea masculis erant faecundati, et habuit a *Cucurbita communi* 6, ex alia 15 fructus, quorum illi, qui absque Pollinis acceſſu erant ma-

(129) HENSCHEL L. C. S. 312—315.

turefacti, incifione erant notati, et maiores. Pollen érat non ficcum, itaque non vento disfipari poterat, unum tantum erat infectum, quod Antheras lambebat, fed non disperfione Pollinis erat accommodatum. (130)

(k) Pulvillus magnus obducebatur plantis fterquilinio exortis, *Ricini communis* et *viridis*, menfe Iulio iam fecerunt plantae fylvam, decem pedes longam, quatuor latam, omnes masculini eligebantur, modo admodum rudi, omnes excerptos esfe credendum, „fed amicus illi tres adhuc monftravit apertos, qui autem non Pollen fparferant!" omnes plantae in harum vicinia exfcindebantur; e, *Ricino viridi* habuit 12000 Semina e *Ricino communi* fere eumdem numerum.

(l) Experimentum inftituit Cl. HENSCHEL ad *Urticam piluliferam* et *Coicem Lacrymam*. Prioris unam plantam vafe in cubiculo fervato contentam, floribus masculis orbavit, in tempus provenientibus; hinc perfcrutatione quacumque hora opus erat, hinc nullum florem esfe omisfum. Plurima femina producta erant et feminata, quorum unum granum fervatum et eodem modo tractatum 80 femina proferebat.

(m) *Coicis Lacrymae* tres plantae ifolatae, quaeque 15—20 femina dedere, disfectis fpicis atque aristis masculinis, quod maximus erat labor, quia ex acumine fructus masculini flores proveniebant. Ubi plantae plures adauctae fuere ex duabus turbis proveniebant 100 fructus, in alia plantarum turba 50 et in alia 150. (131)

(n) 3 Exemplaribus *Ricini communis* Stigmata obducit quotidie Carbonate Magnefiae, disfectis floribus Pollen ferentibus; pauca habuit femina, fed minora, eiusdem fpeciei tres plantas obduxit Stigmata femine *Lycopodii*, et femina habuit, quae germinavere, non multa, fed maiora. (132)

KOHLREUTER, Stigma 3 florum *Nicotianae rusticae*, disfecatis Antheris, obducit guttis olei *Amygdalarum*, ad alias Plantas Oleum *Coryli avellanae*, in 2 experimentis Oleum *Iasmini*, in 4 aliis *Lini*, etiam ad Stigma *Nicotianae* herbae et *Verbasci Blattariae* varia olea fumfit, femper absque damno fructificationis. Hic et Pollen fuperinponebatur, fed cum non miscetur fa-

(130) HENSCHEL L. C. S. 315—319. (131) HENSCHEL L. C. S. 319—321. (132) HENSCHEL L. C. S. 286. feq.

cile cum oleo, oleis his occludebatur aditus. Pollen hic non egisſe certisſime concludit HENSCHEL, ſic etiam notum esſe dicit: (133) arbores pulvere viarum conſperſas, ſeparatas a roris influentia, plurimos proferre fructus, quare villici *Odenwaldae* arbores pulvere viarum conſpergunt.

„Experimenta in deliciis habeo „ dicit HENSCHEL," nec opto illis contingere „fatum, quod habent experimenta oppoſita ſententiae publicae. Facillime est „experimentatorem accuſare ob negligentiam, ignorantiam, ſed tales accuſa„tiones ſine iusto testimonio et absque melioribus obſervationibus, excitant „ideam, pugnam non vinci posſe, niſi opprobriis, perſonae adſcriptis;" (134) eam ob rem caute est progrediendum; ſed his non abſtineri nec deterreré iustum, nam Amicus HENSCHEL, magis Amica veritas, et ſcientiae emolumentum.

Ut flos ſatisfaciet ſcopo, cui est deſtinatus, ſemina proferet, quae ſeminata rurſus Plantam proferunt, ab omni parte matri vel patri ſimilem; Pollini, nullis quousque mihi notum est auctoribus, negatur influxus in faecundationem, recentioribus experimentis uti et praecedentis aevi conſtat, fructus produci posſe ſine ullo aditu Pollinis, et quidem ſemina ante faecundationem adesſe, adfirmant plures, SPALANSANI, BONNET, LINK, SPRENGEL; hinc omnia experimenta reiicere, nec iniustum puto, quoniam HENSCHEL de ſeminum germinatione ſilet.

Sic reiicio testimonium PONTEDERAE, ubi non est mentio de ſeminibus; LABATII, „qui ipſe adfirmat, quidem nuces proferri, ſed haec ſeminata „non producere plumulas, quare qui habere volunt arbores, ex BARBARIA „accipiant ſemina." (135)

Quod ad GUILLANDINUM attinet; hic dicit (136) „in deſertis ARABIAE ſyl„vas *Palmarum* reperi, quae ſine hominum cultu optimos fructus ac copioſos ferunt; „retinent ac maturant." Anne in his ſilvis non Masculi adesſent? Quum itaque non de fructificatione est quaestio, ſed de ſeminibus germinando aptis, ommitto experimenta a, b, ALSTONES; d, FOUGEROUX; f, h, i, k, MOLLERI; ſic

(133) HENSCHEL L. C. S. 287—288. (134) HENSCHEL L. C. S. 322. (135) LABAT Reize naar de Franſche eilanden van America 2 D. bladz. 139—140. Amſterdam 1725. (136) HENSCHEL L. C. S. 305. in nota.

et l, TRATINNIKI; quum et hic est difficultas, num arbor fuerit plane isolata, sic et m, LINKII; cuius hic adferam verba in *Grundlehren.* (137) Experimenta mihi non succedere, quae ad *Mercurialis annuae* ramum foemininum institui, et in *Krit. bemerk.* (138) *Das Pollen belebt also, bildet nicht*: Ob eamdem rationem reiicio experimenta, o, p, SPALANSANII; et de BERNIER appono quaestionem, an ex adspectu diiudicari potest aptitudo ad germinandum et an Pollen abesset; propter eamdem rationem reiicio experimenta HENSCHELII a, b, c, e, f, h, i, k, l, m, o; tantummodo itaque restant experimenta c, ALSTONES; e, FOUGEROUX; g, MOLLERI; et HENSCHELII d et g et n ad *Mercurialem*, *Cannabinam* et *Spinaceam*, *Tropaeolum maius*, *Nigellam damascenam*, et *Urticam piluliferam*, quas itaque considerationi relinquuntur.

KÄSTNER in *Salicibus* flores Hermaphroditos ostendit; (139) KOHLREUTER et VON GLEICHEN in plantis *Cannabinis*, *Spinaceis*, flores invenerunt Hermaphroditos, quemadmodum et ipse vidi in *Cucurbitis*, tantaque est climatis, aëris et soli influxus in plantis, ut diclinicae fiant androgunae, quod et Cl. SWEIGGER ab erud. SWARTZ observatum esse dicit. Cucurbitarum flores interdum fier Hermaphroditos si masculi abscinduntur (vidi ego et non abscisis masculis) increscenti staminum rudimento, in floribus foemininis recondito, e contra; Arbor prope UPSALAM a LINNAEO sub nomine *Salicis Hermaphroditae* descripta, nostris diebus flores tantum foemininos profert. (140) Forsitan res, tali modo se habuit, haec itaque experimenta dubia vocari possunt, nec in re tanti momenti valere possunt. HENSCHELII experimenta non nimia cura sunt instituta. Sic v. c. experimentum ad *Zea mays* institutum; HENSCHEL adfert, (141) quod in alio horti eiusdem loco, quo *Zea Mays* fructus produxit, aliae eiusdem speciei plantae aderant, quas castrari sibi non licuerat. An hoc experimentum quidem, uti decet, est institutum? sic in experimento, quod instituit cum *Cucurbitis*, aderat insectum, quod Antheras lambebat, sed trans-

---

(137) LINK Grundlehren L. C. S. 228. (138) LINK Krit. bemerk. und zusätze zu Kurt SPRENGELS Werk, uber die Bau und Natur der Gewachse. (139) SPRENGEL geschichte der Botanik. S. 56. S. 265. T. II. Ibidem eadem pagina etc. T. II. S. 266. (140) SCHWEIGER, Commentatio de Plantarum Classificatione naturali etc. S. 23. (141) HENSCHEL L. C. S. 316, 318, 319.

ferendo Pollinis erat minus idoneum, quare? Nonne facile tranferret paucos Pollinis globulos, qui secundum KOHLREUTER sufficiunt?

Sic experimentum ad *Ricinum*, ubi amicus illi adhuc 3 vel 4 flores masculos monstravit, forte et alius et alius adhuc plures ei monstravisset. An quidem, qua decet experimentatorem, diligentia factum est experimentum? Praesertim cum *Ricinus* multum Pollinis habet, multaque ramosa stamina.

Quum HENSCHEL tum avide adsumit KOHLREUTERI experimenta, (142) in quibus probat, flores, qui Polline erant conspersi, sine Polline fructus produxisse, nam Pollinis vim oleum non transire, minime est demonstratum. Quum in experimentis suis usus est materia, de qua docti dissentiunt, an Pollen sit, num semen *Lycopodii;* nam etsi LINDSAY, FOX, WILLDENOW, DESSAUX, nullum Pollen inesse *Lycopodiis* adfirmant, tamen ROB. BROWN, DE BEAUVOIX et M. BROTERO, viri aeque clari, contrarium dicunt, nec MIRBEL et IUSSIEU ausi sunt sententiam unius vel alterius firmare. (143)

Adfert, villicos *Odenwaldae*, qui pulvere conspergere solent arbores, ut fructus meliores proferant. Fabulam eum narrare dicit recensens. (144) Ex his concludimus, nullam fidem haberi posse experimentis tribus, quae debita cura instituisse se, ipse dicit. Nec ex his experimentis 3 licet concludere (si vera sunt) tali modo perfici fructificationem in plantarum 56000 speciebus Phanaerogamis et Cryptogamis? Experimentis contrariis illis, quae contendit HENSCHEL, ab experimentatoribus non minus aptis, institutis; non debita ratione idem oppugnat. Sic § 137 dicit, haec experimenta valent, si demonstratum est, illas plantas absolute eodem tempore non producere posse semina. Quomodo illud experimentum instituendum? sic § 139 adfert. Quod fructificatio non fit in plantis, quae sese ipsas foecundant, hoc non Pollinis vim minuit, sed malae conformationis exempla testatur.

Quod Pollinis vis determinatur circumstantiis, nil illius efficaciae minuit, (145) nam ita et cum semine obtinet in perfectioribus animalibus, et ad summum perfectionis vestigium perductis hominibus.

---

(142) HENSCHEL L. C. S. 286, 287. (143) Iournal de Physique, Chemie, de Histoire Naturelle et des Arts 1813. p. 321—331. (144) Heidelberger Iahrbucher L. C. S. 851, 852. (145) HENSCHEL L. C. S. 273. seq.

Pollinis influxus necessarius est, ut prodeant semina, germinando apta; sic testatur CAMERARIUS et SPALANZANI de *Mercuriali annua*; P. BOCCONE et B. IUSSIEU de *Pistacia Terebintho* (146); LINNAEUS IUNIOR de *Clutia pulchella*, *Rhodiola rosea*, *Iunipero communi*, *Cannabi sativa*; Dissectis Amentis de *Corylo*, Antheris de *Tulipis* testatur BRADLEY (147); LINNAEUS de *Albuca maiori*, *Chelidonio corniculato*, dissectis Pollinis floribus, de *Cucurbita*, *Zea mayde*, in experimentis LOGANI; GEOFROY dissecto Stigmate de *Ixia Chinensi*; de *Humulo lupulo* LINNAEUS observavit (148); uti et de *Musa* non conspersa Polline (149); de *Piro malico*, observavit MARTINET (150); IAC. BOBART de *Lychnide Dioica*; (151) C. I. GEOFROY de aliis. Profert HENSCHEL, dissectionem florum hic nocuisse fructificationi, sic et dissectionem partium floris, multaque adfert exempla, ubi hoc nocuit, vero experimenta, quae ipse instituit, contrarium monstrant, et plantae, quas tali modo tractavit, semina illi uberrima dedere, non vero germinando apta. Alias, quae adfert HENSCHEL obiectiones, silentio praetereamus, quum, uti mihi videtur, minime Pollinis vim minuunt, sed tantum adferunt conditiones, quae vel in plantae habitu, vel in partium mala conformatione, causam sistunt, quare nunc proferunt plantae semina, alio tempore nulla.

Videamus, quomodo Pollen pervadat ad germina, qualemque exserat actionem.

Confusam generationis plantarum ideam iam apud veteres invenimus. Sic Palmicolae iam ante ALEXANDRUM MAGNUM dicebant, in *Palmis* dari marem et foeminam, unamque pulvere alterius foecundabant, quod caprificatio dicebatur; uti et de *Ficis*.

Haec caprificatio *Fico* inserviebat, ut maturescerent fructus, uti et hodie fit in LUSITANIA. (152) ARISTOTELES dicit, sermonem de *Ficis* foemininis et masculinis nihil esse nisi parabolam? (153) PLINIUS primus amores *Palma-*

---

(146) SPRENGEL geschichte der Botanik T. II. S. 25. (147) SPRENGEL geschichte L. C. T. II. S. 165. (148) LINNAEUS reize door provincien van Zweden, I Deel bladz. 416. (149) BASTER Verhandeling L. C. bladz. 48. (150) MARTINET Katechismus der Natuur III D. bladz. 379. (151) SPRENGEL L. C. T. II. S. 25. (152) LINK reise durch Frankreich, Spanien, Portugal. T. II. S. 200. (153) ARISTOTELES Historia animalium L. V. C. 32. (citatur in opere HENSCHELII, S. 635. non autem L. C. invenire possumus.)

rum describit, et eam coitu animali comparat. (154) Verum eum omnes arripuit narratas illi fabulas, non summi momenti eius observatio pendendum; Quum et differentiam sexus ARISTOTELES posuit in magis foecunda et minus, vel culto et inculto. Sic et THEOPHRASTUS, VARRO, in differentia accrescentiae sexum posuit. DIOSCORIDES sexum distinguit in varietatibus. (155)

PLINIUS duplicem sexum distinguit in *Larice*, *Taxo*, *Tilia*, *Buxo*, *Iunipero*, *Cupresso*, *Rhure*, hinc non solum in dioicis. (156)

Nuperioribus temporibus SENNERT ideam prius resuscitavit. Sic dicit: (157) „tum generat arbor, cum semina profert, et p. 137." „Generationem non „perfici in arbore, nisi quando semen generatur, nam radicibus et bulbis, surcu„lis, foliis, divisionem obtinere, non generationem."

Cum VAILLANTIO, (158) WOLFIO, SPALANZANIO, LINKIO; SPRENGELIO, HENSCHELIO, (159) adsumimus, praexistentiam seminum et Embryonis, atque negamus itaque Pollinis necessitudinem ad semen formandum. Videamus quid de vi vivificante, quam exserit Pollen, sit adsumendum, et quomodo agat. Certissime agit materiali modo, verum quum in illa determinanda, nulli adhuc sint dati fines, Pollen foecundare modo dynamico, quem admodum variae substantiae imponderabiles, variis confirmare opto testimoniis;

Varios, qui de Pollinis vi egerunt auctores, dividere possumus in duas classes, nempe, prioris classis assectatores statuunt Pollen materialiter transire Pistillum, talique modo ad germina accedere, licet CAESALPINUS, MALPICHIUS et TOURNEFORT Pollen excrementum esse plantae statuant. (160)

LEEUWENHOEK adfirmat in Polline existere Embryonem, qui per Pistilli aperturam ad ova perducebatur. (161)

MORLAND iam ante eum statuit, Pistillum eam ob rem esse tubum, ut transire posset Pollen. (162)

---

(154) PLINIUS Hist. Nat. L. XIII. C. 7. C. 4. (155) Anhang zum Werke von HENSCHEL, von Prof SCHELVER S. 638—642. (156) PLINIUS L. C. L. XVI, C. 18, 19, 24, 27, 30, 71, L. XVII, C. 14. L. XVIII, C. 13. (157) SENNERT Opera T. I. Hup. Physicum IV. p. 136, 137. (158) SPRENGEL Geschichte der Botanik T. II. S. 160. S. 267. HENSCHEL L. C. S. 407. (159) HENSCHEL L. C. S. 419. (160) SPRENGEL Geschichte L. C. T. II. S. 55. Ibidem S. 164. (161) DU HAMEL Physique des arbres p. 230. (162) SPRENGEL Geschichte L. C. T. II. S. 164. seq.

Dr. HILL in *Amaryllidis* Polline se plantulam minimam vidisse fatetur; et *Prof.* CYRILLO, Pollen per tubulos Styli transire, (163) et in *Syngenesistis* transitum conspectui prodire, modumque, quo hic transeunt per pilos, qui Stylos investiunt, describit; quod autem ab antecedentibus, refutatur. Eruditissimus MORLAND praeterea in ovo aperturam esse adfirmat, per quam Embryo transibat, quod WOLF postea refutavit. GEOFROY *Iunior* idem credidit, quod MORLAND, uti et TURPIN. (164) PONTEDERA statuit quidem esse excrementum Pollen, sed succum nutritium Antherarum redire ad corollae fundum, misceri cum nectare seminaque matrire.

LINK nuperioribus temporibus resinam habet pro materia foecundante. (165) CHAPTAL credit idem. IUSSIEU, DU HAMEL, NEEDHAM, VON GLEICHEN mucum faecundare credidere, uti et HEDWIG; KOHLREUTER Oleum; WILDENOW Oleum et mucum, non autem eum qui pressione acquirebatur. Hos sequuntur auctores, qui auram seminalem adsumunt, sic primus sensit GREW, quem RAY, VAILLANT, PATRICK BLAIR, sunt secuti. (166)

Vim Pollinis, cum illa spermatis animalium comparavere CAMERARIUS. (167) BRADLEY Magnetismo cuidam adscribit motum Stigmatis ad Pollen, vim eius vitalem et incitantem adsumit. HEISTER sententiae CAMERARII calculum adiecit album, sic et sensit WOLF, uti et nuperioribus temporibus varii, inter quos SPRENGEL.

Accedit alia opinio, prius a SCHELVERIO exerta (168), nuperrime ab HENSCHELIO resuscitata, (169) cuius adfero hic sententiam, et e cuius libro quasdam obiectiones contra Materialem transitum haurire nec inutile fore existimo.

§ 206. Omnis dissectio partium ad Plantam pertinentium favet fructificationi, sic dissectio radicis, dissectio trunci vel ramorum, dissectio foliorum, dissectio ramulorum parvorum, sic et dissectio gemmatum, determinatio in pro-

---

(163) HOUTTUIN Natuurlyke Historie van LINNAEUS, Phil. Transact V. LV. p. 261. (164) SPRENGEL L. C. T. II. S. 173. (165) LINK Grundlehren L. C. S. 217. (166) SPRENGEL L. C. T. II. S. 160. S. 175. (167) SPRENGEL L. C. T. II. S. 165. WILDENOW Krauterkunde S. 401. (168) SPRENGEL recensio in opus SCHELVERI Kritik der Lehre von den geschlechtern der Pflantze 1812. 1814. in Geschichte der Botanik T. II. S. 268, 269. (169) HENSCHEL von der Sexualitat der Pflantzen 1820.

processu vegetationis fructus ipsius, quarum varia adfert HENSCHEL exempla. (170)

Quum itaque planta summum attigit perfectionis vestigium, determinetur necesse est. (171) Pollen productum hoc tempore est pars plantae, petalum in tempus diminuitur, remanet tigillum medium, in cuius acumine remansit pars adhuc illaesa, Antheram formans. Nunc combinationes omnes vegetativae desinunt, quaeque particula est individua, absque coniunctione cum aliis, ultimum Phaenomenon sistit fractura repentina contextus, explosiva eruptio partium Antherae, quum partes singulae contextus non invicem sese nutriant. Pollen est massa corporis cellulosi Antherae, eius cuticulae non sunt membranae, sed latera cellularum, et quum sit maturum vesicam sistit, succi parenchumam internam dissolvere. (Quare non latera externa? Num sint latera cellarum exteriorum fortiora, crassiora?) Hoc monstrant, dicit HENSCHEL, observationes et Metamorphosis Pollinis, quod primo Anthera est contentum solidum, dein dividitur in *Orchideis* in minores globulos, dum in plantis maioris perfectionis totum e globulis minimis constat. Historia perfectionis Pollinis est historia procedentis liberationis substantiae vegetabilis. Omnes succi ad summum provecti, destillati, corpore privati, materia privati in fluida Etherea mutantur, Pollenque non continet magnam aquae vegetationis copiam, sed aqua indissolubilem substantiam, oleosam medullam plantae consistit, verum et unicum, uti TOURNEFORT et PONTEDERA dixere, plantae excrementum. (172)

Quum itaque Pollen sit evolutum tempore, quo planta est determinata, etiam indolem determinantem habet, agit in determinanda vita plantae, estque vulnerans animale venenum, quod prius vegetationi Stigmatis impedit, dein totius plantae. Hinc excitat processum eumdem in vegetabilibus, quae eius evolutione carent, qua autem opus est ad formandum et evolvendum fructum.

Pollinis haec indoles patet, quia est substantia desoxydata, quum GLEDITSIO contingit oxyda metallorum eo reducere. Polleninum multum Hudrogenii et Asoti habet.

---

(170) HENSCHEL L. C. S. 424. seq. (171) HENSCHEL L. C. S. 432, sqq. (172) HENSCHEL L. C. S. 434, 435.

Celeriter mutatur et fermentat, extruditque fluida Gasformia, quod et odor varius Pollinis monstrat.

Multum conveniunt Stamina cum *Muscis*, sic forma, concamerationes, explosiva eruptio contenti pulveris in *Gastromycis*. Eadem continent principia plura, ut Phosphata terrarum, Potassae, quare cum *Musci* producta sint inferiorum classium, Pollinis productio est decompositio materiae plantarum. (173)

Ad haec planta summum attingit vestigium, quemadmodum et alii cum HENSCHELIO sentiunt; sic ZIMMERMAN plantarum vitam somnum vocat, tempore vero fructificationis vigiliam; quo stadio succi producuntur qui animalem indolem habent, quo reactio ad stimulos in Anthesi est fortior, sic ad *Berberidem vulgarem*, *Dioneam muscipulam*; reactio ad lucem, in *Heliotropio*; motus Staminum in *Ruta Chalepensi* (174) quem *von* HUMBOLT adscribit influentiae pollinis: (175) Plures plantae, quae semel in vita semina proferunt, statim post moriuntur, uti obtinet in *Musa* qui 100 annos vivit, sed moritur cum flores gerit; sic et *Corypha* 30 vivit annos, inde vero non patet necessitas; plantas dissolvi debere in globules; cellasque, e quibus constat. Anthera constat e parenchumate, non ut dissolvatur, sed quia parenchuma, uti notum est, omnes succos elaborat praeparatque, et cuticulae Pollinis quidem sunt membranae, uti LUDWIG, DE GLEICHEN aperte 2 vel 3 demonstravere (176), et licet Pollen producitur tempore, quo determinatur planta, non inde sequitur, illud habere eamdem vim. Sic, V. G. Gas carbonicum, durante putrefactione, fermentatione, obortum, vim habet egregie antisepticam, quid de Nitro dicendum? etc. Num similitudo, cum *Muscis*, forma externa similitudinem ortus demonstrat? et etiam indoles chemica? sic et ossa continent phosphatem calcis, an eam ob rem cum Polline comparari possunt? Pollen fermentationi pronum esse alii oppugnant, (vid. antea) quemadmodum IOHN demonstravit per multos annos conservari posse sine virium detrimento. (177) Itaque non cum HENSCHELII sententia coincidimus, nec qualitatem hanc determinantem, (valde determinatam vocat illius Recensens,) quam

---

(173) HENSCHEL L. C. S. 436. seq. (174) K. I. ZIMMERMAN abh. uber die Respirations proces der Thiere und einige wichtige gegenstande aus den gebiete der Physiologie und Medicin 1817. S. 192. (175) Von HUMBOLT Aphorismen L. C. S. 58. (176) SENEBIER Phys. veget. L. C. T. II. p. 77. (177) IOHN L. C. 4 Fortz. 549, 588. in nota.

verofimile fecisse putat HENSCHEL (178) et quam nominat actionem; „Wir wissen nicht wie." Videamini an, uti antea vidimus, materialiter accedere posset, Germen et Stigmata; an ad Dunamicam vim fit confugiendum, et num de eius existentia fint, quae confirmant testimonia, an minus.

Partes, quae conceptioni infervire videntur, (fi materialiter fit accesfus) foemininae dictae, fiftunt Pistilla, quae rurfus dividuntur in Stigma, quod fuperiorem fuperficiem fiftit, in Stylum, quo autem plures carent plantae, uti *Tulipa*, *Thymylea*, *Toxicodendron*, *Ptelea*, et in Germen. Pistillum in nonnullis videtur disfepimentis divifum, fic 3 in *Tulipis*, 5 in *Pomis*. Pistillum ortum ducere e medulla, credidit LINNAEUS, fed in *Alcina* femina in circuitu germinis funt conftituta, et etiam plantae inveniuntur, quae carent et medulla fine vafis fpiralibus, in germine invenienda. (179)

Fasciculi vaforum, non e pedunculo five medio germinis tranfeunt ad pistillum, fed ex exterioribus involucris fructus, vel e fructibus, circum illa pofitis; fasciculi vaforum in pistillo offenduntur, quare bafis Styli cava videtur in *Lavatera*, tenuesque ftriae contextus cellulofi per medium Stylum currunt; *Cucurbitaceorum* Pistilli HEDWIG defcriptionem dedit. Canales, quos nonnulli, uti MORLAND, CYRILLO, GEOFROY, in Pistillo fe vidisfe ferunt, iuxta nuperiorum fectiones uti GAERTNERI, SCHRANKII, LINKII, SPRENGELII et TREVIRANI non existunt, et in pluribus cafibus, V. C. in *Ringentibus*, ubi, ut columna, Stylus oritur e medio receptaculo fructus, inter germina quatuor, nullo modo cum iis iunctus est, id facillime confpiciendum in *Scutellaria alpina*, *Sideritii hysfopifolia*, *Verbena Multifida*; (180) in *Borragineis* e pede germinis variae formae oritur, ad parietes cuius, germen adfixum in *Myofotii paluatri*, e corpore haemisphaerico, cuius fuperiori plano Germina, non cum illo concreta, pofita funt, ut *Cynoglosfum Lufitanicum*; in *Boreagine laxiflora* vertitur aliquomodo circum Germina, ita ut in curvatura bafeos illa iacent. In aliis prolongatio eius Ovarium pervadit, et format receptaculum fructus columnare, cui tamen immediate ova non adiacent; in aliis determinatur in disfepimentis fructus, V. C. in *Cucurbitaceis*, in aliis est procesfus

(178) HENSCHEL L. C. S. 465, 466. (179) Amoenitates Academicae V. 6 et 7. p. 175, 198. (180) HENSCHEL L. C. S. 476. feq.

futurarum Capſulae, ad quas *Legummoſae* pertinent ubi ad latera fructus vadit, et *Multiſiliquoſae* cum *Cruciferis*, ubi ad marginem disſepimenti deſcendit uti fructus *Bocconiae fruteſcentis*, in quibus quod non esſe iis combinationem cum ovulis, certum est. (181)

In nonnullis est procesſus, vel prolongatio integumenti germinis, ubi numerus Stylorum non est in ratione cum numero loculamentorum, vel ſeminum, vel ovariorum, ut obtinet in *Alſinaceis*, *Caryophylleis*, *Primulaceis*.

Independentia Styli et ovarii conſpicue demonſtratur in *Thelygono cynocrambe*, ubi germen Stylum non habet, ſed ad latera exſtat quaſi pars iſolata, quae ad baſin circumdatur calice proprio, bipartito. Eadem ſtructura videtur in *Dorstenia*, *Mithridatea*, *Potentillaceis*. Genera *Hirtellae*, *Surianae* etc. appropinquant huic ſeparatione Styli ſitu ſuo laterali.

Triplici modo Stylus videtur esſe conſtructus, vel ſtructuram radicis habet; cum faſciculus centralis, contextus celluloſi elongati, (vaſorum ſuccum ferentium) vaſis ſpiralibus tenuibus per medium tranſit, qui postea dividitur, et radiatim tranſit in disſepimenta vel exteriorem capſulam Pericarpii; vel habet texturam cylindri, compoſiti e cellis fibraeformiis, vaſisque ſpiralibus, quae in cellis laxam, medullae ἀναλογον Parenchuma continet; vel Stylus nulla vaſa habet, tantum vero ſubſtantiam celluloſam varie coloratam, et ab alio contextu diverſam, in medio continet. Ubi Stylus non est ſola extenuatio germinis, ſed articulata pars, loco, ubi Germen et Stylum externe ſeparari videntur, vaſorum contextus definit, et in contextum celluloſum tranſit, qui conprimitur in nodum, uti ubique, quo novus incipit ramus vel gemma. (182) Numquam vaſa ſpiralia et ſuccifera ex apice Styli ad ova tranſeunt; nec e Stigmate ad Stylum, quia Stigma ſemper est celluloſum nec vaſa continet. Quae HEDWIG, MIRBEL, CORREA DE SERRA narravere de vaſis ſemen ducentibus, carent omni veritate, et est explicatio arbitraria iconum. Quo ovula oriuntur in ovario immaturo, verrucae tantum celluloſae inveniuntur, quae ovulum extrudunt, et quando haec verruca increſcit in funiculum umbilicalem, et vaſa continet; haec tantum dorſo ovulis adiacent, vel circumdant acumen anſaeforme (*Cucurbitaceae*). Numquam quis vidit vaſa in clatricula ovulorum

---

(181) HENSCHEL L. C. S. 477. (182) HENSCHEL L. C. S. 478.

coaptari, et Micropyle, quod Gallus nuperrime uti aperturam feminis nobis demonftrare voluit, paucis plantis est proprium. (183)

BULLIARD in *Liliaceis* invenit Pistillo horifontaliter, ad fructum disfecto, impofito Stigmate in fpiritu vini colorato, fuctione inftituta liquorem adfcendere per Stylum, (a travers) usque ad interiores loculamentorum 3 capfulas, fi autem pars inferior in fpiritu vini imponitur, et fuctio inftituitur ad Stigma, liquidum elevatur in Pistillo, fed non tranfit, expanditur vero in Stigmatis verrucas. Obfervavit praeterea non colorari ovula, unde concludit, liquorem hunc non fatis esfe fubtilem qui in vafis umbilici dispergi poterit. (184)

Idem fi inftituitur experimentum ad Stylum *Hemerocalis flavi*, liquor fuctione canalem fequebatur, duabus fuis extremitatibus, quando funt immisfae vicisfim in fluidum coloratum. Si Stylo pars ovarii relinquitur, fluidum minores canales transgreditur, qui nullam habent cum canali magno pistilli communicationem, ita ut non folum fit communicatio inter Stigma et fructum, verum et inter alia vafa Styli. In fere omnibus *Leguminofis* Stylus deprehenditur tubulofus, fed fuctione non potest fluidum quodcunque ingredi. (185)

Quod attinet ad duas proprietates, quas LINNAEUS ad Pistillum invenit; nempe quod obductum fit Stigma fluido mucilaginofo, et quod epidermide careat; (quam adesfe autem SENEBIER (186) putat, etfi tenuisfimam) et ufum et facilitatem, commodum foecundationi, HENSCHEL tali modo illius ufum explicat, quod aditum Pollinis efficiat minus accesfibilem, quia Pollen gummofa fubftantia est infolubilis, et oleofa, nifi altiore temperatura folubilis. (187)

Quod ad tenuem attinet epidermidem variamque Stigmatis texturam, ufum refutare conatur HENSCHEL, quia et in aliis partibus florum invenitur talis locus, uti ad petala in *Croco*, ad Stamina in *Dictamno albo*. (188) Quod ad verrucas, pilos attinet, etiam inveniuntur ad Filamenta in *Labiatis*, et aliae partes floris pilos habent quum Stigma iis careat, uti *Clinopodium vulgare*. Haecce autem, quae attinent ad pilos, qui infervirent Pollini fufcipiendo, egregie refutantur, pilis, quos CASSINI ad Stylum omnium *Syn-*

(183) HENSCHEL L. C. S. 479. (184) SENEBIER L. C. T. II. p. 92. (185) SENEBIER L. C. T. II. S. 93. (186) SENEBIER L. C. T. II. p. 85. (187) HENSCHEL L. C. S. 475. (188) HENSCHEL L. C. S. 472, 473.

genistarum invenit, quos prius *Balayeurs* dein *Conservateurs* nominat. (189)

Hisce patet nullo modo Pollen transire posse materialiter per Stigma et Stylum, quum autem noscimus Pollen quamdam exserere actionem in inferiorem partem Pistilli, in Germine vel ovario, ex descriptione intelligemus, num alia sit via, qua Pollen materialiter pervadere possit ad ovula.

Antequam flos marcescit, et Pistillum expandi incipit; ovarium est impletum contextu celluloso, subtilissimo, qui omni puncto videtur naturae perfecte homogeneae, cuius cellulae pellucidae impletae sunt fluido limpido. Ovula nondum conspiciuntur, paulo post in contextu depinguntur uti in *Spirea*, *Cucurbita*. Hic contextus dissecatur, destruitur, et ovula a se invicem separantur, quae corpora parva globulosa, viridia, polita, lucentia constituunt, omnia placentae adiuncta, vel immediate vel mediante funiculo umbilicali, et accipiunt, puncto umbilici extremitates vasorum nutrientium. (190) Inveniuntur saepius plura ovula in ovario, quam postea grana in fructu, quia quaedam omne nutrimentum usurpantia, alia hoc privant et ne ad perfectionem perveniant impediunt quod in *Iasmineis*, *Lagoecia*, *Hasselquistia*, *Betula*, *Querco*, *Fago*, *Castanea*, *Metrosidero*, *Elai*, *Coco*, *Flagellaria*, *Mespilo*, *Thea*, ceteris pluribus accidit; quod ita explicat HENSCHEL (191) ut Pollen unum tantum vivificeat. Substantia ovulorum est contextus cellulosus, indivisus; superficies huius contextus est opaca, compacta, solida; inferior pars humida; διαφανα. Ante et quidem aliquamdiu post foecundationem, ovula vel grana, nil novi ostendunt, volumen autem augetur. Staminibus vero et Stigmatibus marcescentibus, mutationes accidunt notabiliores. Lineamenta vasculosa, indicia existentiae embryonis, evolvuntur in contextu ovuli, cellulae, quae contiguae sunt lineamentis, implentur substantia opaca, alba vel viridi, quae aeque ac vascula in tempus augetur, vel a circumferentia ad centrum, vel e centro ad circumferentiam. Contextus quem penetrat est similis contextui (*Canifas*) dicto organisato, quem natura efficit in adumbratione vegetabilis. Accretio Embryonis comparari potest cum ea ossium animalium, quae prius

---

(189) CASSINI Iournal de Physique L. C. anni 1813. p. 97. seq. annorum 1818. p. 127.
(190) MIRBEL Precis d'une lecon sur le fruit. etc. Iournal de Physique 1813. Septembre p. 174.
(191) HENSCHEL L. C. S. 285.

cartilaginea sunt, dein contra ossificationis prodeunt; cum radii mittuntur ad omnes partes, quo in dies sceleto soliditas et opacitas datur, uti ossa habent perfecta.

Foecundatio est necessaria ad evolutionem ovarii et ovulorum; ovarium floris; cuius Stigma non est consperfum Polline, marcescit nec accrescit (quamvis contrarii exemplaria vidimus). Si foecundatio est peracta contextus cellulosus accrescit parietibus, innumeras facit ramificationes, et ovarium augetur dimensione. Functio ovarii est non solum defendere grana ab actione immediata potentiarum externarum nocentium, sed ovarium est species corporis glandulosi, quod praeparat succos nutritioni necessarios. Vidit enim Cl. HALES, fructum transpirare, sed minus quam folia. Respirare fructus virides, eodem modo ac aliae plantarum partes, nos docet Chemia; decomponitur Gas Carbonicum, Carbo relinquitur. Sic DU HAMEL narrat se *Nuces* avulsisse tempore, quo ovulum erat etiamnum contextus cellulosus transparens, illos aeque bene ac non avulsos, crevisse; quando fructus servabatur loco sicco, ovulum erat minus, si loco humido, solitam acquisivit magnitudinem.

Locus, quo cum matre est in coniunctione semen, dicitur Umbilicus. Est vel immediate coniunctum cum Pericarpio, vel per funiculum umbilicalem. Prope hunc locum TURPIN detexit alium, quo et est coniunctio cum matre, quem Micropylum vocat, et illi inservire videtur suscipiendo materiem foecundantem, nam patet, viam quae nutrimentum adfert seminibus, non esse aptam foecundanti materiae: hunc autem paucis plantis proprium esse dicit HENSCHEL (192). Fasciculus Umbilicalis constat plerumque duobus fasciculis vasorum spiralium, quae a latere procurrunt, et parenchumam in medio habent; uti in *Isatis tinctoria* conspicuum est et *Graminibus*, *Leguminosis*. Per hanc parenchumam, transire resinam, quam materiem foecundantem credit, docet LINK (193).

E praemissis vidimus, Pollen, e sententiis plurimorum Physiologorum, non accedere posse ad germina mediante Stylo, et licet in nonnullis plantis sit apparatus constitutus, quo perduci queat, hoc non in omnibus vel pluribus adesse; quam autem sententiam HENSCHELII, uti mihi videtur, satis refutavimus vidimusque, nullum posse generari sine Polline semen perfectum, germi-

(192) HENSCHEL L. C. S. 179. (193) LINK Grundlehren L. C. S. 225.

nando aptum, ad dunamicam actionem est confugiendum, eamque probabilem efficere, hic opus et labor.

Planta e ſententiis omnium Phyſiologorum ſummum attigit veſtigium perfectionis, et non, uti HENSCHEL, ſtatuimus plantam foemininam eſſe perfectiſſimam, (quod ratiocinio admodum miro dicit Recenſens) concludit, (194) ſed profitemur, Maſculinam eſſe magis perfectam, quemadmodum in omnibus Maſculis animalibus, avibus etc. obtinet, (ubi iuvenis formam foeminae habet, dein magis evolutus formam pulcriorem acquirit), idque concludimus, quia et in plantis, quas ſtatuunt, perfectiſſimis, Pollinis evolutio fit maior, et Antherarum Staminumque productio.

Quoniam itaque Antherarum multitudo videtur eſſe ad rationem perfectionis plantarum et in perfectiſſimis est maior, quia et in iis magis opus eſſe videtur;

Quoniam ſemper in plantis adſunt duorum ſexuum indicia, Stamina et Piſtilla, in *Dioicis* vario individuo conſtituta;

Quoniam experimentis HENSCHELII nondum patuit, plantas produxiſſe ſemina germinando apta, ſine Pollinis acceſſu; (tria experimenta, forſan non ſatis exacte inſtituta, in re tanti momenti, non arguunt et experimenta extant contrarii, a viris non minoris momenti inſtituta.)

Concludo, Pollinis influxum ſemper opus eſſe, ut oriantur ſemina germinando apta.

Quoniam Pollen, tempore ſummae perfectionis vegetabilis ſecernitur, eſtque ſubſtantia maxime perfecta;

Quoniam HENSCHEL demonſtravit, in plurimis plantis nullum dari attactum materialem;

Quum, uti ſemen animalium, etiam ſummo perfectionis ſtadio ſecretum, eandem exſerere debet actionem, ad foecundanda germina, ſeminaque producenda germinando apta;

Aſſumo, (uti HALLER in animalibus, (et in ſemine illorum) ſpiritum volatilem odorantem; (195) quem SPRENGEL in diſtans agere docet; (196) LENNOSSEK Bioticon vocat; (197) RICHERAND Αναλογον facit fluidi, quod

(194) Iſis von Oken. 1820. II B. S. 664. (195) HALLER Elementa Phyſiologiae P. VII. pag. 519. (196) SPRENGEL Inſtitutiones Medicae Pars II. pag. 520. (197) LENNOSSEK Phyſiologiae vol. V. p. 201. p. 372.

adſumit, animi iuſſa ad musculos, et ſenſationes nervorum ad cerebrum ducit (198)) „idem principium Biodynamicum, in Polline, vim vitalem ad ſe„mina exſerens, Characterem ſui generis illis impraegnans; nego aliam mate„riem huius vice poſſe agere."

Prius itaque demonſtranda eſt, Pollinis cum ſemine animalium Αναλογια, di- iudicanda.

1°. Ex odore. Semen animalium proprium ſpargit odorem, quem HALLER in Antheris multarum plantarum, in bulbis *Orchidis*, Julis *Castaneae*, ſe animadvertisſe dicit. (199)

SPRENGEL *Phoenicis*, *Populorum* et *Salicum* Pollen, odore ad animalem accedere naturam adfirmat; (200) et in *Castaneae* Julis, ſpadice *Phoenicum*, masculo olere. (201)

RICHERAND idem de Julis *Castaneae* adfirmat. (202)

2°. Semen animalium continet animalia infuſoria, hinc vi vitali maxima gaudet, et per ſe animalibus inferioris claſſis vitam dare poteſt. Idem obtinet cum Polline, ſi 24 horas ſibi manet relictum, aqua affuſa, vel ſtatim; ſi affunditur ſpiritus vini, prodeunt animalia infuſoria. (203)

3°. Semen non ſecernitur in animalibus, niſi perfectisſimo ſtadio et organo; Idem in plantis fit.

4°. Semen animalium actiones exſerit, regitur vero potentiis externis, ita et Pollen. Adfirmat enim LENNOSSEK. (204)

„Quamvis mulier omni tempore apta ſit pro conceptu ut non, uti in bestiis, „certis periodis ſit alligata, tempore tamen verno et autumnali, uti obſerva„tiones docent, plures concipiunt. Periodice praeterea exaltatur partium mu„liebrium energia circa tempus menſtruae purgationis, quae eam habet finem, „ut receptivitatem augeat, et organa pro conceptu magis idonea reddat. Per„git ſic: Sympathia et Antipathia ſummum habent influxum in generationem, „promovet illa, haec impedit."

Actioni Pollinis favet tempeſtas, nam KOHLREUTERI experimentis extra

(198) RICHERAND Nieuwe grondbeginselen der Natuurkunde van den mensch 1821. blads. 461, 462. (199) HALLER L. C. p. 519. (200) SPRENGEL L. C. p. 499, 520. (201) LENNOSSEK L. C. pag. 94, 95. (202) RICHERAND L. C. p. 454. (203) Aanmerkingen over MARTINET Katechismus L. C. IV Deel. (204) LENNOSSEK L. C. vol. V. p. 188.

dubium positum est, in *Hybisco Syriaco*, tempestate favente, 10:50 Pollinis globulos sufficere ad foecundandum, alia tempestate, multo maiore Pollinis copia opus fuisse. (205)

In *Nicotianis*, semina multa semper producuntur, huicce familiae hoc proprium est, sic et *Luridis* et *Solaneis*. (206)

Etiam in plantis magis perfectis *Dicotuledoneis*, in genere facilius semina producuntur, in *Monocotuledoneis* gemmae. (207)

5⁹. Semen animalium non semper attactu agit, verum et in distans, neque semper contactu opus est.

Thetis a CUVIERIO dissectus testiculus hepati immersus sursum promit ductum spermaticum flexuosum in turgidam penis abeuntem basin, a latere vero testiculum contingit oviductus pariter gyris serpentinis flexus in basin matricis terminatus. Haec vero matrix, intestino similis, e grandi glandula oritur, ostio late marginato terminata. Et peni, cirrhi aemulo, et matrice utrique adstat bursa seu sacculus (208) cuius utilitas obscura est, referente SPRENGEL, (209) in *Theti leporina* MECKELII: (Pleurobrancho tuberculato) eidem animali testiculi prope ovarium sunt siti, non communicant, ex illis est ductus in partem masculinam qui autem non est pertusus, sed caecus, ex ovario oviductus ad apertam vulvam. Masculinus penis est impenetrabilis, nihil materiale potest duci in vulvam; in corpore ipso non transductio obtinet, verum attactus, forte partes adfixae ad vivificationem ovarii et ovorum sufficiunt.

In *Aplysia depilante* genitale Masculinum est ad caput situm, non pertusum. Nulla est communicatio cum parte, quae pro fonte seminis est habenda, verum ad ventris infimam partem est organum tale, a quo est canalis ad ovarium: in *Bulla aperta* penis nullam communicationem habet cum testiculis, quod idem est in *Tritonia* HOMBERGII: et *Aplysia fasciata*. In *Jaculo giganteo*, teste BILLIARDERIO et HOMIO, canales uteri tantopere sunt curvati, et cum fundo hactenus aptati, ut semen masculinum nullo modo penetrare possit. (210) Magnum etiam certamen datur inter doctos, an materia-

(205) HENSCHEL dicit 50: L. C. S. 401, 279. (206) HENSCHEL L. C. S. 279. (207) TREVIRANUS Biologie L. C. B. III. S. 373, 209. (208) TREVIRANUS L. C. B. III. S. 257, 258. (209) SPRENGEL inst. medicae L. C. Partes II. p. 501. (210) TREVIRANUS Biologie L. C. B. III. S. 258.

li contactu opus sit. LEEUWENHOEK contendit, (211) se semen Masculinum in utero *cuniculi* vidisse, illud vero concludit ex animalibus seminalibus, quae BUFFON et NEEDHAM in liquido ovario effuso observarunt.

RUISCH vidit in ovario fluidum, ad visum et colorem semini virili simile (212), quum autem et fluida eiusdem speciei in ovario secernuntur. FALLOPIUS, se vidisse semen adfirmat in tubis FALLOPPII et POSTEL in ovario et tubis, habent pro semine foeminino, quod non adesse probabile videtur. HALLER in *Ovibus* vulvam clausam esse dicit, in *Avibus* penis rudimenta minima esse, uti in *Gallis*. HARVEUS plurimis experimentis, eam ob caussam institutis, se non semen virile invenisse fatetur, quod et *Reinier* DE GRAAF adfirmat, hinc concludunt; seminis principium volatile (Biodynamicum hodiernorum) sufficere, ut ova reddantur viva.

Ex HENSCHELII dictis, primo eius operis libro, vidimus, attactum materialem Pollinis admodum esse difficilem, plurimas plantas eo carere, modosque foecundationis, Pollinisque dispersionis esse incertissimos, nullumque dari accessum materialem Pollinis ad ovula. (213)

Pro materia Biodynamica in distans agente pugnant experimenta KOHLREUTERI, tam parvam Pollinis copiam foecundationi sufficere (214) V. C. e *Mirabili Ialappa* 1. de 293. e *M. Longiflora* 2. de 321.

Etiam KOHLREUTER secabat omnes Stylos in variis plantis, praeter unum, et foecundatio perficiebatur eodem modo, ac si omnes Polline essent consperli.

Chamaerops humilis per 30 annos, in horto BEROLINI, nullos fructus, nisi immaturos protulit. Hortulanus MICHELMAN, iussu GLEDITSII, anno 1749, suspendebat Masculos flores; a *Palmarum* eiusdem generis flores qui contigui erant Masculinis, maturos germinibus praeditos fructus proferebant, qui distabant, fructus immaturos. Idem experimentum eodemque successu instituit, KOHLREUTER anno 1767. Idem MICHELMAN e *Lentisco Therebintho* nullos fructus habuit, quando plantae masculinae in Anthesi, foemininis erant sublatae, contrarium fiebat, si coniungerentur. (215)

---

(211) TREVIRANUS Biologie L. C. B. III. S. 393. (212) TREVIRANUS Biologie L. C. B. III. S. 395. S. 393. (213) HENSCHEL L. C. L. I. S. 31: 264. vel 239: 264. (214) TREVIRANUS Biologie B. III. S. 373, 374. (215) TREVIRANUS Biologie L. C. B. III. S. 346.

SPALANZANI experimentum instituit ad *Mercurialem annuam*; debebant esse appropinquae Masculis foeminae, si femina bona matura produci deberent. (216)

Achille RICHARDO teste Pollen in distans agit, quod adfirmat exemplo duarum *Pistacearum*, quae multos per annos, in Horto Botanico PARISIIS, erant absque fructibus, usque dum faecundatio perficiebatur per arborem Masculam; quae dimidio horae spatio in Horto Monachorum Carthusianorum crescebat. (217)

Hisce itaque vidimus, dynamicam adesse Pollinis actionem, illudque exserere actiones, quae semini animalium adscribuntur: videamus, num et agat impraegnans characterem sui generis.

1°. Sic LINNAEUS narrat; (218) RAMSTROM sumsit Pollen *Tragopogi Pratensis*, eum Polline *Tragopogi porrifolii* consperfit, semina producta esseminata produxere plantas, externe patri, interne matri similes. (219). RAY narrat de quodam BAAL, qui vendidit semen *Brassicae*; quum autem semen terra condiderant, proveniebant *Brassicae Longifoliae* exemplaria, quia erant vicinae aliae speciei. Illud in *Cucurbitis* accidisse narrat MIRBEL, et rustici sciunt non debere apponi variae *Pisi* species.

Richard BRADLEY narrat, in Horto TH. FARHENFIELD, hybridum esse ortum, *e Diantho* et *Silene muscipula*. (220)

I. CH. E. e *Mirabili Ialappa* et *Mirabili Longiflora* habuit semina, quarum una planta mixta videbatur ex duabus, aliae matri similiores; quas proprio matris Polline productas arbitratur. (221)

Quod ad experimenta KOHLREUTERI, rogat HENSCHEL, „an veras habeant „proprietates hybrydorum animalium?" quia autem sunt fertilia, non proprietatem habent animalis hybridi semper infoecundi; verum LINK loquitur de *Mulo Asino*, varietatem procreante (222); BLUMENBACH idem adfirmat de hybrido *Vulpis et Canis*; SPARMAN narrat de hybridis fertilibus *Suis soliti* et *Ethiopici*, sic et Aves canorae saepius copulantur, et pulli eorum foecundi observantur. (223) Quum autem plantae minori gradu sunt perfectionis, in iis saepius obtinet.

---

(216) TREVIRANUS Biologie L. C. B. III. S. 359. (217) RICHARD Elemens de Botanique in SPRENGEL Neue Entdeck. in Pflantzenkunde B. I. S. 406. (218) LINNAEI Amoenitates Academica V. VI. (219) BASTER Verh. L. C. bladz. 58. (220) SPRENGEL Geschichte der Botanik. (221) Verh. von Berlin. gesellschaft anni 1775. S. 384. (222) LINK Reize d. Frankr. Spanien und Portugal S. 203. (223) TREVIRANUS L. C. III B. S. 413.

2°. Animalia hybrida medium semper constituunt patris et matris, ita non in plantis obtinet: HENSCHELIO autem monendus videtur, Animalia, si producuntur hybryda, semper magis matri esse similia, et difficile est semper medium constituere inter utrumque, et, si omnes plantae hybridae species constituunt novas, ita etiam diiudicandum esse de hybridis animalibus. Quod attinet ad id, cuius accusat KOHLREUTERUM: „nempe hybrida esse magis lusus phantasiae, et non tantam fidem esse habendam experimento, quo ille conspersione Pollinis, unam speciem in aliam mutavit, quia experimentum est unicum, et unici Naturae serutatoris:" HENSCHELIUM non decet, viro, qui sententiam protulit suae sententiae oppositam, veritati autem consentaneam, nullum systhema secuto, tales obiectiones facere, imprimis, quum suis ipsius experimentis et citationibus demonstravit, omnia succumbere debuisse sententiae, quam in conscribendo opere habuit.

Varii, dicit HENSCHEL, adsumunt actionem in plantis Dunamicam, sed nondum est certum, num talis actio in planta possit fieri? num necessaria sit? et num sit legibus vitae plantarum consentanea? Consideret autem vegetabilia esse corpora viva, regno itaque minerali praestantiora: quumque vidimus antea in descriptione Corollae, nonnumquam lucem esse productam et calorem in Anthesi in *Ari* speciebus, uti LAMARK observavit; (224) quum et vegetabilia semper calore suo interno frigoris molestiis sese opponunt; quum analogiam vidimus inter semen animalium et Pollen; quum IOHN identitatem invenit inter principia, *Copali*, *Bdellii*, *Succii*, *Pollinis*, sese electricitate distinguentia; (sunt enim maxime Ideoelectrica) concludere mihi liceat. (225)

Pollinis principium optimum esse ad conservandum et retinendum materiem magis perfectam electricitate, vivum enim est Pollen. Quod et experientia constat, Pollen per annos conservatum suam vim egregie retinere. (226)

HENSCHEL postea dicit: si talem adsumimus substantiam, existentia Pistilli vel Styli non explicari potest, et est superflua. Dicit vero WEBER, Prof. DILLINGAE, „es giebt in der Natur nirgens einen absolut leren Raum, und die „actio in distans is nur erregung der durch die realitäten überall ausgegossenen dunamischen krafte, und fortpflantsung der erregung. Einer actio in

(224) LINK Grundlehren L. C. S. 228. (225) IOHN Naturgeschichte des Succins L. C. S. 391. (226) IOHN Chem. untersuchungen 4 Fortsetz. S. 349. S. 528. in nota per 18 annos.

„distans ohne Medium, ist daher ein leerer, und wie der alten sagten, ein „wiederſprechender begriff." (227) Hinc explicatur, Pistilli existentia et quare Styli tali modo ſint acuminati, aculeati; cum egregie acumina ſubſtantias attrahant imponderabiles.

Smegmatis praeſentia et indoles etiam optimam adfert ſententiae meae vim; vidit enim IOHN, perfectiſſimum eſſe fluidum, quum in iis et animalia infuſoria formantur. (228) Invenit ſuper Stigma *Cucurbitae lagenariae* materiem adipoſam flavam, albumen vegetabile, fuſcam extractivam materiem quodammodo acrem, aetherea, gummoſas partes et ſalia; credit naturam partes foemininas obduxiſſe, materia adipoſa, ut materia maſcula haberet Menſtruum, quo apta reddebatur ad agendum in Pistillum.

Experimento vero a SPALANZANIO inſtituto patet, mucum egregie inſervire conducendo vim e ſemine; condidit 60 ova muco pollicis altitudine, obducta in tubo, omnes vivere incipiebant; albumen autem ſumens nulla ſequebatur foecundatio. (229)

Si cum Cl. TREVIRANO et plurimis noſtri aevi phyſiologis cenſemus, ſpermatis effectum in animalibus, ubi foecundatio intra corpus maternum contingit; in mammalibus praecipue, analogum eſſe effectui, quem contagia in corpore ſuſcitant; ponere nempe mutationem in foemineo corpore peculiarem, quae dein ſuo modo agat in germen maternum, atque pugnant pro hac ſententia plurium argumentorum momenta. (230) Excitantur et propagantur morbi contagioſi per certas nonniſi ſubſtantias, intra corpus animale evolutas, ut ipſa quoque generantur et propagantur organica corpora; quem admodum ſemen maſculinum aqua dilutum, vel aliis indifferentibus ſubſtantiis mistum, virtutem retinet; a fumo vero et aliis differentibus ſubſtantiis deſtruitur, ita contagia nonnulla (varioloſum et vaccinum) ſe habent. Effectus foecundi coitus analogus est contagiorum: concitat horrores, pallorem faciei, nauſeam, vomitum, dolores vagos, proſtrationem virium etc. Requirunt contagia peculiarem corporis receptivitatem, quod ipſum in ſpermatis actione obtinet; concitant nonnulla vene-

(227) Vom dynamiſchen leben der Natur uberhaupt von *Ioſeph* WEBER Landhut 1816. S. 41. (228) IOHN Chem. Laboratorium III B. de Infuſoriis S. 57. S. 59. S. 64. (229) TREVIRANUS Biologie B. III. S. 382. (230) LENNOSSEK Phyſiologiae vol. V. p. 203.

na animalia, ut de *Crotali* morſu innotuit, cutis deformationem, beſtiae venenatae ſimilem, quemadmodum ſoboles generata parente ſimilis fit; (231) denique notum eſt, per contagia tales poni in corpore effectus, ut exanthemata varia formentur, veſiculis illis, quae a coitu foecundo in ovario oriuntur ſimilia. Incitantur ovula a coitu, irruit uberior ſanguinis copia, inflammantur, turgent eorum calyces humore ſaepe atro, et prominent una vel 2 horis, vel ſerius a venere in ovario ſuperficiei adeo, ut papillis mammarum ſint ſimiles.

Putat praeterea TREVIRANUS, foecundationem poſſe perfici, quo epidermis eſt tenuiſſima, quod in genitalibus obtinet muliebribus: hoc nos reſpicere docet proprietatem Stigmatis, quod obductum eſt lamina tenuiſſima epidermidis. (232)

Si itaque eas, quas enumeravimus, proprietates partium fructificationis, totius plantae irritabilitatem, quam MEDICUS in Antheſi maximam obſervavit, conſideremus, ſatis mihi probatus eſſe videtur, modus agendi Pollinis dynamicus et actio vitalis, qua, ſemina germinando apta facit, et Character generis illis impraegnatur.

Haecce, quae attuli argumenta, opinionemque meam, aliquam attuliſſe ſcientiae utilitatem, meam recompenſabit laborem, nec temporis adhibiti me taedebit, ſi quis benigne ſuſcipiat adoleſcentis primordia.

---

(231) TREVIRANUS Biologie L. C. B. III. S. 408. (232) TREVIRANUS L. C. III B. S. 407.

IACOBI CORN: SWYGHUISEN GROENEWOUD

O R A T I O

DE

SANGUINIS, QUAE VOCATUR, VINDICTA
ARABIBUS MAXIME PROPRIA,

PUBLICE HABITA;

die I Octobris a. CIƆIƆCCCXXI.

QUUM ATHENAEI REGUNDI MUNUS DEPONERET.

GUBERNATOR FRISIAE ILLUSTRISSIME!

CURATORES ATHENAEI FRISIACI AMPLISSIMI!

PROFESSOR HONORARIE! CAETERARUM ITEM DISCIPLINARUM PROFESSORES CLARISSIMI!

NULLIUS NON, SIVE IN REPUBLICA SIVE IN IUDICIIS ORDINIS DIGNITATISQUE VIRI NOBILISSIMI!

SACRARUM LITERARUM INTERPRETES PLURIMUM VENERANDI!

QUARUMVIS BONARUM ARTIUM DOCTRINARUMQUE DOCTORES ERUDITISSIMI!

CUIUSCUNQUE DISCIPLINAE STUDIOSI IUVENES, COMMILITONES CONIUNCTISSIMI!

QUOTQUOT PRAETEREA HUNC ACTUM PRAESENTIA VESTRA CONDECORATIS, CIVES, HOSPITES, AUDITORES HUMANISSIMI!

In confiderandis rebus humanis, animum noftrum mirificé advertit fumma illa cum hominum tum gentium varietas. Singuli fere homines, corporis ftaturâ, cutis colore, vultus formâ, externo omnino habitu ita funt a fe invicem diverfi, ut facillime dignofcantur; et vero maior etiam et infignior fit diverfitas haecce, fi fingulorum mores, affectus, ftudia, vivendi agendique rationem,

ingenii omnino animique dotes attendamus. Nec ſane minorem in ipſis gentibus obſervamus et admiramur varietatem. Sunt, quae ferarum inſtar in antris et ſpeluncis habitent; aliae in ſylvis et montibus vagantes, venando et rapiendo aetatem tranſigunt: permultae omnia vitae commodioris bona negligentes et ſpernentes, una cum pecoribus ſuis per regiones errant, et bellis unice gerendis, et praedâ capiundâ delectantur. Sed praeter barbaras hasce gentes, hiſtoria etiam nobis contemplandas praebet permultas, quae humanitate et vario culturae genere eluxerunt. In quibus alias cernimus, quae agriculturae, alias, quae mercaturae, alias, quae navigationi ſummâ ſtudii asſiduitate operam navârunt: alias item, quae poëſi caeterisque artibus elegantioribus, nec minus philoſophiâ et gravioribus doctrinis excelluerunt: quarum omnium egregiae ingenii animique facultates ad generis humani conditionem meliorem ſuavioremque reddendam, mirum in modum valuerunt.

In variis autem hisce gentium generibus, ut populi occurrunt indole et ſtudiis maxime a caeteris distincti, ita inſignes ſunt in primis, inclyti illi in omni gentium hiſtoriâ, Arabes. Quo accuratius enim, quo interius hunc populum cognoſcere ſtudemus, eo plura ſane in iis miramur. Miramur (1) „egregiam, hominis Arabis, ſtaturam, gresſus firmitatem, ſpectabilem corporis habitum, fuscum, vel nigricantem et masculum colorem, toroſam illam cervicem et in primis nigros illos denſo ſupercilio tectos oculos, quorum acies ignea vi inſtar fulminis omnia penetrat, atque pervadit." Miramur gentis originem, eiusque ingenium per omnia tempora, rerumque vicisſitudines ſui ſimillimum: (2) fortia facinora, quae ſub Mohammede et proximis eius ſucceſsoribus alacriter et ſuſceperunt, et peregerunt: (3) poëticam, quâ excelluerunt facultatem, eiusque innumerabilia fere monumenta: (4) tum miramur magis

---

(1) Verba ſunt ſummi H. A. SCHULTENSII, *Oratione de ingenio Arabum.* (2) Conf. Cl. PARAVIUS, praeceptor optime de me meritus, in oratione, *de conſtanti ac non mutabili orientalium ingenio, ſacrarum Literarum cultoribus, ſuos in uſus diligenter obſervando.* (3) Conf. Cl. VAN DER PALM, *Redevoering over Mahomet, den ſtichter van den Islamitiſchen Godsdienst, en van het Saraceenſche Ryk*, Cl. HAMAKER, in oratione *de religione Mohammedica, magno virtutis bellicae apud Orientales incitamento.* K. E. OELSNER, *Verhandeling over Mahomed.* (4) Conf. Doctisſimus B. F. TYDEMAN, vir plurimum venerandus, *Prooëmii ſpecimini ſuo Philologico, exhibenti conſpectum operis Ibn Challicani de vitis illustrium virorum praemisſi* pag. 2. ſeqq. Cui addantur praeclari viri,

etiam ardentissimum illum cunctarum disciplinarum doctrinarumque amorem; quo ingenium suum excoluerunt, excultique sic ipsi densissimas non tantum Medii Aevi tenebras pellere aggressi sunt; sed aliis etiam populis eam veluti viam straverunt, quâ facillime ducerentur ad praeclara illa omnia, ipsis ab Arabibus tradita, accuratius examinanda, plenius elaboranda, ornatius proponenda, multisque denuo aliis disciplinis augenda. (5)

Sed in his omnibus dignus est in primis, quem in eorum moribus observemus, singularis prorsus honoris sensus, e quo sanguinis ut dicitur, vindicandi studium exstitit, ita huic genti proprium, ut unum omnium maxime, omni aevo ab eius poëtis et commendatum sit et celebratum: quod cum mentem saepe meam in historiâ et literis orientalibus tractandis perquam adverterit; haud inepte me acturum existimavi, si ad huius diei celebrandam solemnitatem, publice dicerem: *de sanguinis, quae vocatur, vindicta Arabibus maxime propria.* (6)

Equidem Auditores, Vestrum animo volvens, cum rerum peritiam, tum iudicandi subtilitatem, et meam in dicendo tenuitatem cogitans, facile ducerer eo, ut Marcum Porcium Catonem imitarer, qui, ut fertur, theatrum ingressus fuit, tantum, ut inde rediret; sed officii me mei momentum retinet, et vero Vestrae, quâ me olim ex eodem hocce loco audivistis, benivolentiae recordatio bono esse animo iubet. Quocirca Auditores, vos et nunc etiam atque etiam rogo, ut quicquid in ipsâ argumenti tractatione simplicitati, varietati, perspicuitati, sermonis Latini elegantiae, facultatique omnino oratoriae deësse iudicetis, Vestra id mihi omne condonet humanitas!

Acturis iam nobis de Arabum vindictae studio, quos intelligamus Arabes; indicandum est, tum quodnam significemus vindictae studium. Uti variae sunt Arabiae regiones, distinguuntur Arabiae Felicis incolae, Heberi ex Ioctano posteri, ab aliâ gentis parte, quae Petraeam Arabiam incoluit. Ab utrisque his item diversi fuerunt, quotquot per media illius terrae deserta vagabantur,

---

quos citavit Cl. VERBURG, *annotatione 7. orationi de fructibus, quos huc usque protulit Literarum orientalium cultura, annexâ.* (5) Conf. IOANNIS WILLMET V. Cl. oratio *de Arabum meritis, in literis Medio Aevo instaurandis.* (6) De quo argumento conferatur praeter MICHAËLEM *Mosaisch Recht* Part. II. § 134 et 135. MUNTINGHE V. Cl. *Geschiedenis der menschheid naar den Bijbel; Tome III. Observ.* 135.

ac Mohammedis maxime tempore in historiâ gentium inclaruerunt. Hi omnes Abrahami posteri, qui in V. F. libris nomine *filiorum orientis* occurrunt, cum ſibi invicem haud manſerint ſimiles; ſed alii maiorum rationem, mores, leges, inſtituta plane immutata conſervârint; alii plus minusve variârint, denuo presſius ſignificare debemus de quibusnam horum Abrahami posterorum hic acturi ſimus. Scilicet, ut in historiâ Graecâ Spartani nobis occurrunt in urbe habitantes; Lacedaemonii rure viventes, atque una cum hac vivendi diverſitate, diverſam etiam indolem, diverſos mores, diverſa ſtudia apud utrosque invenimus, ſic etiam deprehendimus, Arabes iam ſatis mature in duas ſe veluti partes distinxisſe, quorum nonnulli in urbibus habitabant, Felicis et Petraeae Arabiae incolae (apud Abulpharagium (7) *populus domuum* appellati,) caeteri in deſertis degebant (apud eundem Abulpharagium (8) *populus pilorum* vocati quique in ſacris Hebraeorum libris Kedarenorum nomine ſubinde veniunt.) Hos autem, non illos nostra ſpectabit oratio.

Sed maioris etiam videtur esſe momenti, ipſum rite definire vindictae ſtudium. Haec enim denominatio vaga est et anceps, nec peculiares Arabum, ſed omnium potius hominum ſignificet mores. Nam quamquam omnibus haud eadem est indoles, ſed diverſisſima, nemo tamen adeo omni deſtitutus est ſenſu, adeo trunco, ut ita dicam, et ſtipiti est ſimilis, quin ad illatam hanc illamve iniuriam ſe laeſum ſentiat, laeſusque vindictae ſit cupidus. Per invidiam proprie ſic dictam, haud melius profecto quis interpretetur proprium illud Arabibus vindictae ſtudium. Invidia enim ex pesſimis initiis profecta, nihil unquam magni aut praeclari protulit; vindicandi autem hicce ardor, qui ex cognatorum gentisque caritate oriebatur, et totus ad generoſum honoris ſenſum referebatur, quamvis animi impetu modum omnem excederet, facinora tamen peperit, niſi utilia, illustria certe atque admirabilia. Misſis igitur his et aliis huius vindictae ſtudii ſive appellationibus ſive definitionibus, recte ut nobis videtur ſic deſcribitur: *vehementisſimus animi motus*, *et ardens ſtudium*, *quo ferebantur Arabes ad omnem iniuriam*, *caedem maxime familiae ſuae illatam*, *ſanguinem*, *ut vocabatur*, *cognatorum promtisſime ulciſcendum*. Quae definitio non longâ demonſtratione probanda videtur. Monendum unice, niti

---

(7) *Historia Dynast. pag.* 160. (8) l. l.

eam bene multis modo propriis, modo figuratis descriptionibus apud Arabum poëtas obviis; ipsaque porro vindictae exempla ab itineratoribus relata, idem cum docere tum confirmare.

Arabes nil vindictae studio praeclarius, nil dignius, gloriosius nihil aestimant. Quando illud officium exsequi possunt, mortalium se felicissimos praedicant; quando non possunt omnium se infelicissimos deplorant. Gravissimum hoc vocant officium, diligentissime promptissimeque exsequendum: non dubitantes scilicet, si quando ipsi illud neglexissent, mox cognatorum alium proditiorum sanguinis vindicem, qui ipsis sic infamiam inferret, quam quomodo delerent, invenirent nunquam. Lubenter possessiones suas omnes relinqunt, vitae necessitates spernunt, molestias, difficultates, horrenda; terribilia quaeque rident: nihil omnino quamvis arduum, quamvis taediosum, quamvis ipsius vitae periculo plenum, a vindictâ eos sumendâ avocare potest, aut deterrere. Gladium, utpote vindictae exsequendae, gloriaeque proin assequendae instrumentum, rem habent omnium praestantissimam: in summâ inopia summum ipsis est solatium, in maximâ tristitiâ maximum gaudium. Nec sane, nisi rarissime, fieri potest, ut aliquis alterius sanguinem impune fundat. Nam si vel maxime cuidam homicidae ob proximi vindicis obitum contingat, ut aliquam diu mortem effugiat; effugere eam perpetuo haud facile poterit: serius ocius surget ex interfecti cognatis aliquis, qui certissimam illi mortem sit illaturus. Et vero, quominus commissae caedis memoria periret unquam, vetabant, quas a teneris inde annis acceperant fabulae: nebula colorem sanguinis referens in loci, ubi sepultus iacet violentâ manu interfectus, superficie conspicitur, eamque veluti rorat: imo aves etiam eos de sanguine alicuius non vindicato certiores reddunt: „nempe Arabes pagani dicebant, quum quis occisus esset, nec „vindicta de eo esset sumta, exire de capite eius avem, similem buboni, cla„mantem, potandum date, potandum date mihi. Quum autem vindicatus es„set sanguis, silere." (9)

Propter hanc communem omnium in vindictam proclivitatem, poëtae lubenter ex eo ipso studio carminum materiam depromunt. Quid enim hi frequentius commemorant? quid studiosius tractant? quid honestius aestimant? quid

---

(9) Conf. SCHULTENSIUS *ad Exc. Ham. pag.* 558.

impenſius laudant? quid religioſius commendant, atque inculcant, quam acerrimum vindictae ſtudium? Celebrant et laudant in hominum rebus ac moribus erraticam vivendi rationem, ſummam in victu temperantiam, fidelitatem in promisſis ſervandis, liberalitatem in muneribus distribuendis, humanitatem in hospitibus recipiendis; ſed omnium maxime in homine laudant virtutem bellicam cum pari vindictae ſtudio coniunctam. Illis enim virtutibus ſolis, quamvis inſignem et honestatis et gloriae commendationem habentibus; niſi haec quoque accedat virtus, Arabs Arabi ab omni quidem parte gratus acceptusque nec est, nec esſe potest. Atque hoc ita verum, ut apud poëtas cum memoratis illis virtutibus omnibus, indisſolubili fere nexu, iunctum videas; aut ipſum vindictae ſtudium; aut intrepidum animum, glorioſum illum vindicis characterem: quem characterem, cum aliis tum in primis leonis ferocisſimi et lupi prae fame rabidisſimi imaginibus deſcribunt depinguntque.

Quod hominem ſemel occupavit totum, illud ſibi eripi non patitur; niſi aegerrime. Mohammedes legibus ferendis hoc ſummo ſtudio egit; ut vindicis iram pecuniâ placaret: ſed frustra. Optimi quique peregrinatorum uno ore affirmant omnes, hodieque etiam Arabes vindictae ſtudio pariter atque antiquitus inflammari, illudque non niſi cum ipſâ vitâ deponere. Non inquiram, quo tandem principio motus Mohammedes, illud vindictae ſtudium in Arabum animis ſupprimere, et ſi potuisſet, eruere ſtuduerit? Nec magis inquiram, utrum hoc eius inſtitutum laudandum ſit, an vituperandum? ſed illud adduxi duntaxat eo conſilio atque propoſito, ut demonſtrarem, Mohammedem, qui graviter docendo, efficaciter monendo, potenter excitando efficere potuit, ut quamplurimi ſuum amplecterentur Coranum, tanquam unum, verum, certum, iustum divinumque omnino (uti hunc ipſe vocabat librum) fidelium ducem, efficere tamen non potuisſe, ut nativum in Arabibus exſtingueretur vindictae ſtudium: quo quidem argumento haud ſcio, an gravius esſe posſit. Profecto Auditores! quo attentius ea, quae ita disputavimus, perpenderimus, eo minus dubitabimus affirmare, communem hanc esſe Arabum vocem: nihil esſe, aut esſe posſe in homine ſanguinis vindictâ excellentius, praeclarius nihil, ſed nihil etiam eiusdem huius vindictae neglectu turpius aut odioſius.

Obſervandum iam porro, quatenus hoc vindictae ſtudium Arabibus dici proprium posſit? Nulli non homini naturâ hoc inditum est, ut parentis, cognati, amici ſive laeſi ſive occiſi ultionem ſuſcipiat. In rudibus ita gentibus omni-

bus occurrunt continuo, qui caedis huiusmodi auctorem persequantur, nec requiescant, donec eum pariter occiderint. Oritur hoc vindictae studium ex familiae caritate; et novimus orientales summo semper honore habuisse, quotquot cognationis aut affinitatis necessitudine sibi essent coniuncti. (10) Quamobrem in uno Arabum populo sanguinis reperiri vindices, haud facile aliquis contenderit. Verum enim vero desunt in aliarum gentium Annalibus documenta, quibus probetur, vindictam sanguinis ita apud eas fuisse frequentem, ita honoratam, ita eas occupasse totas, quemadmodum hoc apud Arabes observavimus: neque etiam apud aliorum populorum poëtas, ita saepe commemoratur, ita ex industriâ tractatur, ita serio commendatur, ita tanquam rerum omnium gloriosissima celebratur.

Sed inquit forsitan aliquis: apud Hebraeos haud minus quam apud Arabes haec viguit sanguinis vindicta. Recte omnino et perquam opportune nos ad Arabes cum Hebraeis comparandos adducis! Utraeque enim hae gentes, si quae aliae, secum invicem sunt comparandae. Nempe Abrahamus non solum Hebraeorum stator per nepotem suum Iacobum evasit, sed pariter Arabum per Ismaëlem suum ex Hagare filium: et utrorumque de Abrahamo narrationes legens, dubites continuo, magisne eum Hebraei, an Arabes celebrent? Duplex praeterea haecce Abrahami progenies sub eodem fere coeli tractu vixit: quae utriusque gentis communis origo, communis item in orbe terrarum locus, multa apud utramque peperit communia: leges, instituta, ritus, linguam, nec minus acerrimum vindictae studium.

Et sane Hebraeorum libros considerantibus occurrit nobis, varias ob caussas memorabile illud Lamechi dictum, omnium primum sacris in Literis obvium carmen: quod carmen tantum honoris sensum, tantum familiae Zelum, tantum omnino vindictae aestum refert, et spirat, ut nullus dubitem, quin Arabes Lamechum eum ipsum, inter suos, si numerare potuissent populares, tanquam germanum sanguinis vindicem et laudâssent simul et aliis imitandum proposuissent. Sunt etiam quaedam Mosis leges, quae hoc vindictae studium in Israëlitis supponunt. Hic multis nominibus magnus Legislator, cui parem Antiquitas exhibet neminem, populares suos, ita hoc studio animatos reperit, ut in-

---

(10) Conf. Cl. HEUSDII *praeceptoris optime de me meriti* DIATRIBE *in civitates antiquas pag.* 53.

dicio ipſe ſuo probe intelligeret, illud ſe Israëlitarum animis funditus evellere minime posſe; ſed pulcre e ſuâ esſe re percepit, malum hocce necesſarium, esſe circumſcribendum, ne nimium noceret, atque, ut ex eo, probabiliter circumſcripto proficeret ad legum a ſe latarum obſervantiam Israëlitis etiam atque etiam commendandam.

Sed quamvis vindictae ſtudium deprehendamus apud Hebraeos, deprehendimus tamen illud apud eos, alio quodammodo, quam apud Arabes. Nusquam videmus apud Hebraeorum poëtas hoc ſtudium laudari, commendari, multo minus proponi tanquam huiusmodi quid, in quo exſequendo ſummum gentis decus; in quo negligendo ſumma eius cerneretur turpitudo: quicquid vindictae ſtudii apud Hebraeos reperimus, reperimus in hominum tantum hoc ſtudio ductorum exemplis; in eo autem laudibus extollendo, ſtudioſe commendando, efficaciterque inculcando non item.

Ex dictis iam, ni fallimur, patet Auditores! qualis fuerit apud Arabes ſanguinis vindicta, tum etiam, quatenus illa huic genti fuisſe propria dicenda ſit. Sed ut in omni disquiſitione causſae in primis ſunt indagandae, ſi quidem accurate quid et diligenter velimus cognoſcere, ita explorare nunc etiam iuvat, cur Arabes maxime peculiari hoc vindictae ſtudio ducti ſint. Quam equidem investigationem eo lubentius inſtituo, quandoquidem ex ſocraticâ ſcholae Heusdianae disciplinâ hanc gentium explorandarum rationem admirari atque amare didici.

Et primum quidem hoc tenendum, quo propius abſunt gentes a rudi conditione et quaſi pueritiâ, eo vehementioribus eas affectibus et ſtudiis agitari. Sic factum, ut vindicandi ardor maior omni aevo in orientalibus populis obtinuerit, quam in cultioribus Europae gentibus, quippe quae ad hominis maturitatem propius accesſerant, atque ita ad maiorem pervenerant affectuum, ſtudiorumque moderationem. Sed vitae praeterea ratio Arabibus eiusmodi erat, quâ haec gentis indoles, quam maxime explicaretur.

Et nunc quidem Auditores! Vos rogatos velim, ut animo vos et cogitatione in deſertam transferatis Arabiam. Et profecto, quo diutius manſerimus in eâ, quo attentius obſervaverimus cuncta Arabum negotia, eo clarius intelligemus et uberius, ſanguinis vindicandi ſtudium iis maxime esſe debuisſe proprium. Erraticam vivunt vitam. Non domum inhabitant, ſed tentorium, unum illud, quod habent adverſus aëris iniurias munimentum. Non menſam inſtruunt ex-

quisitissimis dapibus; sed simplicissimo sunt contenti victu. Libertatis amantissimi, libere cum camelis suis per immensas regiones vagantur. Periculorum subeundorum capiuntur audaciâ. Affectibus ita ducuntur naturae maxime consentaneis, maiorum reverentiâ, liberorum caritate, inimicorum simul odio et ignominiae sibi illatae vindicandae ardore: verbo, natura hic omni suâ vi apparet, atque efficaciâ ad nullum non in homine affectum, vindictae etiam sensum, et eum quidem vel leviter motum, citissime intendendum, totumque exserendum plenissime.

Sed ad studia haec alenda, mirifice etiam valuerunt poëtarum carmina. Poëtae non raro una conveniebant, idque statis temporibus ad maiorum et aequalium et suam etiam propriam virtutem cum aliis tum in primis vindictae facinoribus praeclare proditam, summis laudibus efferendam. Nemo facile fideliter alicuius cognati sui sanguinem vindicavit, quin poëtae eius laudes celebrent: sed quo acrius, quo vindicavit promptius, eo vehementius eundem celebrari audimus. Nam uti omnia arripiebant, quae valerent ad patefaciendum, exsecrandumque ignavi vindicis opprobrium et dedecus, ita nihil negligebatur, quod conduceret ad significandum et celebrandum fortissimi vindicis honorem, decus, gloriam.

In tanto denique poëtarum incitamento observamus insuper, nec agriculturam, nec mercaturam, nec castam sacerdotalem ullam, quovis sapientiae genere celebrem, qualem primum, ut videtur, habuit India, dein Aegyptus, homines hic, ut alibi ad humanitatem adduxisse, in iisque idcirco minuisse vindictae studium. Nos sumus, inquiunt omnes, Ismaëlis posteri, et, utpote quondam ipsi in statore gentis nostrae male habiti, rapiendo vindictam sumimus. Hoc unice cogitantes, hoc unice agentes, ad hoc item potenter excitati, uni huic vitae generi salutem suam omnem adscribunt et gloriam. Hinc recentioris aetatis poëta (11) dicebat:

Cur maneam Zaurae? non est habitaculum meum;
In eâ, neque Camela mea, nec camelus meus.

Et vero ita maiorum vitae rationem in deliciis habebant, ut, qui unquam

(11) ABU ISMAËL TROGRAIUS *carm. Lam.* v. 3.

tentorium cum domo permutaret, qui agriculturae operam daret, qui vineas coleret, quique adeo imitando ad aliarum gentium culturam pervenire studeret, illem morte haberetur dignus.

Vitae genus, ut peculiare prorsus erat Arabum, ita hoc peculiares etiam quasdam protulit cum de libertate tum de honore opiniones. Libertatem omnem et honorem non ad civilem, ut Graeci et gentes universe occidentales, sed ad propriam familiaeque suae caussam referebant. (12) Operae pretium videtur, Auditores, cum Graecis eos comparare, quo magis singularis Arabum et Arabicae poëseos ratio percipiatur.

Apud Graecos vetusto aevo vindices occurrunt familiae. Postquam tam gravem ignominiam subierat Menelaus et Atrei domus, fratris caussam suscipit Agamemnon adversus Paridem ignominiae auctorem: unde gravissimum illud exstitit bellum Troianum. Sed Graeci deinceps ad civilem conditionem adducti et in liberis viventes civitatibus, maiorem habebant *civitatis*, quam *familiae* rationem. Celebrabant ita non *sanguinis vindices*, *sed vindices Reipublicae*; Harmodium v. c. et Aristogitonem, et omnes qui pro patriâ pugnaverant, vicerant vel occubuerant: (13) unde praeclara illa Tyrtaei (14) quibus cives celebrat pro patriâ mortuos:

Res populi, commune bonum, vir robore praestans,
Immotus primis qui stat in ordinibus,
Oblitusque fugae venit in certamina Martis;
Adiiciens animum, proiiciens animam:
Qui propter stantem generosae mortis amore
Concitat: hunc bello dixeris egregium:
Quem subito hostiles pavitant, fugitantque catervae:
Qui belli fluctus arte manuque regit.
Qui dulcem amittit, sed primus, in agmine vitam:
Magnus honor generi, magnus honor patriae —

---

(12) Conf. HEUSDIUS v. Cl. DIATRIBE supra laud. pag. 51. (13) Vid. item Cl. HEUSDII DIATRIBE pag. 53, 80, 82, 83. (14) Elegia III. v. 16. seqq. exversione H. GROTII.

Huius ad exſequias plorant iuvenesque ſenesque:
Hunc tota urbs planctu funera proſequitur.

Tales viros laudibus in coelum extollere ſolebant antiqui Graecorum poëtae. Quodſi quis omnibus exhaustis pro patriâ et civibus ſuis laboribus, ipſe ſuperesſet, ſic eum praedicabant: (15)

Fugerit at nigrae ſi longa ſilentia noctis;
Et ſpolia e bello victor opima ferat,
Hunc venerata minor colit, hunc et ſerior aetas:
Sic tumulum multo plenius honore petit:
Cuius honoratam populo nec vocibus auſit
Nec dictis quisquam laedere canitiem:
Asſurgunt illi iuvenes, aequaevaque turba:
Asſurgunt aevo iam graviore ſenes.

Alia erat Arabum conditio. Nec agros colentes, nec in urbibus habitantes, communes non habebant posſesſiones, quas communiter univerſe defenderent; ſed tributim per deſerta libere vagantes, ſibimet ipſis tantum et ſuis proſpiciebant, et hanc vivendi libertatem, ſummum ſibi bonum ducebant. Itaque ut Graeci pro patriâ, ita hi pro tribu quisque ſuâ et familiâ viventes, parentes, cognatos, affines propugnabant; eosque ab omni ignominiâ liberare et vindicare ſummum existimabant honorem. Callini et Tyrtaei carmina Graecorum ſtudia eximie exprimunt: ſed pariter quae honoris libertatisque apud Arabes fuerit ratio, ex eorum poëtis intelligitur.

Age Arabem audiamus, qui ſanguinis perfunctus vindictâ domum rediens, hanc ab inimicis deſtructam, reperit, ſed tantum abest, ut facti ipſum ſui poeniteat, ut hac aedium ruinâ vehementius etiam vindictae ſtudio exardeſcat:

Sane eluam de me maculam gladio, trahat [*licet*]
Super me fatum numinis, quicquid traxerit,

(15) Tyrtaeus ib. v. 34. ſeqq.

Et obliviscar meam domum, faciamque, ut eius ruina
Famam meam a reliquo vituperio interſepiat,
Nempe parvae ſunt in oculo meo opes avitae, ubi ſe applicat
Dextra mihi mea ad talionem asſequendam, quam perſequor,
Quodſi dirueritis perfidia domum meam, at illa
Hereditas generoſi, haud curantis vices rerum:
Fratris gurgitum, qui haud poſcat in iis
Quae ſuſcipit de arduis negotiorum ſocium;
Quum curandum quid ſuſcepit, non retunditur acies curae eius;
Neque aggreditur, quicquid aggreditur rei timidus,
At vos Razamidae imbuite in me antecesſorem
Ad mortem, qui ſe immergat ad eam medias in legiones.
Quum hoc agit, ſcopum inter oculos ſibi defigit,
Atque a fatalium cogitatione latus avertit,
Neque conſulit in negotio ſuo, quemquam, niſi ſemet;
Neque acquieſcit ulli, niſi capulo gladii ſocio. (16)

Equidem vel fallor Auditores! vel audire in hoc carmine nobis videmur, et veluti oculis cernere hominem, nullis cohibitum civilis ſocietatis vinculis, opes divitiasque reſpuentem, libere viventem, et vagantem, totumque naturae affectibus ſtudiisque ductum et agitatum.

Sed haec quidem nobis ſufficiant de argumento, quod hac oratione tractandum ſumſimus. Fatemur, ad vitae felicitatem, ad veram colendam virtutem, multo magis accommodatam fuisſe Graecorum et Europaearum gentium conditionem, et admiramur antiquos Hebraeos, qui quamvis orientales, tamen ad civilem Graecorum vitam propius accesſerunt, et divinâ auctoritate, ardens illud vindictae ſtudium cohibere, certe noxios eius effectus antevertere, didicerunt. Sed nobis Arabes non ad imitandum propoſuimus: illud unum egimus, ut hanc gentem in univerſâ populorum historiâ prorſus ſingularem, eiusque mores, affectus, ſtudia, honoris in primis ſenſus, orientalium maxime quas profitemur literarum cauſſa, cum adumbraremus quodammodo, tum ſuo pretio aeſtimaremus.

(16) Ham. pag. 355.

Et fic quidem pervenimus ad ea peragenda, quae orationi huicce nostrae habendae opportunitatem praebuerunt: accedendum ad defcribenda Athenaei fata, quae hoc ei anno acciderunt, tam profpera, quam adverfa. In quibus peragendis Vestra, Auditores, mihi denuo adfit humanitas!

Enarraturum autem, quae nobis laeta acciderunt, exhilarat me continuo fautoris nostri, illustrisfimi Frifiae Gubernatoris adfpectus, quem huic folemnitati interesfe videmus. Exhilarat valetudinis profperitas, quâ hic praefentes adfunt amplisfimi Athenaei Curatores. Quod ad Profesfores attinet: vel memoria me mea fallit, vel eorum, quod de fuâ infirmâ atque aegrâ valetudine magnopere quereretur, habuit nemo. Dolemus quidem audiendi gravitate WASSENBERGHIUM laborare, nostrum: fed est, quod gaudeamus, praecipuum hoc ei esfe, ne dicam unicum fenectutis incommodum. Quid? ita corpore et mente viget, ita cuncta in promptu habet pofita, ita ftudiofae iuventutis amore ardet, ut quamvis rude donatus, quamvis novisfimo die Martis octogefimum vitae fuae annum orfus, etiamnunc cathedrâ nihil habeat antiquius: paucis, viri rationem, meum fi esfet adumbrare totam, iuvenem fere, non fenem me defcribere diceres.

Et rarum quidem hunc fenectutis vigorem disciputi in praeceptore hoccé fuo, nullo non die admirari posfunt; multi etiam nostrum eundem in primis admirati funt celeberrimo et laetisfimo illo magistratus mei die, quo fenex clarisfimus, *folemni oratione, quinquagefimum eorum, quos docendo transëgerat, annum, celebrârit.* Meministis enim Auditores! quantopere tum omnibus et laetandi et admirandi materiam praeberent omnia: orationis argumentum mirâ fimul et fimplicitate et perfpicuitate tractatum: dicendi ratio, modo lenis et blanda, modo gravis et mascula, ab ipfo argumento aberrans nunquam: tum etiam vivida affectuum expresfio, ad naturae leges, artisque diligentiam compofita femper! Meministis caetera illius diei folemnia. Meministis quomodo nobilisfimi varii ordinis dignitatisque viri, honoratisfimae Virgines, praeftantisfimi Athenaei Alumni, fua finguli, fuo quisque modo, omni omnium virium intentione adhibuerint et contulerint ad WASSENBERGHIUM honorandum fuum! Meministis denique, quomodo fenex clarisfimus et omnibus qui fic ipfum honorarent, et ligato adeo fermone nobilisfimae virginum coronae, gratias perfolverit. (17)

(17) *Des Grijzen dankbetuiging aan de Edele Maagderei voor het Eerbewijs van den XIX Junij* 1821.

Sed quid ego Vobis in memoriam revocem, quae ipsi tenetis, firmiterque per omnem adeo vitam tenebitis? Et quando quidem Clarissimus DE CRANE solemnitatem solemnis illius diei totam accuratissime plenissimeque nobis descriptam dedit, (18) dictis equidem nihil quicquam addere ausim. Vereor enim magnopere, ut post CRANIANAM mea Vobis placeat descriptio. Hanc igitur omittentes, celebremus potius, Auditores, providentiam erga nos divinam, quae nobis talem tantumque immortalium Triumvirorum, ARNTZENII, SCHRADERI et VALKENARII discipulum ad hunc usque diem reliquerit superstitem: nec superstitem tantum, sed vigentem, docentem et rebus nostris egregie consulentem!

Tibi autem Senex quam plurimum Venerande, Tibi gratias agimus quam maximas, quod etsi rude donatus Tibi soli vivere nolis; malis otium tuum in aliorum utilitatem adhibere et commodum; ac prouti olim iuvenis et vir ita nunc senex etiam studiosae prodesse iuventuti. Profecto, quotquot iustâ unquam ratione Tuas frequentarunt Scholas, Tua legerunt scripta, hi omnes intelligunt, quanta Tibi ita inter nos otioso Frisiacum debeat Athenaeum. Nullo non tempore nos memores erimus Tui, ut Tu tuorum semper es memor discipulorum; nec deërunt sane, qui pari aliquando modo Te celebraturi sint, quo Tu et tuum SCHRADERUM, et tui coniunctissimi collegae filium, THOLENIUM puto tuum, celebrasti mortuum. Sed hi tum suo fungentur officio; ego nunc fungar meo! Scilicet Senex aestimatissime cum nuperrime splendidissimo Leonis Belgici ordini adscriptus sis, mihi restat, quod lubens peragam, ut Tibi publice significem, huius rei nuntium nobis accidisse gratissimum. Laus augustissimo sit Regi, qui hoc ita iusserit; laus tuis meritis, quae tanti Te ordinis honore, tantoque favore Regio reddiderint dignissimum! Faxit Deus optimus Maximus, ut tua Tibi senectus mollis esse pergat, ac iucunda, et quamdiu vitae humanae ratio permittat, cum studiis universis, tum Athenaeo prosis nostro!

Nulli Auditorum meorum, ut spero, iusto longius de hoc viro egisse videar: Eorum certe, ut confido nemini, qui Eo unquam doctore usi sint. Hi enim aeque lubenter de WASSENBERGHIO suo loqui audiunt, atque ego de optimis meis praeceptoribus aut ipse loquor, aut alios loqui audio. Horum enim ad unum omnium semper cum grato animo ero memor; et vero quae Tua

---

(18) *Vijftigjarig Feest van den Hoogleeraar* EV. WASSENBERGH.

in me fuerunt merita, dum in vivis esſes beate Ravi! nunquam haec profecto animo excident meo!

Utinam, Auditores, nil triste Profesſorum accidisſet ordini! ſed accidit; munusque mihi meum necesſitatem imponit referendi GABINI DE WAL, viri clarisſimi in illustrem Academiam Groninganam discesſum: discesſum nobis ſane luctuoſum, et huic bonarum Artium Literarumque ſedi haud minus calamitoſum. Per integrum fere ſexennium eas inter nos disciplinas omnes, quae futurum iure consultum rite informent atque egregie ornent, tam indefesſo et coluit, et docuit ſtudio, ut non tantum ſuâ inſtitutione discipulos caperet, et teneret mirifice, verum etiam, ut ex eius Scholâ iam prodierint iuvenes, qui ſcriptis ſuis ſemet ipſos eruditorum civitati commendarent. Cum autem, qualis discipulis ſuis doctor, talis etiam esſet collegis collega, amicis amicus, hoc ſane Viro caremus aegerrime! Unice nos conſolatur ſpes, nos brevi nacturos ſuccesſorem decesſoris ſimillimum!

Doctores merito excipiunt discipuli. Et hos, Auditores probe ſi cognoveritis ſtatum Athenaei, hoc item reſpectu prosperrimum et vocabitis et existimabitis! Scholis hoc anno nostris interfuerunt iuvenes, numero probabiles, ingenio excellentes, probitate inſignes. Horum quidam e medio nostrum in Academias profecti ſunt, variis doctrinarum generibus ita exculti, ut laeti auguremur, eos ex lectionibus iam Academicis, uberrimum percipere fructum, ſuisque nunc praeceptoribus non minus placere, quam nobis a ſtudiorum inde ſuorum exordio ad illud, quo nos valere iubebant temporis momento, mirifice placuerunt ſemper! Quales habuimus iuvenes, tales habemus etiam nunc; at horum utpote praeſentium, non ut abſentium laudes tangere audeo: rara quippe Eorum me impedit modestia.

In rebus Athenaei nostri accurate enarrandis, commemoranda veniunt alia: Bibliothecarii, quod vocatur munus a Clarisſimo WALIO in Clarisſimum AMERSFOORDTIUM translatum: novus librorum iam confici ſuſceptus catalogus: Hortus ſolito maiori plantarum numero auctus: duo creati peritisſimi viri, alter H. G. LEURS, Muſices, E. G. EELKAMA alter, Graphices Magister: et vero inſtrumenta Phyſica, inde ab illustris olim in hac urbe Academiae ſuppresſione in illustrem Academiam Leidenſem translata, Athenaeo autem nostro, hoc anno reſtituta.

Tandem postulat huius diei ſolemnitas, ut Athenaei regundi munus deponam

ego, IACOBUS AMERSFOORDT Theologiae Doctor et Professor illud auspicetur: auspicetur autem solemni maiorum ritu. Quae cum ita sint, Te Vir Cl. humaniter rogem, ut ad me in Cathedram adscendas. Ex summo amplissimorum Curatorum decreto Tibi Vir Cl.! haec duo trado sceptra, tum hoc Album, tum bina haec sigilla: en insignia auctoritatis Rectori huius Athenaei propriae omnia. Gratulor Tibi Rector Magnifice! hanc dignitatem, Athenaeo Te rectorem, tuam enim Te prudentiam egregie adhibiturum ad Athenaei iura defendenda, noxia avertenda, bona provehenda, nulli dubitamus. Prosperum satis ego describere potui Athenaei statum; prosperiorem longe a Te, acceptam nunc dignitatem deposituro, narratum iri, Deum Optimum Maximum in primis precor!